



BUHR B
a39015 00027312 1b





G. Hertz

HISTOIRE

DU

LIMBOURG.

HISTOIRE

DU

LIMBOURG.

HISTOIRE

DU

LIMBOURG,

SUIVIE

DE CELLE DES COMTÉS DE DAELHEM ET DE FAUQUEMONT, DES ANNALES DE L'ABBAYE DE ROLDUC,

PAR



M. S. P. ERNST,

CURÉ D'AFDEN, ANCIEN CHANOINE DE ROLDUC, L'UN DES AUTEURS DE L'ART DE VÉRIFIER LES DATES.

PUBLIÉE

AVEC NOTES ET APPENDICES ET PRÉCÉDÉE DE LA VIE DE L'AUTEUR,

Par M. Edouard Lavalleye,

ANCIEN PROFESSEUR AGRÉGÉ A L'UNIVERSITÉ DE LIÉGE MEMBRE DE PLUSIEURS SOCIÉTÉS SAVANTES.

TOME SIXIÈME.

LIÉGE,

LIBRAIRIE DE P. J. COLLARDIN, IMPRIMERIE DE N. REDOUTÉ.

1847.

CODEX DIPLOMATICUS VALKENBURGENSIS.

CODEX DIPLOMATICUS VALKENBURGENSIS.

I.

HENRICUS II^{dus} EPISCOPUS LEODIENSIS LIBERTATEM ECCLESIAE MARNENSIS, SICUT A PRAEDECESSORIBUS SUIS CONCESSA EST, CONFIRMAT. ANNO 1145.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDUAE TRINITATIS.

Henricus Dei gratiâ Leodiensis Episcopus, tàm praesentibus quàm futuris.

Servorum Dei justis petitionibus justum est aurem misericordiae benignè porrigere, et promovere in melius quod eisdem studio pietatis à Praedecessoribus collatum est: Eapropter tuis justis postulationibus, venerabilis frater Odo, Sti. Remigii abba, clementiùs annuentes, serenissimi Domini nostri Conradi Regis interventu, concedimus, et episcopali autoritate confirmamus, quod approbante Hermanno archidiacono, ac piae recordationis Alexandro et Alberone praedecessoribus nostris, nec non et Innocentio Papâ, de Marnensi Ecclesiâ, Ecclesiae tuae concessum est: Et quia eadem Marnensis Ecclesia Sti. Remigii jure esse dignoscitur, cujus possessiones tueri, cujus cultores fovere et venerari in Christo piè semper optamus, decernimus, et collatâ nobis à Domino potestate statuimus, ut tàm in praedictâ Marnensi Ecclesiâ, quàm in ejusdem loci praebendis, decedentibus clericis, monachi

et tuâ tuorumque successorum dispositione, loco illorum substituantur : Praepositus verò, qui illi loco ex parte Sti Remigii praefuerit, sacerdotem sub praebendâ determinatâ, cui cura animarum committatur, Archidiacono conducet, et eadem persona de omni episcopali et synodali jure, secundùm consuetudinem Leodiensis Episcopatûs, Episcopo et ministris ejus respondebit, ità duntaxat, ut ab omni parochiali officio monachi ejusdem loci penitùs absolvantur : Siquis autem hujus nostrae confirmationis tenore perspecto, contrà eam temerè venire temptaverit, quousque congruè satisfaciat, sententiam excommunicationis incurrat. Hujus rei testes sunt: Alexander praepositus, Libertus archidiaconus, Dodo archidiaconus, Reinerus archidiaconus, Philippus archidiaconus, Amalricus archidiaconus, Reymbaldus decanus, Nicholaus praepositus sancti Dionisii. Ut autem ratum et inconvulsum quod statuimus, omni in posterum tempore perseveret, sigilli nostri impressione fecimus insigniri, et propriae manûs inscriptione firmavimus. (Et erat signatum:) Ego Henricus Leodiensium episcopus IIus subscripsi. (Et inferiùs habebatur :) Actum Leodii feliciter anno dominicae Incarnationis M°C°XLV° indictione octavâ, regnante Conrado Romanorum rege II°. — Anno regni ejus VIII° episcopatûs autem nostri primo. (*Et appensum erat sigillum ex caudâ sericâ rubrâ.*)

II.

IDEM HENRICUS IIdus, EPISCOPUS LEODIENSIS, ANNECTIT ET UNIT ECCLESIAE Bti REMIGII PERSONATUS ECCLESIARUM MARSNAE, CLUMMAE, SCHINNAE, HULISBERGAE ET LITTAE. ANNO 1147.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDUAE TRINITATIS.

Omnibus in Christo Fratribus pax et perennis gloria.

Opus pietatis est, et ex officio nobis injuncto debitores sumus, quatenùs sancta et religiosa loca caritatis intuitu confoveamus, et in quibus justè et canonicè possumus, utilitati eorum providere studeamus : Quapropter cùm Ecclesia Beati Remigii tàm religione quàm caeteris virtutibus effulgeat, et tanquàm unguentum effusum, quantò magis cognoscitur, tantò suaviùs redoleat, non immeritò à Stâ Romanâ Ecclesiâ impetrare meruit, ut pro eâ intervenire dignaretur. Ego igitur Henricus, gratiâ Dei Leodiensis episcopus, tàm voluntate Domini Papae, quàm interventu Dominorum Cardinalium, eidem Ecclesiae concessi, ut in Ecclesiis, quas in Episcopatu nostro habet,

videlicet Marsna, Clumma, Schinna, Hulceberga, Litta, decedentibus illis, qui personatus tenent, ipsa earumdem Ecclesiarum personatus obtineat, et presbiteros, non annuales, scilicet qui de episcopali servitio respondeant, salvo jure tam archidiaconi quàm episcopi, ibidem constituat, et praebendam, unde honestè vivere possint, de eisdem Ecclesiis eis dividat, reliquum verò cedat in usus monachorum : Hoc autem factum est, concedentibus et assensum praebentibus dilectis filiis nostris Alexandro praeposito, et Petro, earumdem Ecclesiarum archidiaconis. Ut autem hoc ratum et inconvulsum permaneat, decrevimus super hoc cartam fieri et sigillo nostro annotari : Siqua verò ecclesiastica saecularisve persona huic nostrae sanctioni temerè contraire temptaverit, perpetuo anathemate feriatur, et aeternis suppliciis deputetur. Hujus rei testes sunt Alexander praepositus, Amalricus, Petrus archidiaconi, magister Balduinus, magister Jocelinus, magister Winemarus : ex parte beati Remigii Odo abbas, Hugo prior, Wido praepositus. Richardus. Acta sunt haec ab incarnatione dominicâ anno M°C°XL°VII° episcopatûs sui III° (*Inferiùs dependebat sigillum.*)

III.

ALEXANDER PAPA III^tius LIBERTATEM ET PERSONAS ECCLESIAE MEERSSENSIS EJUSQUE CANONICATUS, IN USUS MONACHORUM CONVERSOS CORROBORAT, POSSESSIONES, JURA ET PRIVILEGIA A SUMMIS PONTIFICIBUS, REGIBUS ET PRINCIPIBUS EIDEM CONCESSA ENUMERAT ATQUE CONFIRMAT. ANNO 1178.

Alexander episcopus, servus servorum Dei : *Dilectis filiis Petro abbati monasterii Sancti Remigii ejusque fratribus tàm praesentibus quàm futuris, regularem vitàm professis in Pr Pr M :*

Cùm de sanctae religionis observantiâ et decor Domûs Domini et certa salus proveniat animarum ab officio apostolatûs nostri requiritur et plantaré ubi non fuerat, et plantam apostolicae provisionis munimine conservare: Eo propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, ad exemplar bonae memoriae Innocentii Papae, libertatem Ecclesiae de Mersnâ ad monasterium Beati Remigii pertinentis, ab Alexandro quondam Leodiensi episcopo concessam, et ab Hermanno ejus archidiacono et fratribus suis laudatam atque firmatam praesentis scripti paginâ roboramus, et futuris temporibus inconvulsam manere decernimus, ut videlicet tàm in praepositurâ quàm in canoniis, decedentibus clericis, qui praefatae Ecclesiae beneficia possident, juxtà providentiam et dispositionem

vestram et successorum vestrorum, loco eorum monachi substituantur: Praepositus verò, qui ex parte vestrâ vel successorum vestrorum eidem loco praefuerit, sacerdotem sub tali praebendâ, qualem ipse praepositus consensu abbatis et fratrum coenobii sancti Remigii, qui pro tempore fuerit, constitutum Leodiensi archidiacono praesentabit, à quo nimirum animarum sibi cura committetur, et ipsi sacerdos de omni episcopali et sinodali jure, secundùm Leodiensis episcopatûs consuetudinem, respondebit. Ad haec adjicientes statuimus, ut quascunque possessiones, quaecunque bona in praesentiarum eadem Ecclesia justè et canonicè possidet, aut in futurum, concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum oblatione fidelium, sive aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci firma ei perpetuè et illibata permaneant, in quibus haec propriis duximus vocabulis exprimenda : curiam Mersnae cum pertinentiis suis, Clumam cum pertinentiis suis, Scignam cum pertinentiis suis, Scimorleram cum pertinentiis suis, Beccham cum pertinentiis suis, Hertenam cum pertinentiis suis, Littam cum pertinentiis suis, Berclara cum jure suo, Bettecove cum jure suo, quindecim solidos apud Haram, Lotto cum jure suo, Westingue cum appenditiis suis, personatus Ecclesiarum Mersnae, Clumae Scignae, Hulesbergae, Littae et chorum Ecclesiae de Mersne monachis ad serviendum Deo, et quatuor capellas ad eandem Ecclesiam pertinentes, et ad capellas pertinentia, quas praepositus ita ordinet, ut ibidem serviatur Deo. Praepositus, qui ibidem est, omnes ministeriales praedictarum curiarum, villicos, scabinos, decanos, comitem, forestarios ponere et deponere poterit. Decernimus ergò, ut nulli omnino hominum liceat eandem concessionem monasterio Beati Remigii factam infringere vel mutare, vel jam dictum locum de Mersnâ perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omni modis profutura, salvâ sedis apostolicae auctoritate, et diocaesani episcopi canonicâ justitiâ: Siqua igitur in futurum, ecclesiastica saecularisve persona, hujus nostrae Constitutionis, paginam sciens, contra eam venire temptaverit, secundò tertiòve commonita si non reatum suum dignâ satisfactione correxerit, potestatis honorisque dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetratâ iniquitate cognoscat, et à sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenùs et hic fructum bonae actionis percipiant, et in futuro praemia aeternae retributionis inveniant. Amen, Amen. (Locus sigilli.)

(Inferius haec erant:) Ego Alexander catholicae ecclesiae Epus SS. † Ego Hubald.: Hostinensis eps. SS. † Ego Jo: scorum Jo: et Pauli pbr. card.: tt. Pamachii pastoris: SS. † Ego Vivianus pbr. card.: tt. Sancti Stephani in Coelio monte SS. Ego Jac: diac: card: Sanctae Mariae in Cosmudo SS. Ego Arditio: diac: card: Sancti Theodori: SS. Ego Cinthius diac: card. Sancti Adriani: SS. Ego Hugo diac: card: Sancti Angli: SS.: Ego Reiner: diac: card: Sancti Georgii ad velum aureum S.

Datum Lateran: per manum Alberti Sanctae Romanae ecclesiae presbiteri card: et concellarii: VJ Kalend: Junii, indiclione XJ^a incarnationis Dictae A°M°C°LXXVJJJ° Pontificatûs verò domini Alexandri papae JJJ. Anno XJX.

IV.

CONCORDIA INTER ECCLESIAM BEATI REMIGII ET THEODORICUM MILITEM SUPER QUIBUSDAM DECIMIS, AD DOMUM MARNENSEM SPECTANTIBUS. ANNO 1190.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDUAE TRINITATIS.

Ne dampnosa in posterum deleat oblivio, notum sit omnibus, tàm praesentibus quàm futuris sanctae matris Ecclesiae filiis, quòd cùm Ecclesia beati Remigii super quibusdam decimis ad domum Marnensem pertinentibus, à Theodorico milite et ejus nepotibus inquietaretur, proponentibus eis, quod eas jure haereditario multis temporibus possedissent, et à parentibus suis, quasi generis successores, recepissent, Ecclesiâ verò in contrarium opponente, nullam, juxta Canonum instituta, in rebus ecclesiasticis laicos posse vendicare haereditatem, magis tamen paci suae studens quàm vexationi alienae, bonorum virorum freta et acquiescens consilio, contentionis hujus compositione pacificâ definire studuit quaestionem: Theodorico igitur, qui in hàc vexatione et calumniâ exactor visus est praecipuus, et Christinae sorori ipsius et ejus filiis, ob praememoratarum decimarum renuntiationem in perpetuum observandam, collatae sunt ab Ecclesiâ Marnensi quinque librae et duodecim bonnaria nemoris in Allodio beati Remigii: Godefrido vero, qui in simili querelâ molestus exstitit calumniator, ut suae renuntiaret et ipse calumniae, datae sunt sex librae et tria in eodem nemore bonnaria: Porrò haec bonnaria per quinque annos liberè et solutè possidebunt, quibus evolutis, singulis annis pro unoquoque bonnario quinque denarios Praeposito Marnensi in perpetuum solvent: Hi ergo et omnis eorum progenies, filii et nepotes et omnes, qui Ecclesiam Marnae in hàc

parte in redivivam modis aliquibus in posterum trahere videbantur quaestionem, multis et honestis viris astantibus decimas istas abdicantes, exfestucaverunt, et se nihil aliquo modo in his decimis reclamaturos, cum juramento compromiserunt. Si verò praebendarum, quas autoritate summorum, pontificum et Leodiensium episcoporum et archidiaconorum roboratas possidet Ecclesia praememorata, aliquam (quod absit) sustinuerit alienationem Theodoricus, quantum in terris vel aedificiis ad ipsas praebendas pertinentibus amiserit, ei in culturâ monachorum vel alias loco aequipolenti praepositus recompensabit. Verùm si aliquis istorum hanc immutare attemptaverit compositionem, iram Dei et Domini Coloniensis Archiepiscopi et Leodiensis Archidiaconi incursurum, et hâc irritatâ conventione, advocato sexaginta marcas soluturum se noverit. Hujus constitutionis decretum, ut per succedentia tempora inconvulsum perseveret, et maneat illibatum, sigillorum autenticarum personarum appensione et testium annotatione roboratum est. Hujus rei restes sunt ex parte Ecclesiae abbas Porcetensis, Fulco praepositus. Guilielmus thesaurarius, Milo, Remigius : de Clericis Magister Adam de Trajecto, Magister Giselbertus, Wilhelmus persona Marnae; Guilielmus presbiter, Hugo presbiter : de laicis Gozwinus advocatus, Godefridus de Mosâ, Goswinus de Haskeldale, Arnoldus de Hiabeke, Immo de Clummene, Godescalcus de Amby, Gumbertus scabini et caeteri ministeriales. Actum anno Verbi incarnati M°C°XC°, regnante Frederico Romanorum impetatore augusto, et filio ejus Henrico Romanorum rege. — *Inferiùs erat appensum sigillum ex duplici caudâ pergamenâ.*

V.

OBLATIO IN FEUDUM, FACTA EPISCOPO LEODIENSI A WALRAMO DE LEMBOURG, FUNDORUM VILLAE DE SITTERD. ANNO 1230.

Ego Walramus de Lembourg, notum facio

Universis, quòd in manus venerabilis Patris J..... Dei gratiâ Leodiensis Episcopi reportavi et reddidi centum libras terrae meae, ad monetam Valencensem in villâ meâ de Sitterd assignandas in allodio meo taxatione et estimatione Henrici de Huffalize et Wilhelmi de Tungris ex parte meâ, et Henrici de Argentel et Rigaudi de Haûqs ex parte domini Leodiensis. Ità quòd cùm praefatam terram eidem assignavero, ipsam ego et heredes mei tam de ipso episcopo, quàm de Ecclesiâ Leodiensi in perpetuum jure tenebimus feodali. Super hiis ergo effectus sum homo suus ligius contrà omnes homines, salvâ tamen fidelitate meâ erga imperium et Domi-

num Ducem de Lemborg fratrem meum, et Dominum Ducem Brabantiae. Quod ut à me observetur firmiter, praesentem paginam sigillo meo in testimonium roboravi. Actum in crastino Palmarum Anno Domini MCCXXX° Kalend. Aprilis. — *Le sceau qui était attaché sur queue de parchemin, ne s'y trouve plus.* — *Ex Archiv. Eccles. Cathedr. Leod.*

VI.

DONATIO QUATUOR MANSORUM LIGNI IN NEMORE DICTO HARTERT, FACTA THEODORICO DOMINO DE FALKENBOURGH, PER DOMUM SEU PRAEPOSITURAM DE MEERSSEN. ANNO 1237.

Theodoricus nobilis vir, dominus de Falkenborch, omnibus praesens scriptum inspecturis salutem.

Notum esse volumus, quòd Dominus Abbas, totusque conventus Sancti Remigii Remensis, et Domus de Merssene, ad dictam abbatiam pertinens, nobis quatuor mansos lignorum in nemore Hartert nuncupato contulerint, à çapite dicti nemoris versùs Lemal secùs Mosam usquè ad aliud caput nemoris in longitudine usquè ad finem dicti nemoris descendendo, et in latitudine usque ad T' a Bon ; si verò non sufficeret dicta latitudo cum longitudine dictâ ad quatuor mansos, quod deesset de quatuor mansis, acciperetur à fine nemoris praedicti in latitudinem unius Bun, ascendendo continuè et conjunctim inceptae incisionis, et debet tolli dicta superficies dictarum quatuor mansarum à festo beati Jeannis Baptistae nuper praeterito in duos annos : Hujus verò donationis occasione praedictis lignis quatuor mansarum sectis, residuae parti nemoris tàm in lignis quàm in fundo lignorum, ego cum haeredibus nobis successivis simpliciter renunciamus. Fundus etiam lignorum quatuor mansarum nobis ut praedictum est, collatus ad Domum Merssene et ad alios, lignis resectis, sicut hactenùs fuit, revertetur : Promisimus insuper fide nostrâ, nec à laicis nec à Domo praedictâ aliquid praedictae silvae in perpetuum petituros, nec ipsi laici poterunt nobis conferre : Item promisimus quamcunque violentiam sive injuriam Praeposito de Meerssen (*sic*), sive suis forestariis in nemore praedicto quocunque modo factam, pro posse nostro, fideliter deposituros : Pastûs verò glandis dictae silvae tertia pars in nostros cedet usus, et binae in Domûs praedictae : Item ab impetitione Trajectensium, Lemalensium, Itterensium, Harensium vel quorumcunque aliorum hominum, quatenùs ad arbores annuales vel minosas, vel breviter ad quodcunque jus, quod in dicto nemore se dicunt habere,

dictam Domum de Meerssen absolvemus : Quòd si aliquid casu omitteremus, et dicta Domus occasione talis omissionis damnum vel incommodum sustineret, dictam Domum reddemus indempnem. Haec verò per omnia, quae suprà dicta sunt, Adam de Hare, Alardus de Haskedal, Gosuinus Duker, Adam de Meersene milites et castellani de Falkenborch bonâ fide nobiscum observare promiserunt; omnia verò, quae superiùs tacta sunt, de petitione et voluntate mansionariorum Beati Remigii Ecclesiae de Meerssen sunt facta nec non ordinata : In cujus rei testimonium praesens scriptum sigillo nostro munivimus. — Actum anno Incarnationis 1237, mense Novembr.

VII.

DONATIO CUJUSDAM TERRAE SITAE PROPÈ CLUMMEN, VULGÒ NUNCUPATAE DEN RAVENSBERCH, FACTA PER PRAEPOSITURAM MEERSSEM THEODORICO DOMINO DE FALKENBOURCH. ANN 1242.

Universis, praesens scriptum inspecturis, Theodoricus, dominus de Falkenbourch in Domino salutem.

Universitati vestrae notum esse volumus, quòd nos terram, apud Clumenges, quae vulgò Ravensbergh nuncupatur, in annuâ pensione pro sterlingo Domui de Meerssen in festo Sancti Remigii in vendemiis omni anno persolvendo, pro nobis et nostris haeredibus in perpetuum liberè possidendam recepimus; decimam verò de praedictâ terrâ obvenientem Domui de Meerssen in perpetuum recipiendam assignavimus. Acta sunt apud Beekae, anno Domini 1242. Feriâ sextâ post *Misericordia*, praesentibus viro venerabili H. Praeposito sanctorum Apostolorum in Coloniâ, Domino Falcone Praeposito de Meerssen, magistro domino Scholastico Sancti Servatii in Trajecto, Alardo milite de Haskedal, et dicto Duker de Berghe.

VIII.

ELISABETH, VIDUA WALERANI I^{mi}, DOMINI DE MONTJOIE, RENUNCIAT ACTIONI INTENTATAE SUPER BONIS SITIS IN TERRITORIO DE WARSAGE. ANNO 1242.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint.

Elisabeth Domina de Monjoie, relicta Domini Walerani, cognoscere ve-

ritatem. Cum vir nobilis Dominus Walcranus bone memorie, quondam maritus noster, dum adhuc viveret, se jus habere ratione feodi in rebus allodialibus diceret in territorio de Warsage tam in villa predicta quam extra sitis, nec non et in domo et curte in villa eadem sitis. Que omnia ad Dominum Arnuldum quondam militem de Warsagge et ejus heredes pertinebant. Et ipso Domino W. et Ar. milite defunctis, questio super premissis inter nos et heredes dicti Ar. militis oriretur, Nos veritate super predictis, prout debuimus, tam à Balduine de Waimes, Henrico Le Cornut et Thoma fratribus, nostris hominibus, quam ab aliis quam pluribus diligenter investigata, evidenter perpendimus, nec Dominum nostrum W. predictum, nec nos etiam, aliquod jus in dictis rebus allodialibus habere, sed tamtummodo in domo et curte predictis, quas dictus Ar. a Domino W. in feodum tenebat. Quare res predictas allodiales quittas`clamamus, et etiam domum cum curte predictam, cum multo meliorem et magis fructiferam terram a nobis dictus Thomas in feodum receperit, pro domo et curte predictis, quas idem Th. a nobis in feodum tenebat. Que omnia quitta clamavimus de consilio hominum nostrorum, et de assensu filii nostri Walerani. Adjectum est etiam quod talem assensum et partitionem qualem fecerunt inter se heredes dicti Ar : defuncti, et Thomas predictus; debent tenere et observare heredes Th. prenotati super premissis in perpetuum. Datum in die beate Marie Magdalene Anno Domini M°—CC°—XL secundo. — *Scellé d'un sceau en cire jaune, pendant sur double queue de parchemin. Tiré de l'original, communiqué par M. l'abbé de Val-Dieu.*

Cette charte est d'écriture minusculo-cursive melée de quelques caractères gothiques. Plusieurs I sont marqués d'un accent. La virgule y est quelquefois employée pour signe d'interjonction.

IX.

COMMUTATIO QUAM FECIT PRAEPOSITUS MEERSSENSIS CUM RENARDO MILITE, DE MOLENDINO, QUOD DICITUR INFERIUS, SITO JUXTA VALKENBOURCH, A DICTI MILITIS HAEREDIBUS CONFIRMATUR. ANNO 1244.

Nos tales fratres, Gerardus miles de veteri Valkenbourch, Gosuinus canonicus Trajectensis et Gislebertus omnibus praesentem litteram inspecturis, notum esse volumus, quòd commutationem, quam fecit bonae memoriae Pater noster Renardus miles, dictus de Bonde, cum praeposito domûs

de Merssene de omnibus decimis, quas habuit ab Ecclesiâ Sancti Remigii Remensis, pro molendino, quod dicitur inferiùs molendinum, sito juxtà Valkenbourch, ratam habemus, firmiter nos promittentes perpetuò eam servaturos, et si aliquando aliquid quaestionis moverimus praepositis de Mersene super dictam commutationem, hoc potuis ex errore quàm de jure recognoscimus provenisse: Conditiones mutationis tales sunt, quod praepositus de Merssene ac sui successores Merssenses praepositi singulis annis Adae, fratri nostro, vigiliâ beati Martini duos modios siliginis; unum modium avenae ad mensuram Domûs de Merssene, in domo de Merssene assignabunt, quos modios ratione commutationis in domo praedictâ percipere solebamus. Si verò dictum Adam mori contingeret, dicta pensio ad nos et nostros haeredes proximos liberè revertetur termino statuto, et dictus praepositus ac sui successores nobis de dictâ pensione rectam debebunt per omnia tenere rationem: Hoc etiam adjecto, quòd ad dictum molendinum omnes molent, qui ibidem molere consueverunt vel tenentur, et si qui essent qui ibidem molere negligerent vel nollent, cùm tamen tenerentur, nos talem injuriam dicto praeposito ac suis successoribus pro tempore praepositis, ostendere debemus, qui bonâ fide nobiscum apud Dominum de Valkenbourch debebunt laborare ac instare, ut praedicta injuria nobis ac nostris haeredibus deponeretur. Caeterum potestamur nos ratione molendini praedicti deberi investito de Merssene singulis annis dimidium modium annonae quod dicitur *Moltura*, festo beati Martini solvendo: Et ut praemissa robur firmitatis obtineant, praesentem litteram sigillo Domini de Valkenbourch ac sigillo Praepositi de Merssene impetravimus roborari; Testes verò sunt Dominus Alardus miles de Haskedal, Dominus Gosuinus Dukerus, Dominus Adam de Hare, Dominus Gosuinus de Barkum, Godefridus et Gerardus sacerdotes: Gosuinus Ourous villicus, Petrus de Hemcove, Gerardus Bludt, Godefridus de Wede, Rogerus de Wingarsberg, Theodorus de Moervelt, Tilemanus de Wede scabini de Merssene.

Ego verò Th. vir nobilis, Dominus de Valkenbourch, protestor, quòd coram me acta sunt omnia superiùs annotata, et quòd dictus miles G. et fratres sui, uxor ejus filii et filiae decimas supraedictas abdicantes, dictam commutationem promiserunt in perpetuum illibatam conservare: Et ut scriptum istud ratum et firmum perenniter permaneat, ad petitionem dicti G. militis et fratrum suorum et domini V. Praepositi de Mersene praesentem litteram communivi: Et siqua partium ea, quae praedicta sunt, vellet infringere vel mutare, ego per omnia, tanquàm advocatus, praemissa facere debemus firmiter conservari. Anno Domini MCC quadragesimo quarto, mense Februario. — *Inferiùs dependebat sigillum dicti domini de Falkenbourch.*

X.

ADAM MILES, QUI CENSUS ET DECIMAS PRAEPOSITURAE MEERSENSI RECUSABAT, AD EORUM SOLUTIONEM COMPELLITUR, ANNO 1244.

Vir nobilis Theodoricus, domicellus de Falkenbourc, omnibus, praesens scriptum inspecturis, salutem.

Noverint universi, quòd cùm discordia verteretur super censu et decimis inter Dominum V. Praepositum Curiae de Mersene et Dominum Adam, militem, quondam advocatum, et Praepositus pro Curiâ suâ sibi commissâ requireret ab eodem milite census et decimas, dictus verò miles in contrarium, se non debere proponeret, ad praecidendam occasionis dissensionem, utraque pars amicabiliter in me compromisit, arbitrium meum ratum et firmum habitura: prudentibus autem viris mecum accersitis, rei veritatem scrutati fecimus cum diligentiâ, inquisitione autem factâ, sicut decuit, dictum A. militem reum invenimus in querelâ: Quare bonorum virorum freti consilio statuimus, quòd dictus A. miles minutam decimam, census suos et decimas omnium terrarum suarum pacificè sine aliquo obstaculo persolvet in perpetuum Curiae praedictae: Miles verò saepè factus, in praesentiâ nostrâ constitutus, nostrum statutum promisit fideliter conservare perenniter illibatum: In cujus rei testimonium praesens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno Domini MCC quadragesimo quarto, Mense Majo.

XI.

DONATIO TH. DOMINI DE FALCONIS-MONTE IN GRATIAM ABBATIAE VILLARIENSIS, FUNDI IN GLENNE, CUM EXEMPTIONE THELONII AC JURE PASCUORUM COMMUNIUM. ANNO 1250.

Universis praesentes inspecturis Th. miles, dominus de Falconis-Monte et Berta uxor sua, veritatis testimonium acceptare.

Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire, quod nos Dei intuitu contulimus viris religiosis Abbati et Conventui de Villari in Brabantia, Cysterciensis ordinis, locum unum ad edificandam curtem unam in proprio allodio nostro in territorio de Glenne prope nemus quod vulgo dicitur *Li grave*, allodialiter et libere perpetuo possidendum. Preterea illustris

patris nostri bone memorie vestigiis inherentes concedimus eis et talem conferimus libertatem, ut decem caras sive vinum sive frumentum vel alia quelibet utensilia ad opus eorum in terra potestatis nostre deducentes, singulis annis in perpetuum à thelonio et eorundem animalia a pedagio liberi sint et absoluti, seu aliis exactionibus et servitiis quibuscunque Conferimus, et eis in omni terra potestatis nostre usum pascuorum communium ad opus animalium suorum, sive ea propriis expensis nutrierint, sive aliis ad certam portionem nutrienda et custodienda commiserint. Viris nobilibus hominibus nostris feodalibus assensum suum ad hoc prestantibus, quorum nomina sunt hec : Dominus Gossuinus de Borne , Dominus Arnoldus condictus Steine, Dominus Ar. de Elsclo, dominus Alexander de Wilre, milites. Omnibus igitur qui nostre jurisdictionis sunt, sub obtentu gratie nostre, districte precipimus, ne dictos fratres vel eorum servientes presumant aliquatenus in personis vel rebus molestare, scientesque quicunque eos in aliquo ledere seu perturbare presumpserit, pupillam oculi nostri se noverit tetigisse. In cujus rei testimonium ego Th. prefatus sigillum meum pro me et uxore mea cum sigillis predictorum feodalium meorum decrevi presentibus apponendum. Datum et actum anno Domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo Mense Augusto.

Tiré de l'original scellé de cinq sceaux.

Le premier de Thierry de Fauquemont ; le second de Goswin de Borne, présentant dans l'écu trois chevrons dont l'inférieur est le plus petit ; le troisième d'Arnold d'Elslo représentant un chevalier sur un cheval caparaçonné, portant à la main droite une épée et tenant de la gauche un écu avec l'inscription : SIGYLLVM ARNOLDI DE ELSLO, le contre scel est très petit et présente ses armes. Le quatrième est celui d'Alexandre dont l'inscription n'offre que les lettres suivantes : SIGILL.........LEXAND.........ITRE, enfin le cinquième est d'Arnold de Steine.

XII.

WALERANUS II^{dus} DOMINUS DE MONTJOIE, CONFIRMAT RENUNCIATIONEM MATRIS SUAE SUPER BONIS IN WARSAGE. ANNO 1250.

Waleranus de Monioihe omnibus ad quos presentes littere pervenerint cognoscere veritatem.

Notum vobis facio, quod ego in facto venerabilis matrone Domine Elyzabhet matris mee, quod fecit de concilio hominum suorum et meorum et

de mea voluntate, videlicet de quittatione domus et curie Domini Arnoldi quondam militis de Warsage, site in eadem villa ante grangiam Fratrum Vallis Dei, cum ad presens legitime sim etatis, consentio et sub testimonio presentium litterarum mearum ipsum matris mee factum per omnia, prout in carta sua super hoc confecta plenius continetur, approbo et confirmo.

Actum et datum anno Domini M°CC°L°. — *Scellé d'un scel en cire jaune pendant sur double queue de parchemin ; tiré de l'original.*

L'écriture de cette charte est en minuscules sauf quelques grandes lettres gothiques. Les montans sont presque tous bouclés. L'Æ est rendu par l'E simple, les I n'y sont point distingués. La plupart des abréviations sont indiquées par ce signe ⏜

XIII.

DONATIO FACTA CONVENTUI REICHSTEINENSI A WALRAMO DE MONTJOIE, DECIMAE PAROCHIAE DE GLEHN. ANNO 1252.

Extat apud V. C. Ritz: *Urkunden und Abhandlungen*, etc., 1ter Band, 1824, in-8°, p. 85. Et quamvis minùs correctè, apud Hugo *Annalium Praemonstratensium.* Tom. II, inter Probationes, pag. CCCCXVII. Ex codice Reichensteinensi cui titulus : *Copiae originalium.*

XIV.

DISPOSITIO ALARDI MILITIS DE HAFKESDALE DE QUIBUSDAM BONIS IN GRATIAM ABBATIAE VALLIS-DEI SUORUMQUE CONSANGUINEORUM. ANNO 1253.

Universis presentes litteras inspecturis Alardus miles de Hafkesdale cognoscere veritatem.

Cum temporis mobilitas omnia secum temporalia precipitet, a memoria labentur humana facta, nisi litterali testimonio perempnentur. Notum igitur esse cupio presentibus et posteris universis et singulis quod ego, compos mei et sane mentis, de consensu et voluntate Domini mei. Th. Domini de Valkenburgh, de bonis meis quibusdam disposui sub hac forma, Ecclesie monachorum de Valle-Dei ordinis Cysterc. Leodiensis Dyocesis quinquaginta marcas Leodienses legavi in opus conventûs devolvendas, ita quod ego me obligavi eidem Ecclesie ad solvendum quinque marcas annuatim ad festum beati Servatii quousque eidem Conventus

hoc modo percipiat summan L marcarum prelibatam. Si vero ante plenam solutionem factam me viam carnis universe ingredi contigerit, si quid de predicta summa manserit persolvendum, recipietur in bonis meis de Motberg per solutionem V marcarum, singulis annis faciendam, sicut dictum est, donec predicte L marce integraliter fuerint persolute. Tuncque bona eadem ad Joannem nepotem meum, filium Henrici filii mei, libera revertentur; volo autem, ut L marce, de quibus dictum est, in possessiones immobiles convertentur ubi commodius ad commodum Conventus poterit commutari. Item quicquid habeo allodii apud Abshoven donavi memorate Ecclesie de Valle-Dei in eleemosinam ad opus Conventus, ita tamen quod tam ego quàm filia mea Elysabet, temporibus vite nostre vel alterutrius nostrum, usum fructuum et liberam dispositionem et amministrationem habebimus de prefato allodio, sine alienatione et impignoratione ejusdem. Habebimus etiam potestatem ego et dicta E. filia mea vel alteruter nostrum, quicunque uno decedente supervixerit, in dictis bonis conferendi centum marcas Leodienses, si nobis placuerit, cuicunque loco religioso vel persone voluerimus, tali modo, quod idem locus religiosus vel persona post vitam nostram medietatem dicti allodii in manu sua retinebit, quo usque dicto loco vel persone ab Ecclesiâ Vallis-Dei centum marce Leodienses fuerint integraliter persolute; et sic memorata Ecclesia Vallis-Dei de eodem allodio se poterit liberè intromittere et ipsum quietè possidere. Hanc itaque dispositionem circa predicta bona factam ordino in hunc modum. Abbati et Priori dicte Domus de Valle-Dei attencius committo et in conscientiis suis injungo, ut de redditibus atque proventibus predictorum bonorum tam L marcarum quam allodii supra memorati singulis annis IIII^or^ anniversaria diebus, quibus instituentur, facianda fieri fideliter faciant, et diligenter pro singulis Conventum largiter pitanciando. Residuum vero redditum atque proventuum supra dictorum in dispositione seniorum Domus et Confessorum relinquo conferendum Conventui in IIII^or^ minutionibus, et alio tempore quando et quomodo melius et competentiùs judicaverint oportere. Volo autem ut circa ordinationem hanc addendi vel minuendi temporibus vite mee libera mihi facultas maneat et potestas. Disposui insuper et ordinavi circa predictam filiam meam Elyzabet, quod post mortem meam bona de Ophem optinebit quamdiu ipsa vixerit, post decessum autem ipsius eadem bona libera revertentur ad ante dictum Johannem nepotem meum et ipsius heredes. Item volo ut decem et octo capones in bonis meis de Motberg singulis annis recipiat filia mea E... prenotata. Item circa neptem meam, filiam Henrici filii mei, majorem, Elyzabet nomine, ita ordinavi quod, cum ipsa tradetur ad nuptias, centum marce eidem assignabuntur que venerunt

ex parte matris sue. Ego etiam, si eo tempore superstes fuero, tantum de meo apponam de consilio amicorum dicte E... quod ipsa honeste maritabitur. Si vero antequam predicta E. viro tradatur, me mori contigerit, volo et ordono, quod, de consilio Domini Gozuini dicti Duker, Ade de Haren, Ade de Hartevemont, Theodorici de Bossoit, Henrici de Danbeike, Anselmi de Hafkesdale Gerardi de Scerwier et Franconis fratris ejus, militum, vel eorum, qui ex eis tunc superstites fuerint, tantum accipiatur de hereditate sepedicti Johannis fratris dicte Elizabet, quod eadem cum honestate maritetur.

Aleidis vero, soror ipsius Elizabet, minor videlicet filia sepedicti Henrici filii mei, tradetur ad religionem. Quod, si tempore vite mee factum fuerit ego circa hoc faciam quod mibi placuerit et videbitur expedire. Si vero tempore vite mee id confirmatum non fuerit, tradentur cum predicta Aleide monasterio; in quo ipsa religionis habitum susceperit, XL marce, que recipientur de XX honuariis terre apud Hafkesdale nunc pertinentibus ad curiam de Hafkesdale. Quod, si dicta A... extra religionem permanserit, volo et ordino ut de bonis dicti Johannis fatris sui eidem A... de consilio amicorum suorum supra memoratorum assignata sibi portio taliter melioretur, ut sive inter beginas sive alias ubicunque manere voluerit, competenter valeat sustentari.

Facta est autem hec dispositio et ordinatio Anno Domini M° CC° L° tercio mense Augusto, presentibus Magistro Ada scolastico Ecclesie beati Servatii Trajectensis et predictis G. Duker, A. de Haren, G. et F. de Scerwier militibus et testibus adhibitis. Et ut firma permaneat et robur obtineat, presentem superscribi feci, ac memorati Domini mei Th. Domini de Valkenburg, Magistri A. scolastici Trajectensis et meo proprio, item G. Duker et G. de Scerwier militum supradictorum sigillis communiri.

Muni de cinq sceaux en cire brune ou plutôt jaune, dont le premier est de Thierry de Fauquemont, le deuxième en demi ovale renferme un triangle en bosse traversé par trois bandes à treillage et porte l'inscription: S. GOSWIN DUKERE; *le troisième présente l'inscription*: SCOLASTICI TRAJECTO; *le quatrième, également en demi-ovale représente dans l'écusson un cimier* (ou deux cornes de cerf) *avec la légende :* S. GERARDI *militis de* SCERWIRE*; le cinquième représente sur un écusson triangulaire trois boules avec la légende*: S... ARD... DE HAVECKEDAL.

Copié sur l'original communiqué par M. l'abbé de Val-Dieu.

XV.

THEODORICUS DOMINUS DE FALCONIS-MONTE CONFIRMAT VENDITIONEM FACTAM ABBATIAE VILLARIENSI QUORUNDAM FUNDORUM FEUDALIUM PER ALARDUM DE BRECHT VASALLUM. ANNO 1257.

Universis quos videre contigerit praesentia Theodoricus Dominus de Falkenbourg notitiam attingere veritatis.

Vestrae notum sit universitati, quòd Henricus de Brecht miles circiter duos mansos terrae arabilis sitos in territorio de Glenne, quos de nobis tenebat in feodum, praesentibus hominibus nostris feodalibus et per judicium eorundem, ad opus Alardi filii sui junioris, sanus et incolumis liberè et absolutè in manus nostras reportavit, werpivit et effestucavit, nullo jure sibi in eâdem terrâ reservato.

Nos quoque eandem terram ipsi A. reddidimus in feodum, et ipse nobis homagium debitum, praestitit de terrâ antedictâ.

Praeterea idem H. praedictus unum bonuarium terrae arabilis dicto feodo adjacentis quam ipse de Ecclesiâ de Glenne sub annuo censu sex denariorum Leodiensis monetae tenebat, in manus advocati nostri, qui ibidem Villici vices gerit, ad opus praefati A. filii sui, praesentibus scabinis loci ejusdem reportavit et per judicium eorumdem werpivit et effestucavit, nihil sibi juris in eâdem terrâ reservando.

Est sciendum quòd Willelmus miles, dicti A. frater et Ida ejusdem W. uxor hiis omnibus supradictis praesentes affuerunt, consenserunt et approbaverunt, omni juri, quod in eâdem terrâ tàm censuali quàm feodali habebant vel habere poterant, quoquo modo, expressè penitùs renunciantes. Quibus ritè peractis, praedictus A..., assensu uxoris suae interveniente, vendidit viris religiosis Abbati et Conventui monasterii de Villari Cisterciensis ordinis Leodiensis Diaecesis circiter undecim boneria terrae de feodo suo antèdicto, cum praefato bonnario terrae censualis pro sexaginta et duodecim marcis monetae Leodiensis quas ipsi Villarienses dicto A... persolverunt per manum ipsius W. praedicti in pecuniâ numeratâ, ipso A... jam dicto praefatam solutionem ratam habente. Tradidit autem saepèdictus A... Villariensibus memoratis dictam terram, quam eis vendiderat, in hunc modum. Terram si quidem feodalem, videlicet undecim boneria praedicta reportavit dictus A... in manus nostras ad opus monasterii antedicti, praesentibus hominibus nostris feodalibus, quorum judicio eandem terram dictus A...,

werpivit et effestucavit, nihil sibi juris reservans in eadem. Et nos ipsam terram feodalem per manum nostram primitùs coram hominibus nostris feodalibus, de hinc per manum advocati nostri et per scabinos nostros de Glenne, tradidimus dictis Villariensibus sub libero censu sex denariorum Leodiensis monetæ jure perpetuo possidendam, quittantes eisdem Villariensibus feodum quod in eâdem terrâ habebamus solumque censum prædictum nobis in eâdem terrâ retinentes, cessante omni emendâ censûs ultrà debitum terminum retardati et exactione qualicunque. Terram verò censualem dictus A.., in manus advocati nostri coram scabinis nostris prædictis ad opus Villariensium praedictorum reportavit et per judicium eorumdem werpivit et effestucavit, nullo jure sibi vel aliquibus de suis propinquis post se in eâdem reservato.

Dictus quoque Advocatus terram ipsam, praedictorum scabinorum judicio mediante, per manus fratris Lamberti conversi dicti Monasterii, tradidit eidem Monasterio sub censu VI denariorum Leodiensium in festo omnium Sanctorum dictae Ecclesiae de Glenne solvandorum annuatim, ad quem terminum census noster praefatus nobis est solvendus.

De utrâque etiam terrâ praedictâ frater L.... antèdictus donum recepit et investituram nomine sui monasterii nunquam ampliùs in posterum iterandam. Testes horum sunt de hominibus nostris feodalibus Zibrech de Nedrebeke, Willelmus de Pas, Noul de Bekehove. De scabinis de Glenne Theodoricus de Ato. Ludovicus Canbarius, Arnoldus Faber, Gerardus de Curte Gossuinus filius Pauli, Willelmus de Crawincle, Theodoricus de Pas. In hujus igitur rei testimonium praesentibus litteris sigillum nostrum decrevimus apponendum. Actum in crastino beatorum Apostolorum Petri et Pauli Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo. — *Appendet sigillum in cerà albâ ex caudâ pergamenâ.*

Ex archivo publico Aquisgrani.

XVI.

THEODORICUS DOMINUS DE FALKENBORCH CONFIRMAT SPONSIONEM FIDEJUSSORIAM, PRAECEDENTIS VENDITIONIS FIRMITATEM CONCERNENTEM. ANNO 1257.

Omnibus Christi fidelibus, qui ad hoc scriptum suos inflexerint oculos, Theodericus Dominus de Falkenborch nunquàm à tramite veritatis deviare.

Universitati vestrae volumus esse notum, quòd Alardus, Domini Henrici

de Brecht militis filius, coràm nobis et hominibus nostris feodalibus ad hoc in testimonium evocatis, firmiter repromisit viris religiosis Abbati et Conventui Monasterii de Villari Cisterciensis ordinis, Leodiensis dyocesis, quòd ipse ad diem competentem, quam idem A. dictis Villariensibus designabit, adducet uxorem suam coràm nobis et hominibus nostris feodalibus, et etiam in curiâ nostrâ de Glenne in praesentiâ advocati et scabinorum loci ejusdem, et inducet eam liberè et absolutè ad acceptandum et ratificandum contractum venditionis factae per ipsum A... Villariensibus antedictis, videlicet de duodecim vel circiter bonuariis terrae arabilis in territorio de Glenne jacentis, quam ipse tenebat partim in feodum, partim in censu. Insuper idem A... tenetur garandire dictis Villariensibus ipsam terram praedictam per annum et diem, à lege et consuetudine constitutum, ab omni calumpniâ ac suorum redemptione proximorum, qui tamen incepit currere à crastino beatorum Apostolorum Petri et Pauli anni Domini millesimi ducentesimi quinquagesimi septimi, à qua die infra annum tenetur A... saepèdictus conventionem supradictam de uxore suâ adducendâ ex pacto praemissò adimplere indilatè. De quibus conventionibus superiùs expressis absque contradictione aliquâ fideliter effectui mancipandis A... praefatus sufficientem praestitit ipsis Villariensibus fidejussoriam cautionem sub hâc formâ: Si quidem, si idem A... aliquam conventionem praedictarum infrà praefixum terminum non impleverit juxtà promissum suum, fidejussores, qui pro eodem ergà dictos Villarienses dictam inierunt cautionem, ad ipsis Villariensibus amoniti promiserunt voluntariè se absque aliquâ contradictione ex tunc Falkenborch ituros, nec indè exituros usquè ad plenariam dictarum conventionum complectionem, nisi de ipsorum Villariensium licentiâ speciali. Nomina dictorum Fidejussorum sunt haec : Dominus Mathias de Bruch miles, Zibertus de Nedrebeke, Johannes Gallus, Noul de Bekehove. In cujus rei testimonium praesens scriptum ad preces ipsius A... et Fidejussorum suorum praedictorum dictis Villariensibus tradidimus, sigilli nostri munimine roboratum. Actum anno gratiae millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, dominicâ post festum Apostolorum Petri et Pauli.

Appendet sigillum. — Ex eodem Archivo.

XVII.

WALLERAMUS, DOMINUS DE MONGOYE ET JUTTA, UXOR EJUS, NONAS AC DECIMAS A CAPITULO ECCL. B. M. IN AQUIS ACCIPIUNT. ANNO 1264.

Nos Walleramus dominus de Mongoye et nos Jutta uxor ejus notum fa-

cimus universis, tenore presentium recognoscentes, quod nos pro nobis nostrisque successoribus recepimus a viris venerabilibus Ottone Dei gratia preposito, Garselio decano totoque capitulo Ecclesie beate Marie in Aquis ad firmitatem perpetuam duas partes none ac decime panagii nemoris de Compendio, nec non et duas partes decime novalium ejusdem nemoris, pro quadraginta modiis avene, talis qualis in ipsa terra crescit, ipsis Aquis in granario suo, secundum quod alii pactarii eorum facere consueverunt, infra mensem decembrem annis singulis assignandis. Nichilominus decima Claustri de Requisteren et decima curtis de Walburc ac decima totius terre, secundum quod limitata est inter decimam terre et nemoris, sicut hactenus consueverunt recipere, eis salvis. Huic contractui talis conditio est adjecta, quod si dictos quadraginta modios ipsis infra predictum mensem Decembrem non solverimus et solutio per unum mensem post ipsum decembrem retardaretur, elegimus et acceptavimus pro nobis et successoribus nostris quod Domnus Decanus predicte Ecclesie Aquensis, qui pro tempore fuerit habeat potestatem excommunicandi Scultetum nostrum seu successorum, nostrorum, qui pro tempore fuerit in Compendio; et si post abhuc uno mense retardaretur solutio, subiicimus nos et successores nostros jurisdictioni predicti Domni decani Ecclesie Aquensis, ut extunc, sine offensa nostra, nos excommunicet et denunciari faciat excommunicatos, donec eis solutionem plenariam faciamus. In cujus rei testimonium sigilla nostra pro nobis nostrisque successoribus appendimus huic scripto, petentes, ad majorem predictorum firmitatem, sigilla reverendorum patrum Domni Engelberti Dei gratia Archiepiscopi Coloniensis et domni Heinrici eadem gratia Leodiensis episcopi litteris hiis apponi. Datum in octava beati Johannis Evangeliste. Anno Domini Mill° CC° LX quarto. *Ex autographo.*

XVIII.

DECLARATIO THEODERICI DOMINI DE VALKENBORG SUPER RENUNCIATIONE FACTA A JOHANNE DE AFKESDALE JURI QUOD PRAETENDEBAT CONTRA ABBATIAM VALLIS DEI. A° 1265.

Universis presentes literas inspecturis Th. vir nobilis Dominus de Valkenborg salutem et cognoscere veritatem.

Quoniam ea que in tempore fiunt, plerumque processu temporis oblivione sepeliuntur, consuevit humana sedulitas tractatus proprios et federum commertia fideli munimento committere litterarum. Hinc est quod Anno

Domini M°CC°LX° quarto in Quadragesima, cum tractatus habitus fuisset apud Mersene coram me et hominibus meis feodalibus inter Fratrem Theodoricum ex parte Abbatis et Conventus Vallis-Dei Cysterciensis ordinis, Leodiensis Dyocesis ex una parte, et Elizabet filiam Domini Alardi bone memorie de Hafkesdale militis, ex altera, super eo quod dicta E. voluit dictis Abbati et Conventui Vallis Dei conferre et in manus eorum reportare usumfructum, quem habuit, quandiu viveret in allodio de Abshoven, quod allodium dictus A. bone memorie Miles de Hafkesdale pater suus contulerat memoratis Abbati et Conventui Vallis-Dei, in elemosinam, sicut vidimus in litteris super hoc confectis plenius contineri; Johannes de Hafkesdale filius pie memorie Henrici fratris dicte E. credens se habere aliquod jus in dicto allodio supervenit, petivitque collationem ac reportationem supradictas induciari, ac sibi transcriptum dicti... (exesa vocabula...) ut cum amicis suis deliberaret, an juris quippiam sibi in dicto allodio competeret an ne. Quod cum impetrasset, postmodum eodem anno in die beati Servatii, constitutis in mea presentia et hominum meorum feodatorum apud Trajectum, Fratre Th. supradicto ex parte Abbatis et Conventus Vallis-Dei supradictorum, et dicta E. filia supradicti A... militis de Hafkesdale, Johannes supradictus de Hafkesdale supervenit, laudavit supradictam elemosinam et approbavit, et recognovit se nichil in ea juris habere. Insuper et omni juri quod se habere credidit, in dicta elemosina renuntiavit et effestucavit, ratum se habere et habiturum omni tempore promittens, quicquid dicta E. amita sua faceret, vel ordinaret, cum dictis Abbate et Conventu Vallis-Dei super dicta elemosina. Ceterum ad ammonitionem Fratris Th. Supradicti requisitus a me per sententiam Hogerus miles de Haren feodatus meus, si id, quod factum fuerat, sufficere posset conventui supradicto Vallis-Dei, ut libere gaudere posset ac deberet, de sua elemosina; respondit idem Hogerus miles et per sententiam parium suorum diffinivit quod id quod factum fuerat bene sufficere debuit Conventui Vallis-Dei et quod posset idem Conventus de sua elemosina gaudere libere et absolute. Acta sunt ista in mea presentia et hominum meorum feodatorum, videlicet Domini Alexandri de Scinne, Tilmanni de Rode, Theoderici et Hogeri fratrum de Haren, Friderici tunc advocati, militum; Johannis de Hafkesdale, Gerardi filii Cole, Reneri de Bigichte et multorum aliorum. Ut autem rata permaneant et firma, presentibus litteris Sigillum meum ad preces partium appendi in testimonium et munimem. Datum anno Domini M°CC°LX° quinto. — *Scellé d'un sceau en cire jaune, suspendu à un double cordon de soie rouge.*

Copié sur l'original communiqué par M. l'abbé de Val-Dieu.

XIX.

ORDINATIO HENRICI DE GELDRIA, EPISCOPI LEODIENSIS, DE MILLE MARCIS STERLINGORUM DEPOSITIS IN ABBATIA VALLIS-DEI A WALERAMO DOMINO DE MONTJOIE. — ANNO 1266.

Henricus Dei gratia Leodiensis Episcopus. Universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod cum viri religiosi Abbas et Conventus Monasterii Vallis-Dei Cysterciensis ordinis, Leodiensis Diœcesis, vivente viro nobili Waleramo Domino quondam de Monjoie milite, causa depositi quondam receperunt ab eodem Waleramo mille marchas Sterlingorum, decem solidos Sterligorum pro marcha. Et post ejusdem Walerami decessum, predicti religiosi a pluribus super predicta pecunia multipliciter inquietarentur ex eo quod ejusdem Domini relicta predictam pecuniam asserebat ad se totaliter pertinere, quibusdam aliis contrarium dicentibus aliquas partes ejusdem pecunie sibi fuisse legatas per viam testamenti a predicto Waleramo. Nos super hoc nostram auctoritatem et officium interponentes predicte relicte de dicta pecunie summa mandavimus et fecimus cum effectu restitui quater centum marchas Leodienses, dictis Religiosis ducentas marchas de dicta pecunia pro remedio anime dicti Walerami assignantes et conferentes eisdem, predicta relicta suum super hoc prestante consensum et assensum, et ipsas ducentas marchas dictis Religiosis specialiter ob causam predictam conferente. Super quo debemus dictos Religioses quietos, liberos et pacificos conservare contra quascunque personas que super dicta pecunia vel parte ipsius vellent eos molestare, vel inquietare super eo pretextui quod forsan diceretur ab aliquo sibi de dicta pecunia per viam testamenti, codicilli, legati vel elemosine quicquam a dicto Waleramo fuisse relictum. Insuper Religiosi memorati residuam partem pecunie, videlicet quater centum marchas que penes eosdem Religioses remanent, adhuc ex causa predicta retinebunt. Et illas custodient nec alicui exhibebunt easdem quousque dicti Religiosi pacifici, quieti et liberi fuerint ab omnibus illis qui ratione dicte pecunie aliquas calumpnias voluerint eisdem inferre. Si etiam dicti Religiosi aliquas injurias, dampnum vel gravamen occasione quacunque premissorum sustinerent, nos easdem injurias et gravamen amoveremus et modis omnibus propulsaremus, eosdemque de premissis omnibus et singulis conservaremus indempnes. In cujus rei testimonium et munimen presentibus litteris sigillum nostrum est appensum. Datum anno Domini

millesimo ducentesimo sexagesimo sexto in crastino sanctorum Jacobi et Christofori.

Tiré de l'original scellé d'un sceau en cire jaune brunie, attaché sur double queue de parchemin, qui n'est plus entier. On voit cependant d'un côté un évêque en habits pontificaux assis et tenant de la main gauche une crosse et de la droite un livre fermé. Le contre scel présente un évêque à genoux ayant les mains jointes pour prier. La tête est enlevée ainsi que l'inscription dont on ne voit que les deux lettres R E. Dans le champ du contre scel, on remarque une étoile. Par un contre scel semblable, attaché a une des chartes de ce prélat en 1260, *on voit que cette figure avait la tête penchée et que la légende était* MISERERE MEI DEUM.

XX.

JOANNES DUX ASSIGNAT THEODORICO DOMINO DE VALKENBORCH DUCENTAS LIBRAS LOVANIENSES, 1267.

Annuatim percipiendas de redditibus pontis de Trajecto, quas in feodum tenebit; poterit autem Dux et sui haeredes redimere mediantibus duobus millibus lib. Lovaniens. mille lib. simul, et servabitur dicta pecunia in Monasterio Vallis-Dei Ordinis Cistertiensis, quousque dictus Theodoricus redditum acquisiverit; vel de suo allodio assignaverit ad dictum valorem. Et debet dictus Dominus de Valkenborch servire Duci ut homo suus ligius. Datum Dominicâ primâ post Trinitatem Anno M°CC°LXVI°. — (*Exstat apud Butkens, Trophées de Brabant.*)

XXI.

THIERRY SIRE DE VALKENBORCK PROMECT DE SERVIR ALEYDE DUCHESSE DE BRABANT ET LE DUC SON FILS, CONTRE HENRI EVESQUE DE LIÉGE ET OTTON, COMTE DE GELRE SON FRÈRE ET LEURS PARTISANS, 1267.

A condition que, s'il faut passer la Meuse en Brabant, il sera au dépens de la Duchesse, et si la Duchesse ou les siens passent la Meuse, il servirat à ses depens. En outre s'oblige le dict Thiery de recouvrer la ville de Mastricht avec autant de diligence et devoir, comme il feroit pour recouvrer son Chasteau de Valckenborch, s'il fut prins de ses ennemis; et l'aiant recouvert il retiendra la dicte ville un demi an, et après le restituerat en mains de la

Duchesse, et de son fils etc., *Datum in Dei Nativitatis B. Mariae. Domini M°CC°LXVII°.* — (*Exstat apud Butkens, ibidem.*)

XXII.

VENDITIO FACTA A DOMINIS DE SCHINNE, ECCLESIÆ B. M. V. AQUISGRANENSI, BONORUM ET CURIÆ DE BINGERODE. — DE 24 JUNII 1268.

UNIVERSIS PRESENTIA VISURIS THEODORICUS *Dominus de Valkenborg nobilis vir salutem et cognoscere veritatem.*

Constitutis in presentia nostra in solo allodii nostri, multis nostris fidelibus astantibus, venerabili viro G.... Dei gratiâ Decano Ecclesie beate Marie Aquensis et quibusdam canonicis et fidelibus ejusdem Ecclesie ex una parte, Domino Th. de Schinne nobili viro et Godefrido unico et promogenito filio suo cum aliis multis amicis suis et proximis ex altera, idem Godefridus in etate legitima constitutus, videns in hoc utilitatem suam, amicorum suorum ductus consilio et nostro consensu habito super eo ex parte sui et uxoris sue Helwigis et tutoris illius, videlicet Domini Arnoldi de Steine nobilis viri, bona et curiam de Bingerode prius a nobis descendentia et descendentem cum omnibus mansionariis, hominibus, redditibus et juribus quibuscunque pertinentibus, ad ipsa bona et eandem curiam, a dicto Domino Th... et Benedicta uxore sua parentibus ipsius G... sibi et uxori sue data et datam, Ecclesie vendidit antedicte pro trecentis marcis Sterlingorum, decem solidis pro marca qualibet computatis, nec non et trecentis marcis Aquensium denariorum pecunie numerate in omni jure preterquam in jure feodi, consuetudine etiam et libertate quibus dicti parentes eadem bona et ipsam curiam habuisse, tenuisse et possedisse dinoscuntur, ab eadem Ecclesia cum mansionariis, hominibus, redditibus et juribus antedictis in liberiori etiam jure videlicet allodiali sive proprio a nobis eidem Ecclesie dato perpetualiter possidenda et possidendam. Contulit insuper ipse Godefridus et Helwiges uxor ipsius in elemosinam jus patronatus quod parentes ipsius Godefridi habuerent et ipsi habebant in Ecclesia de Bingerode, propter Deum simpliciter et ob reverentiam beate Mariae Virginis Ecclesie memorate. Renunciando una cum predicta Helwige uxore sua, eodem jure patronatus dato ac omnibus venditis antedictis ad opus Ecclesie Aquensis, cujus nomine memoratus Decanus ipsa vendita statim post dicti Godefridi exitum et uxoris sue Helwigis celebratum, intravit cum solempnitatibus debitis et consuetis obligando pro hujusmodi pio facto grata vicissitudine, non ex contractu aliquo,

sed ex pietatis dono, dictam Ecclesiam Aquensem prefatis parentibus venditioni bonorum et curie consentientibus, quos in fraternitatem et orationem ejusdem Ecclesie recepit, quod ipsa Ecclesia Aquensis cum maiori commendatione et solempni post obitum eorundem tumquam in licito et honesto tenebit obsequio, et quod marcam unam de predictis bonis venditis in cujuslibet duorum istorum anniversario pro refectione fratribus erogabit. Et, nos accedentibus similiter renuntiationibus et solempnitatibus predictis cum Walleramo, primogenito nostro jam adulto, cujus utique consensus super omnibus predictis actis accessit, jus et dominium allodij quod in predictis bonis et curia ceterisque pertinentibus ad eandem, habuimus, ad honorem omnipotentis Dei et gloriose Matris sue ob salutem anime et corporis nostri, pro dono liberali Ecclesie contulimus supradicte. Renuntiantes omnibus judiciis, talliis, precariis, exactionibus, serviciis molendinorum, cambarum et expeditionum, vel quorumcunque servitiorum et jurium quocunque nomine censeantur, que in dictis venditis recepimus aut recipere debite vel indebite poteramus. Hoc solum excepto quod in dicto allodio de aperto vulnere, furto, homicidio, raptu et rapina vel de consimili crimine seu excessu majoris judicii, pro quo etiam possit vel debeat duellari, nos et heredes nostri judicium tenebimus et justitiam debitam faciemus. Acta sunt hec presente viro illustri Domino Walleramo Duce Lymburgensi sub testimonio Domini Wirici de Vrenzen, ipsius Th. de Schinne virorum nobilium et Godefridi de Breidenrode milite (sic), fidelium nostrorum Gerardi de Luggene militis et scabini Aquensis, Johannis de Berkensdorp militis et fidelis TH.... nobilis antedicti aliorumque multorum hominum clericorum, et laicorum fide dignorum. In cujus rei testimonium presens scriptum ad petitionem supradictarum parcium dicte Ecclesie Aquensi nobili et excellenti transmisimus cum appensionibus sigillorum antedicti Wallerami primogeniti nostri et supradicti Domini Arnoldi de Steine, sigilli nostri munimine roboratum. Datum in die nativitatis beati Johannis Baptiste. Anno Domini M° CC° sexagesimo octavo. — (*Ex autographo.*)

XXIIII.

DECLARATIO WALLERAMI DOMINI DE MONTJOIE ET DE VALKENBURG DE SATISFACIENDO DEBITIS ET LEGATIS COGNOMINIS SUI AVUNCULI DOMINI DE MONTJOIE. ANNO 1269.

Ego Wall, Dominus de Montyoie et de Valkenburg notum facio universis presentes litteras visuris:

Quod ego omne honus debitorum et legatorum in quibus W... quondam

Dominus de Montyoye avunculus meus tenebatur et que legavit, in me recepi. Ita quod religiosi viri Abbas et Conventus Vallis-Dei Cisterciensis ordinis ad solutionem predictorum non tenentur. Sed ego de premissis in quantum de jure teneor, respondebo. Hoc salvo quod Domina Jutta relicta Domini de Montyoye predicti satisfaciet pueris God. de Wederhane judicis in Tulpets et familie sue tam de debitis quam legatis ad que solvenda se specialiter obligavit. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum feria quarta post Epiphaniam Domini. Anno Domini M°CC°LX° octavo.

Scellé du contre-scel de Waleran en cire brune sur queue simple de parchemin. (*Copié sur l'original communiqué par M. l'abbé de Val-Dieu.*)

XXIV.

ENGELBERTUS COLONIENSIS ARCHIEPISCOPUS REMITTIT INIMICITIAS EX MORTE TH. DE VALKENBURG, DE ANNO 1274. FERIA IV, POST OCTAVAM PASCHAE.

Exstat apud Hamm, in suo Engelberto § 77, pag. 288 et seqq.

XXV.

PUBLICATIO FACTA PER ENGELBERTUM DE ISENBRUCK, ARCHIDIACONUM LEODIENSEM, SUPER JURE PATRONATUS ECCLESIAE PAROCHIALIS DE OIRSBERCK, QUOD WALRAMUS IIdus, DOMINUS DE FALKENBURGH AC DE MONJOYE, MONASTERIO SANCTI GERLACI CONTULERAT. DE ANNO 1273, IN DIE PENTECOSTES.

Exstat apud Carolum Ludovicum Hugo, *Annalium Praemonstratensium*, tomo 1, pag. 737.

XXVI.

WALLERAMUS, DOMINUS DE VALKENBORCH ET MONTJOIE, ASSIGNAT JOANNI DUCI BRABANTIAE 300 LIBRAS IN FUNDIS AUT BONIS LIBERIS, UT ILLA A DUCE RECIPIAT IN FEUDUM. ANNO 1274. FERIA QUINTA POST FESTUM SANCTI MARTINI HIEMALIS.

Exstat apud Butkens, tom. I, preuv. p. 106.

XXVII.

JOANNES EPISCOPUS LEODIENSIS CONFIRMAT DONATIONEM JURIS PATRONATUS ECCLESIAE PAROCHIALIS DE GLEHN, FACTAM A DOMINO WALERAMO DE WACKENBURG ET DE MONJOIEN, ET DOMINA PHILIPPA UXORE ILLIUS, IN FAVOREM MONASTERII SORORUM ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS DICTI RICKWINESTEINE (REICHSTEIN). ANNO 1275. FERIA TERTIA POST OCTAVAS APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

Extat apud C. V. Ritz *Urkunden und Abhandlungen*, etc. 1ster band. Aachen 1824, in-8°, pag. 87, et apud Carolum Ludovicum Hugo, tom. II *Annalium Praemonstratentium*, inter Probationes, pag. CCCCXVIII.

XXVIII.

ATTESTATIO JUDICII DE SITTERTE SUPER RETRACTATA QUERELA MAGISTRI VOLVINI CONTRA ABBATIAM VALLIS-DEI EX TESTAMENTO WALERAMI DOMINI DE MONIOIE. ANNO 1275.

Universis presentes litteras inspecturis Villicus et scabini universique Burgenses de Sitterte eternam in Domino gratiam et salutem.

Noverit universitas vestra quod, cum inter Abbatem et Conventum Vallis-Dei, Ordinis Cysterciensis ex una parte, et Magistrum Volvinum de Sitterte ac filios ejus Rilvinum et Rutgherum ex altera, occasione testamenti nobilis viri quondam Domini Walerami de Monioie querela verteretur, tandem rigore juris et bone pacis inter dictas partes interveniente, dictus Magister ac eiusdem filii predicti coram nobis (*deleta duo vocabula*) dictos Abbatem et Conventum... renuntiaverunt ac omni querele, quam contra ipsos habebant vel habent ad presens renuntiaverunt et effestucaverunt, promittentes bona fide, quod dictos Religiosos occasione predicta per se vel per alios in postorum minime molestabunt. In quorum omnium testimonium et robur veritatis premissorum ad preces utrarumque partium presentibus litteris sigillum duximus appendendum.

Datum anno Domini millesimo C°C° septuagesimo quinto in die undecim millium Virginum.

Muni d'un sceau en cire jaune, suspendu à double bande de parchemin.
(Copié sur l'original communiqué par l'abbé de Val-Dieu.)

XXIX.

WALRAMUS DOMINUS DE VALKENBORGH PROFITETUR PATREM SUUM THEODORICUM AB ABBATIA SANCTI REMIGII RECEPISSE SILVAM DE HARTERTH PRO DENARIO AUREO PRAEPOSITO MEERSSENSI ANNUATIM SOLVENDO, AD CUJUS USUM EX DICTA SILVA RESERVANTUR QUATUOR MANSI, SICUT ET JUS DECIMARUM PER TOTUM PRAEDICTAE SILVAE DISTRICTUM. ANNO 1275.

Universis praesentes litteras visuris Bartholomaeus, Divina permissione abbas sancti Remigii Remensis totiusque ejusdem loci conventus salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quòd cùm antecessores nostri cum bonae memoriae viro nobili Theodorico de Falkenborgh milite quasdam conventiones seu conditiones iniissent, quas vir nobilis Walramus Dominus de Falkenborgh et de Monioye, filius dicti Domini quondam Th... recognoscit initas esse et factas fuisse, et eas approbat in haec verba :

IN NOMINE SANCTAE AC INDIVIDUAE TRINITATIS : AMEN.

Universis praesentes litteras inspecturis Walramus Dominus de Falkenbergh et de Monioye salutem in Domino :

« Quemadmodum per successorum genera solent temporum praeterire » curricula, provida hominum adinvenit industria celebre facta celebri » scripto committere, ut universae carnis viam ingredientibus actoribus » praeterita tanquàm praesentia vivis innotescant successoribus : posteritas » siquidem humani generis ob primi parentis culpam transgressionis, sicut » labilis, sic et mobilis memoriae jacturam incurrit : igitur ne post succe» dentia tempora à successorum privetur memoriâ, ad communem omnium » perveniat notitiam, quomodo bonae memoriae Theodoricus pater noster, » quondam Dominus de Falkenborgh, cum viris religiosis abbate et con» ventu Monasterii Sancti Remigii Remensis super silvâ de Hartert in allodio » Beati Remigii praedicti existente conventiones inierit in hunc modum: » scilicet quòd ipse D^us^ quondam Th... pater noster praedictus successo» resque sui dictam silvam haberent in perpetùum, et à dictâ Ecclesiâ tene» rent pro denario aureo, Praeposito de Meerssen nomine ejusdem Ecclesiae » singulis annis in festo Beati Remigii in cap kal. octobris à Domino de

» Falkenborg in signum dominii persolvendo : Praepositus verò de Meerssen
» nomine Ecclesiae praedictae Sancti Remigii Remensis de dictà silvâ
» quatuor mansos mediante eo sibi retinere, et ibidem ubicunque decimas
» cum integritate recipere deberet, nec non dictus pater noster consensum
» omnium hominum habentium usum in dictâ silvâ, procurare deberet
» adhiberi, et per hoc homines ipsos utriusque sexûs à talliis seu exactioni-
» bus, quas ab eis recepit et recipere consuevit, liberare in perpetuum pro-
» misit et quittare : quas conventiones superiùs expressas sic initas profite-
» mur et recognoscimus per praesentes, nec super praemissis probandis
» volumus contra nos esse necessarium aliud documentum : et quia ex parte
» patris nostri et nostrâ conventiones praedictae non ad plenum fuerunt
» observatae, nos bonorum usi consilio, pro remedio animae patris nostri
» et nostrae, in die Beati Nicolai Meerssene personaliter accedentes, homi-
» nibus in dictâ silvâ usum habentibus à nobis propter hoc legitimè convo-
» catis super praemissis omnibus et singulis communi eorumdem consensu
» requisito à nobis penitùs obtento, conventiones omnes et singulas prae-
» dictas, quantùm in nobis est, ratas habentes approbamus ac etiam inno-
» vamus et promittimus per praesentes nullo ad hoc dolo vel frande inducti,
» fide à nobis corporali juramento tactis sacrosanctis praestitis, quòd contra
» ipsas conventiones per nos aut per alios facto vel verbo de extero non
» veniemus, sed eas inviolabiliter observabimus in futurum, et ne ipso
» negotio adhuc integro existente propter nudum pactum à dictis conven-
» tionibus resiliendi facultas alterutri partium tribuatur, de prudentium et
» bonorum virorum consilio, habitâ super his deliberatione competenti,
» quantùm in nobis est, pactum seu conventiones prachabitas confirmantes
» in hunc modum scilicet, quòd silvam de Hartert et terras, à quibus pars
» dictae silvae exstirpata est, recepimus à Praeposito de Meerssen nomine
» Ecclesiae Beati Remigii Remensis, eas nobis concedunt et eas sic nos
» recepisse recognoscimus pro annuo censu unius denarii aurei à nobis et
» successoribus nostris dicto Praeposito statuto termino persolvendi : debet
» autem Praepositus de Meerssen, qui pro tempore fuerit, quattuor mansos
» silvae sibi retinere à dictâ silvâ residua seorsim per metas et terminos
» separare, et exindè facere suam voluntatem et ad agriculturam redigere
» prout sibi placuerit, et omnes fructus inde seu ex his provenientes in suam
» convertere utilitatem : in illis autem quattuor mansis mansionarii vel ho-
» mines, quicunque in dictâ silvâ anteà usum aliquem sive jus aliquod ha-
» bebant seu reclamare poterant, nullum usum in illis quatuor mansis, nec
» etiam in totâ silvâ, de caetero reclamabunt, nam illum usum sive illud jus
» effestucaverunt, et is spontè renuntiaverunt, et nos pro hâc liberalitate eos

» ab omni talliâ, exactione quitamus, liberamus et absolvimus per praesentes » nec non eorum in perpetuum successores salvâ nihilominus Praeposito de » Meerssen in dictis silvâ et terris perceptione omnium decimarum tam an- » nonae quàm foeni : si autem contingeret (quod Deus avertat) nos vel ali- » quem de nostris successoribus contra praemissae vel aliquod praemisso- » rum venire, nulla à nobis seu nostris successoribus valeat temporis » diuturnitas, nulla dicto Praeposito noceat prescriptio, quatenùs semper » sine temporis praefinitione in dictis quattuor mansis et in perceptione » decimarum tàm annonae quàm foeni totius loci praedicti et denarii aurei » annua solutione jus Ecclesiae Sancti Remigii Remensis praedictae quo- » modocunque contingente casu maneat inconvulsum et hoc sive tota silva » sivè pars silvae maneat, sive etiam totà sive pars ad agriculturam processu » temporis redigatur. Volentes ut siquae per incuriositatem omissa sint, » quae acta vel apposita expressè valerant quod ea subintelligantur et valeant » ac si acta essent expressè et apposita, successores nostros in praemissis » omnibus et singulis observandis in perpetuum etiam obligantes : Consen- » timus etiam in hoc, ut si nos successoresque nostros contingeret (quod » absit) contra praemissa seu alterum praemissorum quocunque modo » venire, quòd Dominus Leodiensis episcopus, qui pro tempore fuerit, nos » et successores sine strepitu judicii qualicunque modo eidem constiterit, » nos posset ad praemissa observanda per excommunicationis in personam » nostram successorumque nostrorum et interdicti in terram nostram sen- » tentias coarctare, nos quò ad hoc jurisdictioni ejusdem realiter submitten- » tes renunciamus in hâc parte actioni in factum, exceptionibus doli mali, » quòd ita actum non est prout scriptum est, illius specialiter juris benefi- » cio, quo mediante à praemissis seu altero praemissorum quoquo modo » resilire possemus, praetextu actionum, exceptionum seu defensionum » aliarum à nobis expressè non renuntiatarum, pro eo scilicet, quòd de illis » excogitatum non existit et omni alii juris beneficio tàm canonici quàm » civilis, tam ordinarii quàm extraordinarii, quod nobis ad impugnandum » praemissa seu praemissorum aliqua posset aliquatenùs suffragari. In cujus » rei testimonium et munimentum praesentibus litteris sigillum nostrum » duximus apponendum et ad petitionem nostram praesentibus apposita sunt » sigilla virorum nobilium Reynaldi Comitis Gelriae, Domini Gosuini Domini » de Borne et aliorum, Adae, Gosuini, Ogeri fratrum De Haren et Joannis De » Hasquedal militum fidelium nostrorum. Acta sunt haec apud Meerssen, » anno Dominicae Incarnationis 1275 in die Beati Nicolai Episcopi, et datum » eodem anno, mense Martio. »

NOS VERÒ ABBAS ET CONVENTUS PRAEDICTI PER PRAESENTES

Hujusmodi conventiones et conditiones sub formâ praedictâ recognoscimus factas fuisse et initas profitemur, promittentes quòd eas omnes et singulas inviolabiliter observabimus, dummodò dictus Walramus et sui successores eas secundùm formam et conditiones praedictas duxerint observandas, aliquin si dictus Nobilis vel sui successores à dictis conventionibus resiliverint (quod absit) vel ab aliquibus earumdem, quòd ex tunc in optione nostrâ existat, vel ut idem Nobilis ad instantiam nostram ad earumdem observantiam omni modo per ordinarium compellatur, vel nos seu successores nostri ab eisdem conventionibus impunè seu conditionibus resilire omni modè valeamus et nos ad easdem de caetero non teneri. In cujus rei testimonium sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Actum et datum anno Domini 1276°, mense Octobris. (*Inferius appensa erant duo sigilla ex caudis sericis rubri coloris.*)

XXX.

TRANSMISSIO ALLODII SEU TERRAE ET VILLAE DE GRUELES PER WALERAMUM DOMINUM DE MONTE-FALCONIS ET MONJOIE AD EPISCOPOS LEODIENSES, PER MANUM DOM. ANTONII MONACHI IN VALLE SANCTI-LAMBERTI. — ANNO 1276.

A tos cheas ki ches presens Lettres verront et oront Jhe Walerans Sires de Faucoumont et de Montjoie Salus en Dieu et tesmognages de Veriteil.

Sachent tuis chilh ki sunt et ki avenir serunt ke je mon Aluet propre de Grueles en vile, en terres, en bois, en pres, pastures, pescerie, homes et justice et maisons en tot droit ke jhe ai et pui avour, diportet elle main Damt Anthone moinc delle Val Saint-Lambert awes mon sangnour Jehan par la grasse Dieu Veske de Liege et awes tos cheas ki seront apre li Veske de Liege, et chis Dam Antones avoit mandement special de par monsangnur lesveske et de part son abbet de prendre et rechivoir chel alluet devandit. Ke jhe lisi si comme dit est devant susporteit, et comme droit et loi porte, a lenseignement et a jugement de mes hommes ki la furent present, par tel covent ke se pou en est fait et plus soit a faire a los et a le volonteit Monsagnur, je li ferai avant kant ce porat enseignier que faire ou doit. En tesmognage de chu aie mis a ches presentes lettres mon sael et ai priet mes hommes chest a savoir: Adam Seignour de Harne, Rogier Vowet Sire de

Hakendale, Lambert d'Ardenges, Gerard de Donechehem chevaliers. Et nos chevaliers de seur nomeit a le rekeste Walerant devantdit et Dam Anthone avons pendus nos saiaux a ches presens lettres, et Jhe Gerard Donechehem chevalier, Libers Maires de Treit, Adam de Harne, Thyris li clerc de Borne, Ogiers, fumes presens a chest afaitement et contesmoigns, et partant ke nos navons nule sael avons priet Rogier le clerc notaire public delle cuert de Rome kilh por nos et por luy i mette son sienne : et nos Renart de Wilke, Baduins Betz, Jehan de Molant sekevins de Treict i avons pendus nos saias a le rekeste des parties, et je Walerans, Sires, devant nomes, cogneis devant les hommes de seur dis, ke je nestoie hons *(un mot illisible.)* Winant del Aluet desseur nomet a tens ke jhe le reportai ens elle maint Dam Anthone. Che fut fait en l'an de grasce Milh et CCLXX° et VI. Lendemain delle Chandeleur, a Hartat.

(Signum notariale.) Et ego Roger sancte Romane Ecclesie Notarius publicus, premissis omnibus interfui... vocatus et rogatus hec suscripsi manu propria et signum meum ad requisitionem Dominorum W. et An. ac. Testium prenominatorum presentibus apposui anno nativitatis Domini M° CC° LXX. septimo indictione quinta III nonas februarii. Pontificatus Domini Johannis Pape vicessimi primi, anno primo.

Le premier des huit sceaux de cette charte (dont le cinquième est perdu) est le contre-seing de Waleran, sire de Fauquemant. — (Ex archivis Ecclesiae cathedralis Leodiensis.)

XXXI.

DECLARATIO WALRAMI DOMINI DE VALKENBERG ET DE MONTJOYE SUPER DECIMA DE HURTENE PERTINENTE AD CANONICOS HEINSBERGENSES. DE ANNO 1279.

Walramus Dominus de Valkenberg et de Montjoie dilecto fideli suo advocato Coloniensi salutem dilectionem.

Viri discreti Canonici Heinsbergenses sua nobis conquestione monstrarunt quod vos super quadam decima ipsorum sita in Hurtene ipsos inquietatis, et ipsam decimam vobis attribuatis minus juste pretendentes vos ipsam decimam cum aliis bonis de Hurtene vobis contulisse. Cum igitur decima eadem, sicut intelleximus, ab antecessoribus nostris Dominis de Heinsberg Canonicis loci ejusdem libere sit collata; et iidem Canonici eandem liberedossedeunt decimam a tempore quo non extat memoria, discretionem

vestram rogamus pariter et monemus quod dictos Canonicos in prefata decima suo jure et libertate frui permittatis, cum id, quod nostrum non existit, vobis non contulerimus nec offerre intenderimus quoquo modo. Scientes quod super decima eadem nullam a nobis warandiam sive pacificationem possidetis quod presentibus protestamur.

Datum anno Domini M° CC° LXX nono, in octava Apostolorum Petri et Pauli. — (*Ex originali.*) — *Le sceau qui était attaché avec des queues de parchemin, est tombé. Tous les I y sont accentués.*

XXXII.

LITTERAE EMTIONIS FUNDORUM IN MUNSTERGLENE PER ABBATIAM VALLIS-DEI EX GOSSUINO DOMINO DE BORNE. ANNO 1283.

Universis presentes litteras inspecturis Waleramus Dominus de Faconmont et de Monioie Salutem in Domino et cognoscere veritatem.

Si in amaritudinum circonspectione vitam nostram collaudemus, quid rationabile consilii dubii commodum recipiet, nisi prona voluntatis benivole sagacitas utilioris discretionis effectum prosequatur? Et ex hoc procul dubio finis admirationis non disçrepat, quin extrema salubrius prosequendo, ad ejus gratiam qui regibus gloriam dat et honorem facilius transeamus. Porro quia gestorum novitas posteritatis indiget memoria, vestram latere nolumus universitatem, quod nostris antecessoribus triginta et quatuor vel circiter bonuaria terre allodialis partim arabilis et partim prati cum curte una in villa et territorio de Mustreglene consistentis jam dudum habentibus, placuit eis viro nobili Gossuino militi Domino de Borne ob ejus servitii meritum dictam terram conferre. Ut ipse eam a nostris antecessoribus et eorum posteris in feodum relevaret et teneret, et eis ampliori servitio obnoxius teneretur. Ut non appareret os bovis triturantis a praesepio separatum, cui servitii merito debet alligari. Quo Gossuino beneficium acceptum agnoscente, terram predictam arabilem sibi sic collatam a dictis nostris antecessoribus recepit in feodum, eo in ejus possessionem rite inducto corporalem. Postmodum autem cum idem Gossuinus dictam terram in feodum sic teneret, muttatione temporis suam muttante voluntatem: idem Gossuinus predictam terram suam feodalem erga Godefridum de Molle armigerum seu ejus patrem sub certa ypotecha pignori obligavit. Qua obligatione pendente, et nobis animadvertentibus utilius fore dictam terram ab aliquibus Religiosis acquiri, quàm eam ad alios transire possessores, apud religiosos viros Abbatem

et Conventum Monasterii Vallis-Dei Cysterciensis ordinis Leodiensis Dyocesis, quorum vicina nobis profuit devotio, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, partes nostras interposuimus, ut ipsi religiosi dictam terram acquirerent, et nos dictum feodum in primum allodium reducerenius ipsis religiosis ob remedium nostre et nostrorum antecessorum animarum, ut ipsi religiosi dictam terram servitio feodi cessante, quietius possiderent et tenerent. Quibus religiosis circa hec diligenti et assiduo labore et studio innitentibus, tandem dictus Godefridus de Molle, Juetta ejus uxor legitima et Renerus, Willelmus, Godefridus, Petrus, Katherina et Sophia eorum liberi et heredes ad procurationem et instantiam dicti Gossuini, coram nobis et nostris hominibus feodalibus qui sunt ii : Dominus Otto de Borne, scilicet, Gossuinus de Haren, Henricus de Scinne, Johannes de Haskedale, Godefridus de Rode milites, Theodoricus de Dytren, Gossuinus de Berghe, Theodoricus clericus notarius noster, Henricus et Gerardus et Gossuinus de Berclos fratres, Renerus dictus Safflars villicus noster de Faconmont; qui omnes sunt etiam homines allodiales terre nostre de Faconmont, et sub Dominio nostro, in presentia quam plurium fide dignorum ad hoc vocatorum; dictam terram et dictum feodum et quicquid juris et predicte et cujuscunque alterius obligationis, in eis habebant, dicto Gossuino in manum nostram reportaverunt et quittaverunt, guerpiverunt et effestucaverunt, nihil sibi juris in eis retinentes. Et cum ad dictam reportationem et quittationem idem Gossuinus in pacificâ possessione et proprietate dicte terre et feodi esset ut prius et pax ei per predictos homines nostros et nos precipue juxta morem curie nostre adjudicata; sepedicti religiosi cum eodem Gossuino convenerunt in hunc modum, videlicet quod dicti religiosi a dicto Gossuino predictam terram et curtem et feodum predicta, et quicquid juris proprietatis, et possessionis in eis habebat justo emptionis titulo, in nostra et hominum nostrorum predictorum qui etiam sunt homines allodiales terre nostre, presentia acquisiverunt pro trecentis et viginti marchis Leodiensis monete. De quibus idem Gossuinus a dictis religiosis sibi esse satisfactum in pecunia numerata bona soluta et legavi recognovit coram nobis se tenens de eis propagato et promittens eis dictam terram et curtem per annum et diem contra quoscunque et a quacunque evictione proximorum garandire et quittam seu quittas et pacificas conservare.

Qui Gossuinus pretextu dicti contractus in presentia nostra et predictorum hominum nostrorum feodalium et allodialium ad opus dictorum religiosorum predictam terram et dictum feodum in manum nostram reportavit, guerpivit et effestucavit, nihil sibi juris retinens in iisdem. Et cum predicta terra in manum nostram sic esset reportata : et dictum feodum ad ipsius

Gossuini reportationem in allodium ut prius reversum, nos quod judicio predictorum hominum nostrorum referente, de terra ipsa tanquam allodiali ad opus ipsorum Religiosorum nostram possemus facere voluntatem, nos ipsis religiosis predictam terram tanquam allodialem per predictos homines nostros allodiales reddidimus ob remedium predictarum animarum et contulimus. et eos in ipsius terre tanquam allodialis per praedictos homines allodiales possessionem rite induximus corporalem, et pacem eis adjudicavimus juxta morem curie nostre allodialium nostrorum adhibitis sollempnitatibus que in talibus consueverunt adhiberi. In quorum etiam nostra et hominum nostrorum predictorum presentia predicta bona Osto miles, Otto, Willelmus et Gossuinus heredes dicti G. de Borne dictis religiosis quemadmodum et eorum pater praedictus quittaverunt. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum est appensum, una cum sigillis militum predictorum. Et nos Gossuinus Dominus de Borne predictus premissa profitentes esse vera, litteris eisdem sigillum nostrum apposuimus. Nos vero alii prenominati milites pro nobis et nostris sociis premissis presentibus litteris eisdem sigilla nostra apposuimus in testimonium premissorum, superscriptionem milites approbamus.

Datum anno Domini M° CC° LXXX° tercio in crastino octavarum Pentecostes. (1).

Scellé de sept sceaux en cire verte, suspendus alternativement à des cordons doubles de soie rouge et verte. Le premier est de Waleran seigneur de Fauquemont. Le deuxième représente, sur l'écu en bosse et de forme demi-ovale carrelé avec un point au milieu de chaque carreau, trois équerres placées de façon que la pointe extérieure de l'angle touche à la lisière supérieure de l'écu avec la légende : † SIGILL... *Je crois que c'est celui de Goswin de Borne. Le troisième plus petit que le précédent, offre aussi dans son écu trois équerres qui sont dans le plein. On ne voit de la légende que ces lettres* † OS.......S MILI. *C'est apparemment Osto de Borne. Le quatrième représente sur un écu en demi-ovale treize petits morceaux traversés obliquement par une fasce de sable, de sorte qu'il s'en trouve deux en haut et six en bas, placés sans trop d'ordre, la légende porte* † S...... HEN..... DE..... EN *(Sciennen). Le cinquième est tombé. Le sixième sur un petit écu en demi-ovale n'offre que quatre fasces posées horizontalement avec la légende :* † S. GOS..... DE HAREN MILITIS. *Le septième représente sur un pareil écu trois boules avec l'inscription* † S. JOHA DE HAVEK. — *(Copié sur l'original communiqué par M. Delcour, abbé de Val-Dieu.)*

(1) 14 Junii.

XXXIII.

LITTERAE EMTIONIS CURTIS ET TERRARUM IN MUNSTERGLENE PER ABBATIAM VALLIS-DEI EX OSTONE DOMINO DE BORNE DE ANNO 1283.

Universis presentes litteras inspecturis Walramus Dominus de Mônyoie et de Valkenborgh salutem cum notitia veritatis.

Quoniam temporalium rerum dispositio vetustate dierum aggravata sub oblivionis favilla solet sepius sepeliri sapientium decrevit industria bene gesta mortalium ad posteritatis noticiam scriptis mandare. Ea propter noveritis universe et singuli quod vir nobilis Osto de Burne miles triginta et novem bonuaria terre arabilis parum plus vel minus jacentia in territorio de Munsterglene cum quadam curia quam in eadem villa habebat et a nobis in feodum perpetuum tenebat, in nostra et hominum nostrorum feodatorum subscriptorum presentia viris religiosis Abbati et Conventui Vallis-Dei Cysterciensis ordinis Leodiensis Dyocesis, vendidit pro ducentis triginta tribus marcis decem solidis et sex denariis Leodiensium, accedente ad id voluntate et consensu Margarete uxoris ejus et Gosuini unici filii et heredis ipsius Ostonis, qui una cum dicto Ostone milite predictam terram cum curia coram hominibus nostris feodatis ad opus dictorum religiosorum Vallis-Dei in manus nostras reportaverunt, effestucaverunt, gerpierunt et penitus dictis religiosis quittaverunt, renuntiantes expresse omni juri proprietatis, ususfructus, dotis tam constitute quàm constituende quam non solute propter nuptialis donationis ac successionis ejuscunque quod in dicta terra et curia habebant vel habere poterant in futurum, nec non et omni alii beneficio tam canonici quam civilis (supple. juris); promittentes nihilominus bona fide contractum predictum se firmiter observaturos et contra ipsum per se vel per alios nullatenus in futurum venturos ad hoc se et totam posteritatem suam specialiter obligando. Et nos predictus Waleramus Dominus de Monioie et de Valkenborgh supra dictam terram cum curia priùs feodalem in manus nostras reportatam modo supradicto, provida deliberatione super hoc habita ob remedium anime nostre, uxoris nostre ac parentum nostrorum et ad petitionem amicorum nostrorum, predictis religiosis dictam terram et curiam, cum nostrum allodium esset in puram elemosinam, coram hominibus allodialibus terre nostre, sicut moris et juris est in ipsa terra, affecavimus et eisdem investituram dicti allodii contulimus, effestucantes et gerpientes omne dominium allodiale et omne jus quod in dicta terra et curia habebamus sive habere poteramus, ipsam ab omnibus feodalibus

obsequiis et juribus in perpetuum absolventes adhibitis omnibus solempnitatibus debitis que in talibus consueverunt adhiberi, renuntiamus etiam expresse beneficio restitutionis in integrum tam jure speciali quam communi nobis super premisssis competenti et competituro, nec non exceptioni doli mali tam dantis causam contractus quam incidentis et omni alii beneficio tam juris civilis quam canonici. Homines autem nostri feodati et etiam allodiales et qui premissis interfuerunt sunt hii : Gossuinus de Haren et frater ejus Ogerus, Joannes de Haveskendale, Fridericus de Retersbeke, Godefridus de Skinne milites, Otto de Burne frater Domini Ostonis, Arnoldus de Steine, Willelmus de Munforth, Gerardus et Henricus fratres de Berkelor, Theodoricus notarius supradicti Domini de Valkenborch, Gosuinus dictus Huge, Godefridus de Beke scultetus dicti Ostonis, ac alii quam plures fide digni. In cujus rei testimonium et munimen presentem cartam sigilli nostri munimine duximus roborandam.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo mense februario in Cathedra sancti Petri.

Scellé d'un sceau en cire verte, attaché à un double cordon de soie rouge. — (Copié sur l'original communiqué par M. Delcour, abbé de Val-Dieu.)

XXXIV.

DECLARATIO WALLERAMI DOMINI DE MONZOIE ET DE VALKENBORCH SUPER ASSISTENTIA DANDA DOMINO JOHANNI DUCI BRABANTIAE IN JURIBUS AC NEGOTIIS AD SCULTETATUM AQUENSEM PERTINENTIBUS DE ANNO 1284 FERIA SEXTA ANTE DOMINICAM : LAETERE.

— (*Exstat apud Butkens*, tom. I, preuv. p. 119.)

XXXV.

LITTERAE EMTIONIS FUNDORUM IN ABSHOVEN ET QUORUMDAM CENSUUM PER ABBATIAM VALLIS-DEI EX SIMONE DE BORNE DE ANNO 1285.

Universis ad quos praesentes littere pervenerint Walleramus Dominus de Monioie et de Falkemonth salutem cum noticia veritatis.

Quoniam ea que in tempore fiunt plerumque processu temporis oblivione

sepeliuntur, consuevit humana sedulitas federum commercia munimento committere litterarum. Ea propter noveritis universis et singuli, quod Symon de Borne, miles duodecim bonuaria terre bone et arabilis allodialis, parum plus vel minus, jacentia in villa de Abshoven, ac duas cormedas, undecim denarios Leodienses, septem capones annui census, in quatuor curiis, in nostra presentia viris religiosis Abbati et Conventui Vallis-Dei Cysterciensis ordinis, Leodiensis Dyocesis, vendidit pro centum viginti et sex marchis Leodiensis monete, sibi ad plenum solutis et deliberatis ab eisdem, in pecunia numerata bona et legali, accedente ad hoc voluntate et consensu Heylke uxoris sue, et Alardi, Henrici, Johannis, Gerardi, Mechtildis, Katherine et Melle liberorum suorum, qui una cum dicto patre suo S. de Burne, cum consensu et voluntate Johannis de Borne mariti Mechtildis, predictam terram et census predictos cum duabus cormedis, in manus Domini Ostonis de Borne militis reportaverunt, effestucaverunt et guerperunt ad opus dictorum religiosorum Vallis-Dei, renuntiantes expresse omni juri proprietatis, quod in terra sive in censibus predictis habebant, sive habere poterant, promittentes nihilominus bona fide contractum predictum se firmiter observaturos, et contra ipsum per se vel per alios nullatenus in futurum venturos, ad hoc se et totam posteritatem suam, una cum uxore sua, specialiter obligando, promittente dicta Mechtilde, fide et juramento interpositis quod contrà premissa per se vel alium non veniret in futurum, et juri si quod habebat in premissis, ratione dotis vel alia quacunque causa, renuntiavit, et alienationi predicte consensit, recognoscens pretium ex eis sequtum, in ejus utilitatem conversum extitisse. Et nos W. dictus Dominus de Monioie et de Falkemonth, in testimonium et robur premissorum, presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno Domini M°CC°LXXX° quarto in die beati Gregorii Pape.

Scellé d'un sceau en cire brune foncée, attaché à un double cordon de soie verte et rouge. — (Copié sur l'original communiqué par l'abbé de Val-Dieu.)

XXXVI.

LITTERAE REVERSALES WALERANI II^{di} DOMINI DE FAUKEMONT SUPER RECEPTA AB EDUARDO REGE ANGLIAE PENSIONE ANNUA 300 LIBRARUM TURONENSIUM SUB ONERE VASALLAGII DE ANNO 1295. 24 APRILIS.

(*Exstat in* Actis publicis Thomae Rymer, *edit. Hagae Comitis* 1745. *Tom. I, parte* 3, *pag.* 145 — 1me *edit. tom. II, pag.* 677.)

XXXVII.

RATIFICATIO CONVENTIONIS INTER OTTONEM DOMINUM DE BORNE ET PETRONILLAM HUJUS SOROREM, ET EMTIO EX FILIIS PETRONILLAE, PER WALERAMUM DOMINUM DE MONYOIE ET DE FALKENBORCH, QUORUNDAM BONORUM. DE ANNO 1296.

Nos Walramus Dominus de Monyoie et de Falkenborch notum facimus universis presentes litteras visuris.

Quod cum nobilis vir consanguineus noster dilectus Dominus Hoysto de Borne dederit et assignaverit, nobili Domine Petronille sorori sue quatuor modios ordei annue pensionis, in molendino suo de Monsterglane, hereditarie capiendos, idem vero nobilis postmodum dictum molendinum integraliter et omne jus quod habebat in eodem, vendidit, religiosis viris Abbati et Conventui Vallis-Dei, Ordinis Cysterciensis Leodiensis Dyochesis; et dicte Domine, pro dictis quatuor modiis ordei, tres modios siliginis annue pensionis assignavit hereditarie penes redditus suos apud Berghe supra Mosam, capiendos et habendos, cum quibus tribus modiis siliginis predictis, dicta Domina de quatuor modiis ordei predictis se tenebat pro pagata, et dictum concambium seu assignationem, ipsi prout dictum est factam, ratam tenebat atque firmam. Hiis vero preteritis liberi dicte Domine, videlicet Engelbertus et Theodoricus, vendiderunt nobis et nostris heredibus quandam hereditatem que eis post decessum matris eorum competere debent, ratione cujus venditionis dicti tres modii siliginis ad nos et nostros heredes post decessum matris eorum reverti deberent pleno jure. Hanc autem assignationem trium modiorum siliginis dicte Domine factam ratam habemus et habituri erimus in futurum, promittentes dictum molendinum seu ejus possessores per nos vel nostros heredes minime calumpniaturos, et omni juri nobis et nostris heredibus vel successoribus in dicto molendino competenti penitus renuntiamus per presentes, quibus sigillum nostrum est appensum in testimonium veritatis.

Datum anno Domini M° CC° nonagesimo quinto (1) feria quinta post Dominicam Reminiscere.

Scellé d'un sceau en cire jaune, pendant à des fils de fine soie rouge et jaune (Copié sur l'original communiqué par l'abbé de Val-Dieu.)

(1) 22 février 1296 n. st.

XXXVIII.

ASSIGNATIO FACTA A WALRAMO DOMINO DE MONYOIE ET DE VALKENBORCH ABBATIAE DICTAE MUNSTER-BILSEN, CENSUS ANNUI 40 SOLIDORUM LEODIENSIUM. ANNO 1296.

Universis presentes litteras inspecturis Walramus Dominus de Monyoie et de Valkenborch salutem cum notitia veritatis.

Noveritis universi quod cum ad opus amusarii faciendi perpetue in Monasterio de Blysia felicis recordationis Aleydis quondam sororis nostre abbatisse ibidem quadraginta solidos Leodienses qui de censibus omini de Steyne singulis annis in villa de Borsene consueverunt persolvi erga Renerum de Biechte famulum nostrum qui illos a nobis tenebat in feodo, de bonis a dicta sorore nostra relictis empti existant. Nos dictos quadraginta solidos et Monasterium de Blysia quoad eos ab omni onere et servitio feodali absolvimus, et ipsos quadraginta solidos allodialiter transferimus in monasterium supradictum, presentium quibus sigillum nostrum una cum sigillo viri nobilis Domini Arnoldi Domini de Steyne sororii nostri appensum est testimonio litterarum. Et nos idem Arnoldus Dominus de Steyne sigillum nostrum presentibus litteris apposuimus in signum consensus nostri adhibiti in premissis. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto in nativitate beati Joannis Baptiste. — (*Ex autographo.*)

XXXIX.

RESTITUTIO CAPITULI AD SANCTUM MARTINUM LEODII IN BONA APUD BRUYST, PER WALERANUM DOMINUM DE FALCOMONT ET DE MONJOIE. DE ANNO 1297.

Universis presentes litteras inspecturis Waleranus Dominus de Falcomont et de Montjoie noticiam veritatis cum salute in Domino sempiterna.

Cum quedam discordia esset mota inter nos ex una parte, et venerabiles viros Decanum et capitulum Ecclesie Sancti Martini Leodii ex altera, super eo quod bona ipsorum apud Bruyst amplius etiam quam fuerat rationis, dicimur recepisse, super quibus per probos inter nos et ipsos pax est reformata. Nos ipsam Ecclesiam S. Martini in omnibus suis bonis predictis de Bruest et ejus appenditiis reponimus et volumus esse repositam, et recognos-

cimus ex nunc quod nullum jus habemus in jurisdictione de Bruest ville dicte Ecclesie, et in bonis ipsius Ecclesie ibidem, et volumus quod dicta Ecclesia dictis bonis et jurisdictioni gaudeat libere prout hactenus consuevit, et promittimus bona fide pro nobis et nostris heredibus, nos vel heredes nostros per nos, alium vel alios non debere dicte Ecclesie inferre gravamen super dictis bonis, nec permittemus quod aliquis nobis subjectus dictam Ecclesiam indebite gravet vel molestet super dictis bonis et dictam Ecclesiam ulterius promovebimus omnibus dolo et fraude exclusis nos et nostros heredes ad hoc obligando. Et nos Canonicis dicte Ecclesie sancti Martini omnibus et singulis remittimus iram et rancorem, quos contra eos aut aliquem eorum ratione premissa habuimus. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum proprium duximus apponendum. Datum anno Domini M. CC. L. XXXXVII mense Septembri.

Ex codice manuscripto olim Baronis de Crassier, posteà D. David, Canonici ad Sanctum Joannem Evang. Leodii, Folio 28 verso.

XL.

DONATIO FACTA, PER WALERAMUM DOMINUM DE MONYOIE ET DE FALKENBERG ABBATIAE VALLIS-DEI, PARVAE VIAE PROPE HORUM RELIGIOSORUM CURTEM IN ABSHOVEN. DE ANNO 1299.

Universis presentes litteras visuris Wal. Dominus de Monyoie et de Falkenberg salutem et cognoscere veritatem.

Noveritis quod nos in villa nostra Abeshoven parvam viam sitam inter domum Theodorici dicti Groten et curtem Monachorum ibidem commorantium pertinentem ad Abbatem et Conventum Vallis-Dei que quondam fuit communis predictis Monachis intuitu Dei contulimus perpetue habendam et possidendam, quia intelleximus veraciter a fide dignis quod obstructio predicte vie hominibus predicte ville nullum dampnum facere poterit seu impedimentum. In cujus rei testimonium presenti sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno Domini M° CC° nonagesimo nono Dominicà post Ascensionem Domini nostri.

Scellé d'un sceau en cire jaune, pendant sur double queue de parchemin. —(Copié sur l'original communiqué par l'abbé de Val-Dieu.)

XLI.

ANNOTATIONES HISTORICAE DE ERECTIONE ET STATUTIS ECCLESIAE COLLEGIATAE SITTARDIENSIS. AD ANNUM 1299.

Anno Domini M. CCXCIX. IIII. idus Junii Hugo II, Episcopus Leodiensis, ad instantiam Nobilis Walravii Domini de Monjoi et Valkenborch, Ecclesiam parochialem Sancti Petri opidi de Zittert erexit in collegiatam et conventualem, ad quam idem Walravius contulit aliquas Ecclesias de jure suo patronatus laycalis sic et habentur in erectione clausule subscripti tenoris.

Item statuimus et ordinamus quod Ecclesia conventualis predicta ambitum habeat incipientem ab uno ostio Ecclesie, et ad aliud ostium Ecclesie revertentem, per quem dominicis diebus processiones fiant decenter, et in medio loci inclusi per ambitum columpna lapidea desuper crucem habens que ibidem sicut in aliis locis consueverit fieri, collegiate Ecclesie, sit certum signum.

Item in ambitu Capitulum locum habeat, in quo singulis diebus post primam conveniant, et ibidem lecta lectione ex pastorali cura Gregorii, pronunciatis luna defunctis quorum sequenti die memoria debet fierit, qui que de Canonicis legere debeant et cantare, dicant postea: Pretiosa est in conspectu Domini mors etc., cum miserere mei pro defunctis cum collectis ad hoc convenientibus, et deinde si aliqua occurrerunt de Ecclesie sue tractent negotiis, et quilibet Canonicus ibi presens duos habeat Turonenses.

Item in ambitu locus sit certus in quo qui inclaustrandi et incarcerandi fuerint, includantur, et habebit inclaustratus sex septimanas, et ad claustratum Canonici impune, et non Layci, possent accedere. Carcer vero qui pro majoribus culpis infligitur, duodecim septimanas, sex in pena carceris et tunc nullus ad eum potest accedere nisi solus claustrarius, non obtenta Decani speciali licentia. Post sex septimanas carceris revertit ad claustrum, ubi jacebit sex aliis septimanis nisi Decanus et Capitulum tempus Claustri et Carceris duxerint breviandum.

Modus autem intrudendi in claustrum et carcerem erit; quando inclaustrandus et incarcerandus de excessu est infamatus, Decanus prefigit ei capitulum, ac presenti dicit: peto a te talem excessum, qui impetitus immediate sine aliquo responso prosternet se ad terram, et illa osculata surgit, et stans in medio Capituli, si se vult defendere vel purgare, auditur, alioquin statim in clastrum vel in carcerem mittitur secundum diversitatem excessus.

Item debet claustratus in choro esse primus et ultimus, ac horis omnibus interesse.

Insuper statuimus et ordinamus quod Decanus et Capitulum a se statuta

pro utilitate Ecclesie variare et innovare possint prout secundum diversitatem et experientiam temporum, que summa rerum magistra est, dederint faciendum.

Item statuimus quod singuli Canonici dicte Ecclesie, Clerici frequentantes chorum ejus familie, domus, termini et tractus claustri ipsorum, nec non et que continentur in illis, a secularibus foro, justitia, exactionibus, pactionibus muneribus et servitiis quibuscunque sint penitus exempti ac sint immediate de foro Decani et Capituli predictorum in omnibus causis et levibus pecuniariis, ac in causis disciplinam cotidianam tangentibus. In majoribus vero causis et gravibus atque criminalibus jurisdictionem, cognitionem, punitionem seu correctionem delinquentium graviter, persone captionem, detentionem et custodiam si necesse est, sive Clerici sint sive layci de eorum familia existentes, nobis et successoribus nostris Leodiensibus Episcopis quibus ipsa Ecclesia de Zittart immediate subjecta manebit, perpetuo reservamus, etc.

Datum anno à Nativitate Domini M. CC. XCIX. IIII. idus junii.

Ex premissis liquet differentiam fore ac ordinem inter Claustrum et carcerem claustralem.

Ita loquitur Daniel de Blochen Canonicus ad Sanctum Paulum Leodii in suo manuscripto (Paginis CLIIII—CLVII) de erectione Ecclesie Collegiate de Zittart.

Desumtum ex eodem manuscripto, et ex altero manuscripto Libro de Servis et Aquâ : Ecclesiae collegiatae ad Sanctum Paulum Leodii.—(Videantur ulteriora ad Annos 1311 *et* 1336 *infra.)*

XLII.

WALLERAMUS, DOMINUS DE MONYOIE (1) ET DE VALKENBURG ABBATIAE DE PORTA-COELI QUAEDAM CONFERT. ANNO 1300.

IN NOMINE DOMINI, AMEN.

Nos Walleramus Dominus de Monyoye et de Valkenburg notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod nos pro remedio anime nostre et bone memorie uxoris nostre Philippe, parentum ac heredum nostrorum Abbatie de Porta-Celi quam fondavimus in territorio nostro de Butghenback communicata manu communique consensu Theodorici et Renardi karissi-

(1) Pro *Mongoye* aut *Monjoye.*

morum filiorum nostrorum contulimus per stipulationem presentem et donationem inter vivos......

In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillis filiorum nostrorum Theodorici et Renardi duximus apponendum. Et nos Theodoricus et Renardus predicta omnia et singula vera et legitima profitentes, in confirmationem et testimonium eorumdem sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Acta sunt hec in presencia Johannis de Hafkesdale militis, Theodorici notarii, et aliorum plurimorum heredum nostrorum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo in festo Beati Johannis Baptiste.

Copié par M. Lamey secretaire perpétuel de l'Académie palatine.

XLIII.

LITTERAE CONSTITUTIONIS CENSUS PRO CAPITULO ECCLESIAE B. M. V. AQUISGRANENSIS PER GERTRUDEM DE WANROYDE VIDUAM. DE ANNO 1301.

Nos Waleramus Dominus de Monyoye et de Falkenborgh notum facimus universis presentes litteras visuris ac audituris.

JOANNAE, DUCISSAE BRABANTIAE, LITTERAE DE SOPITIS CONTROVERSIIS INTER DOMINUM REYNALDUM FALCOBURGENSEM ET CIVITATEM AQUISGRANENSEM. — DE ANNO 1387.

Johanna bi der gratien Goids, Hertoghinne van Luccemburg, van Brabant en van Limburg, Marcgrevinne des heilichs Rycs, doen cont allen luden.

Want onse lieve neve en raet Her Reynout van Valkenborch, Here van Born en van Zittart in d'een side, en die eerbere en wise lude onse lieve Vriende Burgemeesteren, Scepenen, Raide, en die goede lude gemeynlic der stat van Aken in d'ander side van alsulken crige al si onderlinge gehadt hebben, en van allen anderen twyngen en aenspraken die sy mit malcandere hebben mogen aen ons gansselic bleven syn eens rechts in der voeghen als die open bezegelde brieve die wy daerop van beide den partien voorscreven tot onscot hebben inhouden en verclaren, so seggen wy die voorscrevene partien beyde en alle hoir onderseten dienen en helperen gansselic en claerlic versuent, behoudelic alsulken seggen en verclaren, als wy op hoirre beider aensprake en antwerde die sy ons in beiden siden noch solen overgeven, op allen pointen voir recht seggen en verclaren sollen, allen argelist uitgescheiden. In orconden des briefs daer wy onsen zegel aen hebben doen hangen. Gegeven te Bruessel negen dage in augusto in't jair ons Here dusent drie hondert seven en tachtentich. (*Ex Archiv. Aquisgr.*)

Scellé d'un petit sceau pendant couvert de papier qui s'en détache.

LXXXII.

EXHORTATIO REYNALDI FALCOBURGENSIS AD DOMINUM DE BLESIA (BLOIS) PRO SOLVENDO DEBITO CONTRACTO A COMITE DE BLESIA ERGA WALERANUM FALCOBURGENSEM DEFUNCTUM. — DE ANNO 1390.

Desumptum ex cartulario in Archivis Hollandiæ, et ex chronico manuscripto C. V. Vander Houwe, — publicatum deinde per Van Mieris in *dem Groot Charterboek de Graaven van Holland.* Tom. III, pag. 569.

LXXXIII.

SENTENTIA ADOLPHI, COMITIS CLIVIAE, ARBITRI PRO CONCILIANDA PACE INTER JOANNEM I, DOMINUM HEINSBERGAE, ET REYNALDUM FALCOBURGENSEM, DOMINUM DE BORNE, RATIONE QUORUMDAM PAGORUM AB HOCCE OCCUPATORUM.—DE ANNO 1393.

Exstat apud C. J. Kremer, tomo I, Accessionum academicarum, inter Diplomata sub n° XXXIII. pag. 52—54.

LXXXIV.

CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM ET JURIUM SITTARDIAE, PER TIMONEM JUNIOREM COMITEM SALMENSEM, DOMINUM DE BORN ET DE SITTARD. — DE ANNO 1396. (GERMANICÈ).

LXXXV.

PRAESTATIO HOMAGII PER SUBDITOS DE BORN, SITTARD ET SUSTERN JOANNI CLIVIENSI, EX PARTE CONJUGIS SUAE MARIAE DUCISSAE JULIACENSIS, AC CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM ISTORUM SUBDITORUM. — DE ANNO 1511. (GERMANICÈ.)

LXXXVI.

ULTERIOR CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM ET JURIUM SUBDITORUM DE BORN, SITTARD ET SUSTERN PER JOANNEM WILHELMUM DUCEM JULIACENSEM. — DE ANNO 1596. (GERMANICÈ).

FINIS.

Johanna bi der gratien Goids, Hertoghinne van Luccemburg, van Brabant en van Limburg, Marcgrevinne des heilichs Rycs, doen cont allen luden.

Want onse lieve neve en raet Her Reynout van Valkenborch, Here van Born en van Zittart in d'een side, en die eerbere en wise lude onse lieve Vriende Burgemeesteren, Scepenen, Raide, en die goede lude gemeynlic der stat van Aken in d'ander side van alsulken crige al si onderlinge gehadt hebben, en van allen anderen twyngen en aenspraken die sy mit malcandere hebben mogen aen ons gansselic bleven syn eens rechts in der voeghen als die open bezegelde brieve die wy daerop van beide den partien voorscreven tot onscot hebben inhouden en verclaren, so seggen wy die voorscrevene partien beyde en alle hoir onderseten dienen en helperen gansselic en claerlic versuent, behoudelic alsulken seggen en verclaren, als wy op hoirre beider aensprake en antwerde die sy ons in beiden siden noch solen overgeven, op allen pointen voir recht seggen en verclaren sollen, allen argelist uitgescheiden. In orconden des briefs daer wy onsen zegel aen hebben doen hangen. Gegeven te Bruessel negen dage in augusto in't jair ons Here dusent drie hondert seven en tachtentich. (*Ex Archiv. Aquisgr.*)

Scellé d'un petit sceau pendant couvert de papier qui s'en détache.

LXXXII.

EXHORTATIO REYNALDI FALCOBURGENSIS AD DOMINUM DE BLESIA (BLOIS) PRO SOLVENDO DEBITO CONTRACTO A COMITE DE BLESIA ERGA WALERANUM FALCOBURGENSEM DEFUNCTUM. — DE ANNO 1390.

Desumptum ex cartulario in Archivis Hollandiæ, et ex chronico manuscripto C. V. Vander Houwe, — publicatum deinde per Van Mieris in *dem Groot Charterboek de Graaven van Holland.* Tom. III, pag. 569.

LXXXIII.

SENTENTIA ADOLPHI, COMITIS CLIVIAE, ARBITRI PRO CONCILIANDA PACE INTER JOANNEM I, DOMINUM HEINSBERGAE, ET REYNALDUM FALCOBURGENSEM, DOMINUM DE BORNE, RATIONE QUORUMDAM PAGORUM AB HOCCE OCCUPATORUM.—DE ANNO 1393.

Exstat apud C. J. Kremer, tomo I, Accessionum academicarum, inter Diplomata sub n° XXXIII. pag. 52—54.

LXXXIV.

CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM ET JURIUM SITTARDIAE, PER TIMONEM JUNIOREM COMITEM SALMENSEM, DOMINUM DE BORN ET DE SITTARD. — DE ANNO 1596. (GERMANICÈ).

LXXXV.

PRAESTATIO HOMAGII PER SUBDITOS DE BORN, SITTARD ET SUSTERN JOANNI CLIVIENSI, EX PARTE CONJUGIS SUAE MARIAE DUCISSAE JULIACENSIS, AC CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM ISTORUM SUBDITORUM. — DE ANNO 1511. (GERMANICÉ.)

LXXXVI.

ULTERIOR CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM ÈT JURIUM SUBDITORUM DE BORN, SITTARD ET SUSTERN PER JOANNEM WILHELMUM DUCEM JULIACENSEM. — DE ANNO 1596. (GERMANICÉ).

FINIS.

Johanna bi der gratien Goids, Hertoghinne van Luccemburg, van Brabant en van Limburg, Marcgrevinne des heilichs Rycs, doen cont allen luden.

Want onse lieve neve en raet Her Reynout van Valkenborch, Here van Born en van Zittart in d'een side, en die eerbere en wise lude onse lieve Vriende Burgemeesteren, Scepenen, Raide, en die goede lude gemeynlic der stat van Aken in d'ander side van alsulken crige al si onderlinge gehadt hebben, en van allen anderen twyngen en aenspraken die sy mit malcandere hebben mogen aen ons gansselic bleven syn eens rechts in der voeghen als die open bezegelde brieve die wy daerop van beide den partien voorscreven tot onscot hebben inhouden en verclaren, so seggen wy die voorscrevene partien beyde en alle hoir onderseten dienen en helperen gansselic en claerlic versuent, behoudelic alsulken seggen en verclaren, als wy op hoirre beider aensprake en antwerde die sy ons in beiden siden noch solen overgeven, op allen pointen voir recht seggen en verclaren sollen, allen argelist uitgescheiden. In orconden des briefs daer wy onsen zegel aen hebben doen hangen. Gegeven te Bruessel negen dage in augusto in't jair ons Here dusent drie hondert seven en tachtentich. (*Ex Archiv. Aquisgr.*)

Scellé d'un petit sceau pendant couvert de papier qui s'en détache.

LXXXII.

EXHORTATIO REYNALDI FALCOBURGENSIS AD DOMINUM DE BLESIA (BLOIS) PRO SOLVENDO DEBITO CONTRACTO A COMITE DE BLESIA ERGA WALERANUM FALCOBURGENSEM DEFUNCTUM. — DE ANNO 1390.

Desumptum ex cartulario in Archivis Hollandiæ, et ex chronico manuscripto C. V. Vander Houwe, — publicatum deinde per Van Mieris in *dem Groot Charterboek de Graaven van Holland.* Tom. III, pag. 569.

LXXXIII.

SENTENTIA ADOLPHI, COMITIS CLIVIAE, ARBITRI PRO CONCILIANDA PACE INTER JOANNEM I, DOMINUM HEINSBERGAE, ET REYNALDUM FALCOBURGENSEM, DOMINUM DE BORNE, RATIONE QUORUMDAM PAGORUM AB HOCCE OCCUPATORUM.—DE ANNO 1393.

Exstat apud C. J. Kremer, tomo I, Accessionum academicarum, inter Diplomata sub nº XXXIII. pag. 52—54.

LXXXIV.

CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM ET JURIUM SITTARDIAE, PER TIMONEM JUNIOREM COMITEM SALMENSEM, DOMINUM DE BORN ET DE SITTARD. — DE ANNO 1396. (GERMANICÈ).

LXXXV.

PRAESTATIO HOMAGII PER SUBDITOS DE BORN, SITTARD ET SUSTERN JOANNI CLIVIENSI, EX PARTE CONJUGIS SUAE MARIAE DUCISSAE JULIACENSIS, AC CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM ISTORUM SUBDITORUM. — DE ANNO 1511. (GERMANICÈ.)

LXXXVI.

ULTERIOR CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM ET JURIUM SUBDITORUM DE BORN, SITTARD ET SUSTERN PER JOANNEM WILHELMUM DUCEM JULIACENSEM. — DE ANNO 1596. (GERMANICÈ).

FINIS.

CODEX DIPLOMATICUS LIMBURGENSIS.

CODEX DIPLOMATICUS LIMBURGENSIS.

I.

CHRONICA ECCLESIAE REGALIS AQUENSIS.

MI.	Otto tertius in partema obiit.
MII.	Henricus II ordinatus in regem VII idus junii.
MXXIV.	Henricus imp. obiit, Cunradus successit.
MXXIX.	Heinricus puer filius Cunradi regis in Pascha unctus est in regem Aquisgrani.
MXLVII.	Heinricus III fit imperator Romae in natale Domini.
MLIV.	Heinricus puer filius Heinrici imp. unctus est Aquisgrani in regem in dedicatione Ecclesiae.
MLVII.	Obiit Heinricus tertius imperator.
MLXV.	Cometa visa est versus Angliam quam postea vastavit Willemus Bastart.
MLXXX.	Bellum Heinrici imp. contra Rodolfum perfidum et victus cecidit Rodulfus.

MLXXXVII. Cunradus filius Heinrici imp. Aquis unctus est in regem. Eodem anno obiit mater ejus Bertha Imperatrix.

MXCIII. Mortalitas magna facta.

MXCVI. Godefridus dux cum exercitu christiano Jherlm proficiscitur.

MXCIX. Heinricus filius Heinrici quarti imps in Epiphania domini Aquis unctus est in regem. Conrado fratre ejus deposito. Eodem anno Jherosolem capta est in divisione Apostolorum.

MC. Godefridus dux Lotharingionum et rex Jherosolimitanorum obiit cui Balduwinus frater ejus succ.

MCI. LEMBORCH absissum est et captum ab imperatore Heinrice.

MCII. Heinricus imp. ivit in Flandriam cum exercitu.

MCIII. Robertus comes Flandriae imperatori reconciliatur legie facta ei fidelitate.

MCV. Feria sexta ante natale domini Heinricus imperator traditur a filio suo confluentia.

MCVI. Imperator manu sue misit imperium Engelheim. Eodem anno visa est cometa, bellum quoque factum est VESATI hinc ab Heinrico V rege, illinc a fidelibus patris sui. Post hac obsessa est Coloniaa b ipso rege. Obiit PIISSIMUS Heinricus IIII imperator (alia manu supra VII Id Aug. Leodii) successit filius ejus Heinricus V.

MCVII. Godefridus dux Lovaniensis AQUAS invasit et ducem Heinricum expulit.

MCIX. Sigefridus comes Palatinus a rege capitur.

MCX. Heinricus rex Romam cum exercitu proficiscitur.

MCXI. Bellum factum est Roma hinc a rege Heinrico illinc a fidelibus Paschalis Papae. Statim ab eodem papa imperatorem consecratur.

MCXII. Terra motus factus est sabbato sancto hora VI.

MCXIII. Sigefridus comes Palatinus interficitur.

MCXIV. Fridericus Coloniensis archi-episcopus rebellat Heinrico imperatori. Bellum quoque factum est Andrenacken a fidelibus imperatoris et Friderici archi-episcopi.

MCXXI. Terra motus factus est IIII id. decembris hora tertia sabbato.

MCXXII. In Pentecosten habita est curia apud inferius Trajectum ubi facta seditione multi capti sunt et imperatore, pausi occisi. Ipso anno facta est reconciliatio regni et sacerdotii.

MCXXV. Obiit Heinricus V. successit Lotharius. Obiit Calixtus pape, successit Honorius. Fames valida facta est.

MCXXVIII. Godefridus dux Lovañ. deponitur cui Wallerannus *decus terrae superponitur*

MCXXIX. Bellum factum est apud Sanctum Trudonem inter Alexandrum episcopum et Godefridum Lovaniensem.

MCXXXI. Innocentius Papa synodum celebravit Leodie.

MCXXXII. Lotharius rex cum exercitu Romam proficiscitur.

MCXXXIII. Obcuratus est sol, IIII non. augusti in meridie et tenebrae factae sunt, stellae quoque apparuerunt et terrarore maduit.

MCXXXV. In concilio Leodiensi heretici deprehensi sunt quorum unus vivus est combustus.

MCXXXVI. Lotharius imperator cum exercitu Italiam petiit.

MCXXXVII. Loth. imp. in expeditione et confinio Alpium obiit.

MCXXXVIII. Conradus IIII idus martii in media X4 unctus est in regem Aquisgrano. Colonienses repugnant Arnoldo Archiepiscopo. Wallerannus dux obiit.

MCXXXIX. Innocentius Papa cum infinita multitudine episcoporum et abbatum Rome in X4 synodum celebravit. Cunradus quoque rex cum exercitu Saxoniam adiit. Sed pace composita rediit.

MCXLI. Terre motus factus est VIII Kal maii. Albero quoque secundus Leod. Epus Buillun (1) castellum dole multis annis ecclesie subreptum meriti sancti Lamberti non vivibus superavit et recepit.

MCXLII. Saxones Conrado regi in Franchvorth (2) reconciliati sunt.

MCXLIV. Hemasberch captum est et combustum.

MCXLVI. Fames maxima et quod inauditum ante fuerat modius Aquensis tritici venditur XXV solidis aquis (hic) irrecuperabiliter cenerematum est.

MCXLVII. Heinricus puer X annorum filius Conradi regis in media X4 scilicet III kal. april. unctus est in regem Aquisgrani. Ipso anno idem Cunradus rex Romanorum et Luthewicus Langravius cum multitudine innumerabili perfecti sunt Jherosolem. VI kal novembris fecit eclipsis solis ab hora III usque ad VI.

(1) Le château de Bouillon.

(2) La ville de Francfort.

MCXLVIII. Eugenius Papa hyemavit Treveris et in media X4̃ sinodum celebravit Remi.

MCXLIX. Cunradus rex rediit de peregrinatione.

MCL. Sterilitas fructum et vini. hiemps aspererima longa. Obiit Henricus rex puer XIII annōr.

MCLI. Fames praevelida.

MCLII. Obiit Cunradus rex succedit Fridericus filius fratris ejus unctus Aquis in media X4̃ scilicet VII idus martii.

MCLIV. Fridericus rex profectus est Romam cum exercitus.

MCLV. Fridericus rex factus est imperator Rome repatriavit.

MCLVI. Frid. imp. duxit uxorem Beatricem de Burgundia.

MCLVII. Fridericus Colon. archiepiscopus Randenrode dextruxit.

MCLVIII. Frid. imp. in manu validissima Italiam addiit, Mediolanenses sibi rebelles subjugavit.

MCLX. Archiepiscopus Moguntinus a civibus suis occisus est.

MCLXII. Mediolanum captum est ab imperatore Friderico et destructum. Fames p̃ valida facta est eodem anno.

MCLXIII. Exidium Moguntie factum est ab imperatore Frid. Heretici combusti sunt Col. a quibus mulier una se dedit precipitem in ignam nullo cogente. Domus militum destructae sunt Aquis jussu imperatoris Friderici quia leserant canonicos Sante Marie Amelium et Lambertum ccũ.

MCLXIV. Castrum reedificatum est in Rinekke. Conradus comes palatinus minabatur Lotharingiis bellum et oppressionem quibus paratis ad resistendum sibi viriliter idem velut angue viso cessavit. Corpora Trium Magorum translata sunt Coloniam.

MCLXV. Natus est puer Heinricus apud Numegen filius imp. Friderici:

MCLXVI. (*Caractere rubro.*) Facta est translatio Sanctissimi Karoli Imperatoris V die p̃ (post) natale Domini. Eodem anno facta est expeditio super Romanos.

MCLXVII. Occisi sunt Romanorum X milia IIII kal. junii et pridie kal. augusti dominus imperator Romam potestative ingressus est; fecit Berrontinum electum ordinari, et sequenti die facta est domina regina imperatrix. Eodem anno obiit Colon. archiepiscopus Reinoldus et Dominus ALEXANDER Leod. Ep̃s et Rodenburgensis dux bone indolis et *dominus* HEINRICUS LIMBURGENSIS *sepultus est* RODE et plures Aquensium in praedicta expeditione mortui sunt.

MCLXIX. XVIII kl. septembris unctus est filius Frider. imp. nomine Heinricus in regem Aquisgrani.

MCLXXI. A Lemborgensi domine Heinrico ulatrones *Wassenbergis* cocti sunt aqua et tertius igne assatus et complices eorum perturbati cessaverunt.

MCLXXII. Aquenses ab imperatore commoniti juraverunt in IIII annis muro et menibus civitatem munire, et munitus est mons Berenstein.

MCLXXIV. Anni ab initio mundi V̄ICCCC imperator in Pascha Aquis coronatus est et filius ejus et imperatrix sub presentia nuntiorum Salahdin. Expeditio in Italiâ.

MCLXXVIII. Facta concordia regni et sacerdotii in Venetia.

MCLXXIX, Dominus imper. coronatus est Arelati in magna gloria revertens ab Italia.

MCLXXX. Philippus Colon. archiepiscopus in manu valida Saxoniam intravit et Halesleve obsedit, et tota terra ducis Heinrici depopulata in triumphe victorie rediit. In kal. augusti terre motus factus est magnus in quarta noctis vigilia.

MCLXXXII. Dux Heinricus ab imperatore Friderico et archiep. Colon. et fidelibus regni potentialiter subjugatur, abjucato sibi ducatu Saxonum et Bawarorum et omnibus feodis lacrimabili percussus sententia jussus est cum uxore et filiis exulare.

MCLXXXIII. Regi Heinrico juratur expeditio contra Polones et apud Erffordiam habito colloquio et congregatione celebrata domo *dissoluta a viri nobiles militares plurimi sulversi sunt*. Dnūs Frider. Imp. intravit Italiam habiturus colloquium cum Lucio Papa. Beatrix uxor ejus imperatrix mortua est. Cremenam imp̄r reparavit.

MCLXXXIV. Habita est curia solempnis Moguntia in qua duo filii imp. facti sunt milites, rex Heinricus et dux Fridericus. Principes a principio regi fidelitatem juraverunt imp̄r Petruno. Arboru judicem in Sardinia regem coronavit.

MCLXXXV. Celebratae sunt nuptiae apud Mediolanum Dni Heinrici regis et Dn̄ae Constantiae reginae. Mortuus est Lucius papa cui successit Urbanus. Hubertus Mediolanensis archiepis-

copus impr terram Cremonensciem vastavit et castrum Manifredi destruxit. Rex Heinricus exercitum in Capaniam duxit et Romanos vastavit.

MCLXXXVI. Ortae sunt inimicitiae inter dominum imperatorem et Colon. archiepiscopum Philippum. Nenciata est captivitas terrae Jherosolimitanae et plurimi hominum cruce signati sunt. Mortuus est Urbanus papa cui successit Gregorius X, vix sebdomadibus apostolicus cui successit Clemens.

MCLXX XVIII. Habita Moguntiae solempnis curia in laetare Jherusalem. Colonien. archepus impris gratiam interventu principum recuperavit. Impr Fridericus et filius suus Fridericus dux Suevorum et multi principes et nobiles viri in eadem curia signaculum crucis acceperunt.

MCLXXXIX. Otto milisensis Marcio a filio suo captivus tenatur juratur matrimonium inter Fridericum ducem Suevorum et filiam regis Ungariae. Dnus Fridericus impr cum multi terrae magnatibus per Ungariam et Greciam in succursu Jherosolimorum properavit. Rex Heinricus in curia Wircenburg principes beneficia sua vexillis concessit. Willelmus rex Syciliae obiit.

MCXC. Ludricus landgravius Thuringiae mortuus est apud Rekaron. Heinricus rex confederato sibi Philippo Coloniensi archiepo colecto exercitu transalpinavit. Nunciata est mors Friderici impris qui habito longo praelio cum pagano et victo atque capto yconio cum equam fortissimam transnataturus intrasset mortuus est.

MCXCI. Mortuus est papa Clemens cui successit Coelestinus. Imperator Heinricus Romae coronatur. Castrum Tusculanum a Romanis destruitur. Mortuus est dux Sueviae Fridericus cui frater Cunradus successit. Impr Heinricus Apuliam intrat. Neapolis obsidatur. Eodem anno facta est mortalitas inaudita Theutonicorum in eadem obsidione. Philippus Colon. archieps ibidem mortuus est, et dux Boemorum. Heinricus imperator repatriavit.

MCXCII. Richardus rex Angliae captus est a Lupuldo dux Auxtriae, pro cujus redemptione data sunt l. 4-M-M Heinrico imperatori.

MCXCIII. Heinricus imperator iterum collecto exercitu devicto Sa-

lerno et tota Apulia sibi subjugata Syciliam intravit, et in die natali domini apud Panormum in regem siclum gloriose coronatus est. Heinricus impr Erenam filiam cursae regis gratiae Philippo fratri suo commisit, cui etiam principatum Capuae donavit. Heinricus impr. totam Tusciam et terram comitissae Mathildis Philippo fratri suo vexillari feodo concessit.

MCXCIV. Heinricus impr in Theutoniam rediit ducans secum captivos qui in mortem ejus conspiraverant scilicet uxorem, Tancradi cum filio et duabus filiabus et Margaritam principem Piratarum et XVI ex magnatibus tam Syciliae quam Apuliae.

MCXCV. Heinricus impr apud Geilenhusen solempnem curiam celebravit, ubi duobus praesentibus cardinalibus, Maguntinus archiepus et multi alii principes cum infinita multitudine populi cruce signati sunt.

MCXCVI. Heinricus impr tertio Apuliam intravit Christi peregrinis navigium cum copioso apparatu praeparari fecit. . . .
. . . .

II.

INDICULUS REDDITUUM REGALIS ECCLESIAE B. M. V. AQUISGRANI, SECULO XII SCRIPTUS.

In Aquisgrani palatio sunt II dominicales mansi et II bonuaria, aspiciunt ibi VIII mansi, quorum unus quisque solvit II porcos, II sold. valentes, et X modios avene, et V carratas ligni, et III pullos et XV ova, et exercet II bonuaria et servit XII dies. curtilia solvunt IIII sold. et II den. sunt ibi II mansi elemosine solventes VIIII sold. et II frissingias ovinas. sunt ibi II appendicia imperatoris, ex quibus habent fratres decimam et nonam. In *Ritherche* est cappella, ad quam pertinet decima pars et nona de labore dominicali *comitis Ilezeloñ*, insuper decima ejusdem predii. In *Giminiaco* est cappella, ad quam pertinet decima et nona de labore dominicali, insuper decima ejusdem predii. In eodem predio sunt constructe II cappelle ad commoditatem civium.

In *Erclenze* sunt V dominicales mansi, aspiciunt ibi XXIIII et dimidius, quorum unus quisque solvit XX denarios et duos porcos XII denar.

valentes, et II pull. II carratas lignorum, et exercet III bonuaria, et servit per totum annum si opus fuerit. In eodem predio sunt VIII mansi, unus quisque ex his solvit V sold[s] praeterea solvunt simlr XVI denarios et totidem pullos. sunt etiam ibidem III mansi quos servientes tenent. Est etiam ibi I c̃aba solvens XXX modios. Est etiam ibi molendinum solvens XXX modios. Est etiam ibi terra solvens XVIII deñ. Haistoldi solvunt I libram. Est etiam ibi terra elemosine solvens XV deñ.

In *Ostrich* sunt IIII dominicales mansi et VII bonuar̃ et dimidium aspiciunt ibi XVI mansi tale servitium et tributum reddentes sicut superiores. Sunt etiam ibi preter hos XI mansi, unus quisque ex his solvens V sold[s]. Sunt etiam ibi IIII mansi quos servientes tenent. Est etiam ibi terra noviter exculta, nichil adhuc solvens. Est ibi mansus I penitus vastatus. Sunt ibi V molendina. De uno exeunt XIIII modii, de secundo XII modii, de tertio X modii, de quarto VIII modii, de Vto XIIII modii. De theloneo IIII sold[s]. de silva exeunt XX modii avene et XX pulli. Curtilia sunt ibi solventia III sold[s]. Ad ecclesiam ejusdem predii pertinet I mansus et VII bonuaria et V mancipia, insuper decima ipsius predii. Cujus decime terciam partem tenet sacerdos ibi serviens. In *Honberch* sunt IIII mansi solventes XXX sold[s]. nona de *Haslo* et de *Linna*, de *Sualmo* pertinet ad ecclesiam Aquensem, quo tamen ab usu fratrum penitus rapiuntur.

In *Rikolu* sunt VI dominicales mansi. Aspiciunt ibi IIII mansi, ex quibus tenet villicus I in beneficio, ceteri serviunt et solvunt. solvit autem unus quisque II porcos, XII deñ. valentes, et VIII modios. basii et III sold[s], unum bovem ad Angariam. In uno anno solvunt IIII pullos et X ova; in alio II pullos et XX ova et exercet IIII bonuaria et servit XXVIII dies. *Curtilia* solvunt XVII denarios et de *Mortier* similiter. In *Harmala* est dimidius dominicalis mansus. Aspiciunt ibi II mansi hoc idem reddentes quod superiores videlicet de Rikela. Est ibi ecclesia ad quam pertinet decima tocius illius predii. In *Mortario* sunt II dominicales mansi et dimidius. Aspiciunt ibi IIII mansi et dimidius quorum unusquisque solvit XIIII deñ et X modios annone, et II pullos, X ova et exercet II bonuaria, servit XXXVI dies. Est ibi ecclesia ad quam pertinet I mansus. In *Faurili* campo est mansus I solvens XVI deñ. et XVIII modios avene, II pullos et X ova. In *Valle* est I mansus solvens V sold[s] est ibi c̃aba solvens XL modios annone. Haistoldi solvunt XII solidos. In *Retines* est unus dominicalis mansus et dimidius. Aspiciunt ibi VI mansi et quarta pars mansi, unusquisque ex his solvit I porcum XII deñ. valentem, cum XVI den. III pullos et XV ova et unus ex his mansis supereminet alios XVII den. Est etiam ibi camba solvens XXV modios. In *Engelzeies*

est I dominicalis mansus. Aspiciunt ibi duo mansi, unusquisque solvit XVIII modios avene et XVI deñ. II pullos, X ova et exercet duo bonuaria. In *Asneit* sunt V mansi et dimidius solventes inter omnes II solidos et IIII deñ. et servit unusquisque per circulum anni in secunda feria et solvit I pullum et V ova. Est etiam ibi pratum ferens XII carratas feni. Est ibi terra exstirpata solvens VIII den. in valle sunt V bonuaria dominicalis terrae. Aspicit ibi I mansus et I bonuarium serviens per circulum anni in secunda feria, aut aratro aut plaustro. Sunt etiam ibi II molendina solventia XVI modios. Sunt ibi V curtilia solventiae XVIII denarios. Haistoldi solvunt XII solidos. In *Juppilla* sunt II dominicales mansi, aspiciunt ibi XII mansi quorum unusquisque solvit XXX deñ. et I porcum VI deñ. valentem, et II pullos, X ova et exercet II bonuaria servit X dies. Preter hos mansos tenet villicus I mansum. Supersunt ibi mansi II solventes dimidiam libram. Curtilia solvunt XXII denarios. Haistoldi solvunt V solidos. Est ibi mater ecclesia ad quam pertinet de omni dominicali labore nona et decima et insuper decima ipsius predii et de piscibus.

In *Uuandala* est I dominicalis mansus et III bonuaria. Aspiciunt ibi VI mansi. sextus solvit XL denarios, et de ceteris unusquisque solvit II porcos, unum XII deñ. valentem, et alium III solidos valentem et solvit XVI deñ. et II pullos et XV ova et exercet II bonuaria, servit X dies. In *Kesneies* est I dominicalis mansus. Aspiciunt ibi VII mansi unusquisque solvit XXXIIII deñ et II porcos, unum XII deñ valentem et alterum III solidos et III pullos et XV ova et exercet II bonuaria et servit XX dies. Est ibi dimidia ecclesia, ad quam pertinet I mansus et de XXIIII mansis decima. Est etiam ibi terra XXX denarios solvens. Haistoldi solvunt XIII solidos. Est ibi molendinum XX modios solvens. Curtilia solvunt XXVIII deñ. Est etiam ibi terra solvens XVIII solidos et IX denarios. In *Fletherum* est dimidia ecclesia, ad quam pertinet decima X mansis. In profunda valle est mansus solvens IIII solidos, in *Tillus* est dimidius mansus. In fontibus est terra solvens VI solidos. In Regenberti valle est I mansus dominicalis. Aspicit ibi mansus et II bonuaria et dimidium qui mansus solvit V solidos sunt ibi VI curtilia solventia XXII denarios et XVIII pullos. Est ibi terra solvens III denarios. In *Curtils* datus est Sancte Marie I mansus pro anima *comitis Brunonis* solvens V solidos et in natale domini IIII magnos panes, IIII cappones, IIII fircellas avene, et duos denarios. In Acuta platea Aquis datus est census domorum id est XXVI deñ pro anima Hadewigis (1).

(1) Hoc vocabulo absolvitur pagina, suspicor tamen indiculum hic non substitisse.

Ex chartulario regalis ecclesiae Beatae Mariae Aquisgrani, quod mecum communicavit adm. rev. et ampliss. D. Cornelg ejusdem ecclesiae canonicus, presbiter cardinalis, ubi extat fol. 110-113.

III.

L'EMPEREUR CHARLES LE GROS, DONNE A L'ÉGLISE ROYALE D'AIX-LA-CHAPELLE LE VILLAGE DE BASTOGNE EN ARDENNES, EN 887.

In nomine sancte et individue trinitatis. Karolus divinâ favente clementiâ imperator augustus. Noverit ergo omnium fidelium nostrorum videlicet presentium et futurorum industria, qualiter nos propeticione Richarde dilecte conjugis nostre et Luiberti archiepiscopi nostri sancte Magunciensis ecclesie quasdam res nostre proprietatis ad partem sancte Marie capelle in Aquis palatio site jure perpetuo in proprietatem concessimus ad fratrum ibidem scilicet commorantium ac deo militancium victum atque vestimenta prebentium, id est IN PAGO HARDUNENSI villam que dicitur BASTONICA, cum mercatu suo et omnibus ad eam ritè et justè pertinentibus, edificiis videlicet terris, agris, pratis, pascuis, sylvis, aquis aquarumque de cursibus, exitibus et reditibus, viis et in viis, cultis et in cultis, communiis et mancipiis utriusque sexûs, vel quidquid ibi juste et legali ordine sicut jam suprà diximus, pertinere videtur et jam dicti fratres ullius contradictione mancipentur, nullusque ejusdem ecclesie abbas (qui modo dicitur prepositus), beneficiandi habeat licentiam. Et ut hec authoritas nostre largicionis nostris futurisque temporibus domino protegente inviolabilis habeatur, et ab omnibus verius credatur et observetur, hoc idem preceptum propria manu nostra subter firmari decrevimus et annulo nostro sigillari jussimus. Signum Domini Karoli imperatoris Augusti. Waldo cancellarius ad vicem, Luituardi archicancellarii recognovi.

Data anno ab incarnatione Domini DCCCLXXXVII. Indict. V. anno imperii piissimi imperatoris V. Actum palatio regali Regesneburch feliciter. amen.

Ex chartulario reg. eccl. Aquisgran. Laudato. fol. 98. *verso.*

IV

L'EMPEREUR ARNOUL CONFIRME LES DONATIONS FAITES A L'ÉGLISE D'AIX-LA-CHAPELLE, PAR LE ROI LOTHAIRE ET PAR L'EMPEREUR CHARLES LE GROS, PLUSIEURS ENDROITS DU DUCHÉ DE LIMBOURG SONT NOMMÉS DANS CE TITRE QUI PORTE LA DATE DE 888.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Arnolphus divinâ favente gratiâ rex. cum petitiones sacerdotum Dei et sanctarum congregationum rationabilibus divini cultûs amore favemus supernâ nos gratiâ muneri non diffidimus, quocircà perveniat ad notitiam omnium fidelium Dei nostrorum que presentium scilicet et futurorum universitatem, qualiter venerabilis sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus Willibertus et Albertus cancellarius noster adierunt clementiam nostram obtulerunt que obtutibus nostris quondam autoritatem in quâ, erat manifestum quomodo consobrinus noster Lotharius rex, nonas partes omnium rerum de XLIII villis id est de Aquis palatio GEMINIS, MARSNA, *Warachte, Linnika, Nuimuga*, HARNA, ASCHLO, BAILUS, RICHEIM, *Tectis*, *Spirismonte*, *Haristallio*, *Jopilla*, *Astanid*, *Glaniaco*, *Marango*, *Wactarmala*, *Novavilla*, *Tumba, Corvia*, *Amblava, Vuadenninas, Bulinge*, MANDERVELT, *Compendio*, *Dura*, *Villare*, *Aschvilra*, *Flattima, Moffondurp, Lens*, *Palisiola*, *Urio, Casapetrea*, *Calvinciaco*, *Gammunias, Longolare, Caviniaco, Maslario Cloduna*, *Ambarlao*, *Bastonio* et *Ortao* daret ecclesie sancte Dei genetricis, semper que Virginis Marie, cappelle videlicet que est in Aquis palatio, qualiterque patruus noster Karolus pius augustus ob eternam remunerationem anime sue villam Bastonicam eidem prescripte capelle contulisset, deprecantes clementiam nostram predictus scilicet Willibertus archiepiscopus et Albertus cancellarius, ut predicti consobrini nostri Lotharii regis auctoritas patruique Karoli augusti, pia largitio à nostrâ corroboraretur excellentiâ, quod et summa consensimus benevolentiâ volumus que ut sicut Lotharii regis auctoritas retinet ut de nominatis jam XLIII villis, de omni conlaboratu dominii nostri et speciali peculiare omnium animantium et jumentorum seu ex omni censu quarumcunque rerum pars nona à ministris ipsarum villarum sive in regis dominium sint, sive quibuslibet personis beneficientur, absque negligentia jugiter tribuatur, et rector atque provisor ipsius capelle nichil ex hoc quasi

suum proprium nisi ad disponendum et ordinandum providendumque et sicut unus ex aliis fratribus sibi vindicet, sed ad victum et vestimenta eorum et luminaria concinnanda pertineant. Villa verò suprà nominata Bastonia cum omni integritate suâ sine ullâ retractione seu minoratione in jam dicto perpetualiter in Dei nomine cum mercato suo consistat dominio ecclesie. Si quis igitur successorum nostrorum vel quelibet alia persona hujus ordinationis nostre, quam pro stabilitate ecclesie Dei et omnium salute fieri decrevimus, destructor et violator esse presumpserit, offensam et iram Dei omnipotentis ac genitricis Domini nostri Jesu Christi beatissime semper virginis Marie simulque omnium sanctorum inuerrat. Nobisque pro hoc opere amoris Dei et studio pietatis perfecte maneat eterna retributio. Et ut hoc verius credatur et diligentius manu propria nostra subter hoc confirmavimus et sigillo nostro assignari jussimus.

Signum domini Arnolphi invictissimi regis. Albertus cancellarius ad vicem. Deotman archicapellani recognovi. Data idus junii, anno dominice Incarnationis DCCCLXXXVIII, indictione VI, anno autem I regni domini Arnolphi serenissimi regis. Actum ad Frankennofurt palatio regali in Christi nomine. Amen.

Ex chartulario reg. eccl. Aquisgran.

V.

Zuentibold, roi de Lorraine, donne des biens situés a Seffent, près d'Aix-la-Chapelle, a Gisla, sa parente, abbesse de Nivelle, le 31 juillet 897.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Zuentebolchus gratia Dei rex. Noverit omnium sancte Dei ecclesie nostrorumque fidelium presentium scilicet et futurorum solercia, qualiter dilecta propinqua nostra nomine Kisla, gloriosissimi regis Luitharii filia, nostram accessit excellentiam supplicans ut quasdam res nostre proprietatis de fisco nostro. Aquisgrani palatii ei in proprium concederemus, nos autem ob maximam dilectionem ejus dedimus prefate abbatisse ipsam proprietatem quod (sic) petivit in loco qui dicitur *Septem fontes* curtem indominicatam cum ecclesia cunctis que ad illa pertinentibus loca justè legaliter que in mansis, mancipiis, utriusque sexûs id est terris, pratis, pascuis..... nec non et mansum *Luitbrandi de cirsoli* ipsum cum omnibus

possessionibus suis. Qua propter presens edicionis constitutionisque preceptum conscribi precepimus, per quod volumus firmiterque jubemus quatenus jam dicta venerabilissima abatissa modo perpresentis pagine edicionem potestativa manu prefatas res teneat atque possideat, nec non et de ipsis rebus potestatem habeat donandi, possidendi, vendendi, commutandi, seu quicquid ei libuerit faciendi, libero, securoque in omnibus nullo ulterius contradicente fruetur arbitrio, et nullus unquam posteritatis nostre veniat qui hoc infringere possit et ut hec auctoritas nostra in Dei nomine firma et stabilis perseveret inlesa, manu propria subter roborantes firmavimus, anulique nostri impressione jussimus insigniri.

Signum domini Zuintebolchi piissimi regis. Hunger notarius ad vicem, Ratpoti archiepiscopi summique cancellarii recognovi. Data III kal. augusti anno incarnationis Domini DCCC (adde XCVII), indict. II regnante domino Zuentebolcho serenissimo rege anno II. Actum Aquisgrani.

Ex chartulario regalis ecclesiae Aquisgran. fol. 49 seqq.

VI

LOUIS IV, ROI DE GERMANIE ET DE LORRAINE, DONNE A L'ÉGLISE ROYALE D'AIX-LA-CHAPELLE, CERTAINS BIENS SITUÉS A WANDRE, (1) TERRE DE BRABANT, DANS L'ANCIENNE PROVINCE DE LIMBOURG, LE 9 OCTOBRE 902.

In nomine Dei omnipotentis et salvatoris nostri Jhesu-Christi, Hlodewicus divina favente gratia rex.

Si juxta morem antecessorum nostrorum imperatorum scilicet regumque religiossorum loca sacrosancta ditamus, famulisque ibidem Deo servientibus ex rebus nostri juris aliquid distribuerimus, per sanctorum patrocinia premium nobis ex hoc pio remuneratore Jhesu-Christo incunctanter recompensari credimus. Quo circa omnium sancte Dei ecclesie nostrorumque fidelium presentium et futurorum noverit industria, quia GEHEHARDUS comes

(1) Wandre est un village assez considérable situé sur la rive droite de la Meuse en face de Herstal, il est compris aujourd'hui dans le ressort de la province de Liége.

illustris nostram adiit clementiam suggerendo ut pro amore Dei ac reverentia beate Marie genetricis ipsius fratribus ex monasterio *Capremons* vocato eidem Dei genetrici ibidem deservientibus aliquid ex rebus nostre proprietatis in proprium concederemus. Cujus suggestioni humillimeque peticioni libentissime adquiescentes concessimus prenominatis fratribus ad mensam ipsorum *in pago* LEUCHIA *in comitatu Sigarhardi in villa vocata* WANDRIA mansos. II. Quos actenus *Rohingus* jure beneficiario possedit et in alio loco HASNIDI vocato quidquid idem *Rohingus* inibi visus fuit habere sua sponte consentiente, tam mansis, campis, pratis, pascuis, sylvis, mancipiis utriusque sexûs, viis et inviis, exitibus et reditibus, totum et integrum prenominatis fratribus per hoc nostre aucthoritatis preceptum condonamus hoc sanctientes ut genitoris nostri memores ac celsitudinis nostre cunctas res supradictas ab hodierno die deinceps habeant, teneant atque possideant. Et ut hec nostre largitionis munificentia per succedentia tempora melius credatur manu propria subter eam firmavimus anulique nostri impressione sigillari jussimus. Signum Lodewici serenissimi regis. Theodulphus notarius advicem. Rachpodi archiepiscopi summique cancellarii recognovi. Data VII idus octobris anno dominice incarnationis DCCCCII, indictione V. anno vero Domini Lodewici piissimi regis III. Actum Aquisgrani palatii, in Dei nomine feliciter, Amen.

Ex chartulario regalis ecclesiae beatae Mariae Aquisgrani. fol. 96 seqq.

VII.

LOUIS IV, ROI DE GERMANIE ET DE LORRAINE, ACCORDE A L'ÉGLISE DE LIÉGE L'ABBAYE DE FOSSES QUE GISLA, SA COUSINE, AVAIT CÉDÉE A CETTE ÉGLISE EN S'EN RÉSERVANT L'USUFRUIT. 26 OCTOBRE 907.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis, Hludouuicus divina favente clementia rex.

Oportet etiam ut omnium fidelium nostrorum justis petitionibus pareamus presertim tamen his qui pro utilitate ecclesiarum sibimet commissarum aliquid nobis suggesserint. Unde ad notitiam omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum pervenire cupimus qualiter bone

memorie Kisala illustris femina abbatiam Fosses nominatam *in pago Lominse in comitatu Berengarii*, quia nos ipsi (eam) cum nostre auctoritatis precepto in proprium donavimus ad monasterium Sanctae Mariae et Sancti Lantberti, ubi illius episcopii domus est principalis, et ubi presenti tempore vir venerabilis Stephanus nomine episcopus esse dinoscitur, cum nostro consensu et fidelium nostrorum contradidit, et per cartam precariam alias res episcopii ipsius ad dies vitae suae sibi inde accepit ea ratione, ut post obitum suum utreque res ex integro illuc reverterentur. Finito autem tempore vite sue memoratus egregius pontifex Stephanus per supplicationem fidelium nostrorum *Hathonis* videlicet venerabilis archiepiscopi et *Kepeharts* illustris comitis, caeteris principibus illius regni in hac supplicatione consentientibus, precatus est clementiam nostram, ut eandem traditionem nostram nostre auctoritatis scripto roboraremus. Quorum rationabili petitioni libenter annuimus, et hoc auctoritatis nostrae preceptum inde conscribi jussimus, per quod volumus firmiterque jubemus quatenus supradicta abbatia Fosses cum omnibus rebus magnis et parvis nomen habentibus et ad eandem justè pertinentibus, pro remedio animae nostrae parentumque nostrorum ad predictum monasterium (*lege episcopatum*) perpetualiter possidenda consistat, et ut hoc confirmationis nostrae preceptum firmum stabile permaneat manu nostra illud firmavimus et sigillo nostro consignari jussimus.

Signum Domini Hludouuici serenissimi regis, Ernuldus cancellarius ad vicem, Raboti archicapellani recognovi. Data UII kal. nov. anno incarnationis domini DCCCCUIJ, indictione XI^{a}. Anno autem regni domini Hludouuici VIIJ. Actum Franchonofurt feliciter in Dei nomine, Amen.

Ex autographo quod nunc in tabulario publico Leodii asservatur.

VIII.

Charte intéressante d'une donation de différents biens, faite, a l'église des saintes vierges a Cologne, par un nommé Alfurin et par sa femme. 12 mars 927.

Ille caducis rebus presentis seculi feliciter utitur, qui sibi ex his aeterna comparat praemia. Ideo ego in Dei nomine Alfwinus ac dilecta conjunx mea Ada ad ecclesiam Sanctarum Virginum quae est extra muros

Coloniae civitatis publice constructa. Ubi vir venerabilis Wichfridus gratia Dei archiepiscopus praeesse videtur pro animae nostrae remedio; et pro aeternae mercedis intuitu. Necnon et propriae nostrae recordationis debito. Donemus nostram proprietatem et in proprium tradimus..... hoc est curtem I sitam in *Kuningessundere in comitatu Werhardi comitis*. In villa *Birgidesstatt* dicta, cum casis diversis, cum terra salaricia, pratis, campis..... omnibusque rebus ad eandem curtem juste legitimeque pertinentibus; cum mansis XXX totidemque mancipiis utriusque sexûs ea inhabitantibus quorum haec nomina sunt......... et cum duabus partibus ecclesiae inibi constructae et census exinde proveniendi, ac terra salaricia, pratis, vinea, et mancipiis ad eam pertinentibus nominibus his Hezo, Alfgart cum filiis suis. Jacent autem ipsae XXX mansae in subter signatis locis in praefata villa Birgidesstatt, VIII praeter terram salariciam, et ecclesiam quae ibi constructa est. De qua annis singulis ad censum solvendi sunt sol. XV in PAGO ACHGOWE appellato; in comitatu *Kuonradi Comitis*, in villa *Blitgeres-Wilere*, VIII praeter terram salariciam. Haec itaque omnia proelibata ego supra memoratus Alfwinus et dilecta conjunx mea ad ante dictam ecclesiam Sanctarum Virginum ut jam dictum est tradentes. Fuit nostra post petitio ut sanctimoniales ibi constructae (*L. Constitutae*) nobis ea in beneficium praestarent cunctis diebus vitae nostrae quod et fecerunt ea videlicet ratione. Ut ipsa tantum usualiter possideremus, et ne haberemus potestatem alicubi vendere nec condonare; nec per ullum ingenium de parte soepe memoratae ecclesiae abstrahere, et ad censum exinde annis singulis ad missam Sancti Martini sol. V de argente persolveramus, et post nostrum quandoque de hac luce discessum cum omni melioratu et super augmentatione illuc iterum reverterentur; et ut haec quidem praestaria firmior stabiliorque manere possit. Rogavimus hanc cartam inde conscribi, manuque nostra subtus illam firmavimus. Manibusque bonorum et probabilium testium subter nominatorum firmari fecimus. Signum Alfwini et Adae dilectae ejus conjugis qui hanc cartam donationis et praestariae fieri rogaverunt.

Signum Wichfridi, archiepiscopi; signum Werhardi comitis; signum Adalhardi com..... Scripta IIII idib. martii ab Heriberto presbytere atque cancellario et anno dominicae incarnationis DCCCCXXVII, anno vero Heinrici gloriosi regis VIIII. Actum publice in civitate Wormatiae in Dei nomine feliciter, Amen.

Ex originali.

IX.

WICHFRID, ARCHEVÊQUE DE COLOGNE, DONNE DIFFÉRENS BIENS AUX RELIGIEUSES DE L'ÉGLISE DES ONZE MILLE VIERGES, A COLOGNE ; 29 JUILLET 927.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis.

Wichfridus divina opitulante clementia Coloniensis archiepiscopus : Noverit omnium sanctae Dei ecclesiae fidelium presentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos divina inspiratione admoniti venerabilibus sororibus quae in ecclesia Sanctarum Virginum Deo die noctuque fideliter deserviunt, aliquid ex nostro ad illarum refectionem addere curavimus : nobis namque inquirentibus compertum est, illas in cotidiano victus sui alimento magnum habuisse dispendium. Non enim ignoramus quod ad peragendum divinum officium tantominus desudabunt, quanto majorem cibi penuriam sustinuerunt, et quod ab illis unum non exigetur, si alterum subtrabitur. Undè juxtà consensum communeque consilium nostrorum fidelium tam clericorum quam laicorum propter amorem domini salvatoris, propterque reverentiam XI millium Sanctarum Virginum inibi requiescentium, nec non et propter nostri recordationem, concessimus eis habendam ad augmentationem illarum praebendae ecclesiam Sanctae Mariae proxime statutam, post obitum Ruothberti presbiteri, Scolaris videlicet magistri. Qui ipsam nunc jure beneficiario tenet, cum omnibus rebus ad se pertinentibus, id est ecclesia in honorem Sancti Desiderii confessoris propè constructa et LX jugeribus per circuitum illius in suburbanis jacentibus, et manso dimidio in villa *Niele* habito. Insuper etiam cum altera ecclesia in villa *Bozilesthorp* nuncupata fundata, et suis appenditiis, hoc est aedificiis, terra salaricia; praeter jurnales X ex quibus solidus I solvetur. Cum duobus etiam mansis servilibus, de quibus solidi V reddentur. Cum tribus aliis quorum II jacent in *Walathorpe*, tertium in villa *Lunrike*, de ipsis autem tribus solidi XIIII annis singulis provenient. Famuli ea incolentes in mense junio de capitibus suis solidum I persolvent. Uxores autem illorum denarios V ad missam Sancti Martini dabunt. Praeterea quoque cum VI vinearum particulis circa *Riogomagum* jacentibus et arpennis II et dimidio in *Gunteres pumere* sitis. Cum sylva etiam speciali ad porcos XX juxtà supra nominatam villam *Walathorpi*. Et manso dimidio juxta castellum *Julicham*. Haec omnia saepe memoratis Sanctimonialibus ex nostro addare cura-

vimus. Quatenus propter stipendii inopiam usquam vagari (*L. Vagandi*) occasionem non haberent. Sed ut potius victum necessarium habentes in Dei cultu absque ullo impedimento devote perseverare possent. Et ut hujusce nostrae auctoritatis largitio firma stabilisque in perpetuum maneat, jussimus hanc cartam inde conscribi. Manuque nostra subtus illam firmavimus, manibus que testium probabilium roborari fecimus. Signum Domni Wichfridi archiepiscopi qui hanc cartam fieri jussit.

Data IIII kal. augusti et scripta ab Heriberto presbytere atque cancellario, anno dominicae incarnationis DCCCCXXVII, anno vero Heinrici gloriosi et invictissimi regis VIIII, indictione XV, in Dei nomine feliciter. Amen.

Ex autographo.

X.

Fondation de l'église collégiale de Saint Martin, a Liége, par Everard, evêque de cette ville, faite en 965.

In nomine domini nostri Jhesu Christi salvatoris et Individue Trinitatis. Everaerus servorum Christi servus universis ecclesie catholice et apostolice filiis. . . . .

. . . . subdita est mihi cogitatio frequenti impulsu summi et incomparabilis viri domini Brunonis archiepiscopi, ut si quos possem ad apostolicam colligerem disciplinam, ubi multitudinis credentium erat cor unum, et anima una. Hoc est enim nisi fallor, quod bonum et jucundum monstrat psalmista habitare fratres in unum, monacho quidem omni sed non soli aptum. Et ut antiquus nostre sedis locus ipse quoque in perpetuum honorabilis habeatur, nec ab nostri rudimenta laboris detrimentum aliquot patiatur, delegi locum satis amenum in edicta montis specula cui Publicum nomen est, quod et sedem nostram et eamque domus episcopi diceretur auctoritate Domni Brunonis archiepiscopi, cui omnia debeo, jussu etiam magni imperatoris et Cesaris augusti Ottonis, cleriquoque nostri et plebis, quo quisque vir melior (sic) esset assensu transferrem, ubi in ecclesia cujus ego fundamenta jeci in honore beatissime Dei genetricis et virginis Marie, sanctique

Lamberti pontificis et martyris Christi. (*L. Martini pont. et conf. Christi*) et prediis que vel precariis, vel ingenio (sic), quolibet contraxi, queve de antiquioribus ecclesie rebus rationabiliter hiis addere potui, secundum statuta canonum et decreta, vel consilio confratrum meorum, quorum idintererat, cum preceptis necessariis oves dominicas, que summi pastoris vocem audiant, pro captu meo pascere destinavi. Quorum vitam ità constituimus, ut unum. (Leg. una) cibum capiant propter (sic) dormiant, prelatis obediant; nihil citra prefixam sibi legem faciant, ad summum domitores existant sue voluntatis, ut pax illis sit in terra hominibus bone voluntatis. Quod ut notum esse possit non his tantum qui modò sunt, sed etiam posteris nostris, hoc monimentum confirmationis conscribi fecimus, quod et imperatoria dignitate, et principum assensu, bonorumque omnium notitia et pro (Leg. pio) favore roborari volumus. In quo et predia que in supramemorato loco ad. (leg. Deo) servientibus victum et vestitum ministrare sufficiant, et testes quibus hec probentur ascribi sanximus. Ecclesiam in Bertheim, Buthebeim, Onesheim, Vuittenes Lucka, ecclesiam in villa Benchorrum, Flandersheim cum ecclesia, villam Brueste cum ecclesia Vuoltensi, villam Cannes cum ecclesia, in villâ Hesi tres mansos, in villâ Althuolse I, in villâ Hakesi II, in villâ Fura V, Utheri, Geeldingken, Vuoromia cum ecclesia, Velez cum ecclesia, Rimanzeis, Sluzin, in villa Siel es mansum unum, Scozer, Malgeis ecclesiam in Olfeio, summa Sumenthusmont, Martinus, Slies, Asseza cum ecclesia.

Signum Ottonis invictissimi caesaris; signum Ottonis serenissimi regis; signum Lotharii regis. S. Brunonis Coloniensis archiepiscopi; Thiederici Treverensis archiepiscopi; Vothelrici Remensis archiepiscopi; Everaeri Leodiensis, Baldrici Trajectensis, Hidiboldi, Mimigart Furdensis, Lantwardi Mindensis, Dragonis Osnebrugensis, Thiederici Metensis, Wicfridi Virdunensis, Gerardi Tullensis, Ingramni Cameracensis, Ingranni abbatis, Alberti abbatis, Joannis P. P. (1) Giselberti, Matrani, Buduonis, Rutthardi, Rutberti; signum Herimani ducis, Fretherici ducis, Godefridi, Winrinheri, Rutheri, Arnoldi, Ansfridi, Rutberti, Sinmonis, Everhardi, Waltgeri, Votquini, Franconis, Arnoldi, Hellinmanni, Herinmanni, Gerenbardi, Winnici, Grutsonis, Waltelini, Ermonranni, Lietberti, Hillini Heribrandi, Linnobii. Ego Bruno gratia Dei archiepiscopus et primiserius recognovi.

Data IIII nonas junii, anno dominice incarnationis, DCCCCLXV, indictione octava, anno regni imperatoris (leg. regis) Ottonis augusti XXX, item anno Ottonis regis (leg. imperatoris) V. Actum Colonie Palatio feliciter.

(1) Praepositi.

Extrait du recueil inédit de Langius intitulé : COLLECTIO VARIORUM DIPLOMATUM ET ACTORUM ECCLESIAE ET PATRIAE LEODIENSIS EX ARCHIVIS ECCLESIAE CATHEDRALIS ECCLESIARUM COLLEGIATARUM ET MONASTERIORUM. *fol* 10. *Ce manuscrit précieux a passé de la célèbre bibliothèque du baron de Crassier, dans celle du chanoine David, puis successivement dans celles de MM. De Villenfagne d'Ingihoul et De Lantremange.*

XI.

L'EMPEREUR OTTON I CONFIRME LA DONATION DE CERTAINS BIENS SITUÉS A FOURON ET COURTIL, DANS LE DUCHÉ DE LIMBOURG ET AILLEURS, FAITE A L'ÉGLISE ROYALE D'AIX-LA-CHAPELLE, PAR LE COMTE IMMON, EN ÉCHANGE DE CEUX QU'IL AVAIT REÇUS DE L'EMPEREUR. CE MONARQUE DONNE EN MÊME TEMPS AU MÊME CHAPITRE LE PRIVILÈGE DE CHOISIR DORÉNAVANT, DANS SON SEIN, SON ABBÉ OU PRÉVOT. 17 JANVIER 966.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Otto divina favente clementia imperator augustus. Noverit omnium Dei nostrorumque fidelium industria, qualiter nos pro remedio anime beate memorie patris nostri domni Heinrici regis, pro statu regni nostri, pro incolumitate nostra dilecteque conjugis nostre Adelheide imperatricis auguste, dilectique filii nostri Ottonis regis, ad capellam, quam dive memorie Karolus imperator augustus ob culmen et fastigium sui imperii in honorem salvatoris domini nostri Jhesu-Christi ejusque genetricis S. Marie in palatio Aquisgrani construxerat, et ad victum ceterasque utilitates fratrum inibi Deo servitium curtem *Calmina* nominatam que quondam *Rudolphi* erat, sed ob infidelitatem ejus, quam in nostrum imperium exercuerat, in nostrum jus dijudicata, sitam in pago HASPENGEWE IN COMITATU WERENHARII, cum omnibus ad eam pertinentibus concessimus, quam postmodum fideli nostro comiti *Immoni* jure concambii possidendam condonavimus; econtra vero prenotatus comes *Immo* eidem capelle et usui fratrum inibi Deo servientium

ex suâ proprietate contulit quidquid in pagis et locis subtus nominatis aliquo jure possederat, hoc est in pago Luihgoudi in comitatu *Richerii* (al. Richarii), *Furon* (Foron), *Curcella* (Courtil); in pago Mulchkewe in comitatu *Eremfredi, Hercklinzo, Hostich* (al. Hostrich), *Bergo, Ricolferod,* (al. Richolferod), *Wazzarlar;* in pago Auulgowi in comitatu *Eberhardi, Liöge* (al. Linberge) *Rumeresdorf., Dullondorf, Breitenbach, Zerzendorp,* cum omnibus ad ea loca pertinentibus curtilibus, edificiis, mancipiis, agris cultis et incultis, vineis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, pratis, pascuis, sylvis, exitibus et reditibus, et cum omnibus utilitatibus. Hanc ejus traditionem etiam nostro corroboravimus precepto eidem capelle et usui fratrum Deo inibi servientium ecclesiam in villa que dicitur *Thuira* cum omnibus ad eam pertinentibus perpetualiter possidendam dedimus. Nos etiam periculosa tempora predecessorum nostrorum imperatorum seu regum intuentes, quorum aliqui quasdam abbatias, que sub tuicione et immunitate imperatorum et regum erant, electionemque inter se eligendi abbatem, ad Episcopia seu abbatias seu etiam, quod pejus est, laïcis dissipandis (leg. *dissipandas.*) suo precepto tradidissent; modò vero succedentium temporum imperatorum, regum consulentes cum omni consilio procerum nostrorum episcoporum videlicet Willehelmi Maguncienis ecclesie archiepiscopi, Theoterici Treverensis ecclesie archiepiscopi, Theoterici Metensis ecclesie episcopi, Annonis Wormacensis ecclesie episcopi, Lantwardi Mindonensis ecclesie episcopi, Gerhardi Tullensis ecclesie episcopi, reliquorumque primatum nostrorum, abbatum, ducum, marchionum (1), comitum, hoc palatium Aquisgrani precipuam cisalpes regiam sedem (supple *adeuntium* vel quid simile), hoc precepto firmamus ut canonici in prefata capella, cui modo Brun venerabilis canonicus abbas preesse dignoscitur, salvatori nostro Jhesu-Christo domino ejusque matri Marie famulantes liberam inter se habeant licentiam canonicum eligendi abbatem, *quem modo dicimus prepositum* (2). Quod vero absit, si inter eos talis inveniri non possit, qui eos regere possit, imperator sive rex talem canonicum inveniat non episcopum, non monachum, sed eum qui Dei timorem habeat eosque juxta canonicam regulam arguere, increpare, obsecrare et sapiat et queat et velit. Et ut nullus unquam successorum nostrorum imperatorum sive regum hanc prefatam capellam seu aliquid ad hanc pertinens sive in terra, sive in

(1) Vox *Marchionum* abest in alio codice.

(2) Hoec verba interpolata sunt.

edificiis, sive in mancipiis, sive in aliquâ re vel ad aliquam ecclesiam vel alicui in proprium, vel alicui episcoporum vel alicui persone in beneficium det, sed ut semper in tuicione et immunitate imperatorum et regum (supple *sit* vel *persistat*) jussimus hoc presens preceptum conscribi anulique nostri impressione insigniri manuque propria subtus illud firmavimus.

Signum Domni Ottonis magni et invictissimi imperatoris augusti. Luitolfus cancellarius ad vicem, Willehelmi archicapellani recognovi (al. recognovit). Data XVI kalendas februarii, anno Dominice incarnationis DCCCCLXVI, indictione VIIII, anno regni Ottonis regis XXXI, imperii vero IIII. Actum Aquisgrani palatio in Dei nomine feliciter.

Ex chartulario Regalis ecclesiae B. Mariae Aquensis, fol. 45 seqq.

XII.

L'EMPEREUR OTTON III DONNE A L'ÉGLISE ROYALE D'AIX-LA-CHAPELLE, DES BIENS SITUÉS A DORTMUND, EN WESTPHALIE, AFIN DE PRIER POUR LE REPOS DE L'AME DE CHARLEMAGNE. TITRE DE 997.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Otto divinâ favente clementiâ Romanorum imperator augustus. . . . . . . qua propter omnium. . . . . noverit universitatis industria, qualiter nos pro Dei amore, nostreque anime ac parentum nostrorum necnon pro illius venerande memorie Karoli magni imperatoris, qui eam quam redintegrare vel augere studemus, noviter fundavit ecclesiam, anime remedio, quandam nostre proprietatis locum *Trotmannin* dictum in pago *Wesfalon* situm, cum omnibus pertinentiis suisque adjacentiis. . . . . . ad ecclesiam sancte Dei genetricis et virginis Marie in Aquisgrani Palatio constructam, scilicet ad superius altare in eadem capella sub honore sancte resurrectionis Christi dedicatum, nostrâ imperialis precepti atque traditionis necnon donationis et oblationis paginâ donamus, offerimus concedesque confirmamus et corroborantes largimur prout juste et legater possumus, ea videlicet ratione eoque pacto, atque rata stabilitate, ut prefatus locus *Trotmannin*, cum omnibus pertinentiis suprà scriptis jugiter et perpetualiter ad perpetuum stabilitatem prefato altari in honore sancte resurrectionis

domini nostri Jhesu-Christi pertineat. Et ut hec nostre oblationis et traditionis donationisque concessio cunctis temporibus firma et stabilis maneat ac perseveret, hoc preceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signari jubentes manu propriâ sicut inferius cernitur corroboramus.

Signum Domni Ottonis invictissimi Romanorum imperatoris augusti. Hildebaldus episcopus et cancellarius vice, Willegisi archiepiscopi recognovi. (al. recognovit).

Data IIII idus octobris anno Dominice incarnationis DCCCCXCVII, indictione XI, anno verò tertii Ottonis regni XIIII, imperii autem secundo. Actum in Aquisgranensi palatio feliciter amen.

Ex chartulario regalis ecclesiae B. Mariae virginis Aquisgrani. fol. 94.

XIIII.

L'EMPEREUR HENRI II DONNE AU CHAPITRE IMPÉRIAL DE L'ÉGLISE S[t] ADALBERT, A AIX-LA-CHAPELLE, ENTRE AUTRES BIENS, CEUX SITUÉS A SOIRON ET A SOUMAGNE. 13 AOUT 1005.

C. In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Heinricus divinâ propiciante clementiâ Rex. Jocunda paternitas et paterna ejusdem Dei pietas, que multa nobis concessit, et ex multis pauca a nobis requirit, non ut indigeat, sed ut pro paucis multa et infinita recompensare possit, dum quaerit donum, et ad praemium invitat et ad remunerandum festinat. Faeneratio dulcis, in qua multa paucis, aeterna mercantur caducis, nam huic dare debemus, qui nos met ipsos nobis dans, a suis sua non recipit ut habeat, sed ut centuplicata remittat. Hujus spei gratiâ invitati decimam ex *Walecre* et *Goslar* et Trutmanniae reditibus in omni censu, qui regalibus subjacet usibus, villas quoque SORON et SOLMANIAM *in pago Lewa*, in comitatu.... sitas, *Neroldeshausen* etiam sitam in pago *Natresgauwe*, in comitatu Widelonis, *Horchem* insuper in *pago Colingauwe* et comitatu.... *Kivenheim* quoque in *pago Meinvelt et comitatu Bethelini,* creatori et ditatori nostro ad usum fratrum Aquisgrani in capella sanctorum martyrum Adalberti et Hermetis habitantium concedimus, concessaque in perpetuum esse volumus, terram etiam eidem capellae cum uno molendino circumjacente; et ut haec concessio secundum votum nostrum et firma consistat, et incon-

vulsa maneat, scriptum hoc more antecessorum nostrorum et manu propriâ roboravimus et sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

Signum domni Heinrici per Christum invictissimi. Bruno cancellarius vice, Willegisi archicapellani recognovi.

Actum est Niumbu..... idus augusti anno ab incarnatione Domini Millesimo V°, regnante rege Heinrico secundo, anno regni ejus IIII°.

Extrait pris sur l'original conservé aux archives du chapitre impérial de l'Église St. Adalbert, à Aix-la-Chapelle, où se trouve aussi un VISA *de ce diplôme par Engelbert I, archevêque de Cologne, sans date; mais il faut remarquer que dans celui-ci, ainsi que dans l'ancien cartulaire de ce chapitre, où cette charte est rapportée sub littera G, quelques noms propres ont été inexactement écrits.*

XIV.

L'EMPEREUR HENRI II FAIT DON A L'ÉGLISE ROYALE D'AIX-LA-CHAPELLE, DE LA FERME DE MOFFENDORF, DANS LE CANTON DE BONN, AU COMTÉ D'ÉZON, COMTE PALATIN. CHARTE DE L'AN 1020.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Heinricus Dei gratia Romanorum imperator augustus. Quia divine pietatis munificentia huc usque nobis propitia, quamvis immeriti regni et imperii fasces accipimus.

. . . . unde per istud scriptum presentibus atque futuris innotescimus, qualiter pro animabus parentum et antecessorum nostrorum regum et imperatorum, et nominatim pro anima tercii Ottonis imperatoris et pro remedio anime nostre et Cunigunde dilectissime conjugis nostre, quandam curtem *Moffendorf* nominatam, quam de monasterio *Herolvesfeldensi* sancti Wichberti speciali nostri juris proprietate ad regnum non pertinente communi militie et familie libitu atque consensu commutavimus, et in *Comitatu Ezzonis palatini comitis* in pago qui dicitur *Bunnekowe* ad monasterium sancte Dei genetricis Aquisgrani in usus fratrum ibidem Deo servientium ea lege concessimus, ut nulla major vel minor persona hanc post hanc ab eorum communi utilitate aut in beneficium, aut in privatos usus ullos auferre presumat, cum

tota terra illa , que ibi nostri juris hactenus erat, cum mancipiis utriusque sexûs, terris cultis et incultis, cum foresto, sylvis, venacionibus . . . . . et omnibus, appartinentiis, quesitis et inquirendis, et omnibus que dici vel nominari poterunt . . . . . et ut hec nostra traditio omni tempore stabilis et inconvulsa permaneat, hanc imperialis precepti paginam inde conscribi ac manû propriâ confirmantes sigillo nostro insigniri jussimus.

Signum Domni Heinrici Romanorum imperatoris invictissimi. Gunherius cancellarius vice, Ercanbaldi archicapellani recognovit. Anno ab incarnatione Domini M° XX°. Indictione tertia. Data VIIII kal augusti, anno vero Domni Heinrici secundi regni XX°, imperii autem ejus VII°. Actum Aquisgrani feliciter.

Ex chartulario regalis ecclesiae Beatae Mariae Virg. Aquisgrani. Fol. 101. *Seqq.*

XV.

L'EMPEREUR HENRI III DONNE A SA COUSINE IRMENGARDE, DES BIENS SITUÉS A ITEREN, VALS, EPEN ET FALKENBORG, DANS LE CANTON DE LIUTGOWE, AU COMTÉ DE DIETBALD. 1040.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Heinricus divinâ favente clementiâ Rex. Omnium nostrorum tam presentium, quam futurorum solers noverit industria, qualiter nos ob interventum et petitionem amborum ducum Gobelonis (Gothelonis) filiique sui Godefridi, tale praedium, quale scabinorum (ad) judicio, imperiale jus patris nostri bone memorie Conradi imperatoris augusti devenit, nostre que regali potestati post suum discessum reliquum; et potestative in villis *Jterve, Vals, Apine, Falkenborgh* habuimus in pago *Lingouwe* et in comitatu *Dietbaldi* comitis situm, IRMGARDE dilecti nepti nostre in proprium dedimus atque tradidimus, cum omnibus utique suis pertinentiis; hoc est utriusque sexûs mancipiis, ariis, edificiis, ecclesiis, decimationibus, agris, pratis, terris cultis et incultis, villulis ad predictas villas respiscientibus, pascuis, campis, sylvis, venationibus, aquis, aquarum decursibus, molis, molendinis, piscationibus, viis, inviis, exitibus, redditibus, quesitis et inquirendis, cum omni utilitate . que ullo modo inde provenire potest.

Ea videlicet ratione, ut prenominata Irmgardis de prescripto predio sibi a nobis tradito liberam de hinc potestatem habeat, scilicet tenendi, dandi,

vendendi, commutandi, precariandi, quam reliquendi, vel quidquid sibi placuerit faciendi. Et ut hœc nostre traditionis regalis autoritas nunc et per succedentia temporaria curricula stabilis et inconvulsa permaneat, hunc paginam conscribi, manu propria, ut subtus videtur, corroboratam, et sigilli nostri impressione jussimus communiri.

Signum regis Heinrici III invictissimi. (*Ac infrà*) data V kal. Martii, indic. VIIII. Anno Dominice incarnationis MXL. Anno autem Domni Heinrici III, ordinationis ejus XIII, regni vero II. Actum Treviris feliciter.

Ex autographo excerpsi. Ce diplôme a été publié également dans les Acta sanctorum Bolland, *septemb. t. II, p.* 273, *n.* 13; *dans l'*Histoire de Gueldre *de M. le baron de Spaen*, COD. DIPL. *tome II, p.* 25, *n.* 11; *et par M. Borheck. Voyez du reste, au sujet de cette charte, la note* 5, *pag.* 317 *du premier volume de cette Histoire.*

XVI.

L'EMPEREUR HENRI III DONNE A L'ÉGLISE ROYALE D'AIX-LA-CHAPELLE, UN ALLEU SITUÉ A GIMINICH ET A WALHORN, AU COMTÉ DE TEUBAULD, QUI A FAIT DEPUIS PARTIE DU DUCHÉ DE LIMBOURG, LEQUEL ALLEU LUI AVAIT ÉTÉ REMIS PAR LE DUC HENRI DE BAVIÈRE, DE LA MAISON DE LUXEMBOURG. 8 AOUT 1042.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Heinricus divinâ favente clementiâ Rex. Omnibus modis quibus nostrorum preteritorum patrum vestigia sequentes in augmentis ecclesiarum, vel in aliquibus ceteris bonis operibus exercemur, non pro temporalis et fragilis atque caduce vite statu, que casura est, elaborare debemus, sed semper in omnibus bonis operibus commorantes ad illud summe beatitudinis premium ac remunerationem, que fine carent, cunctis viribus totaque mentis intentione tendere debemus.

Qua propter omnium sancte Dei ecclesie fidelium nostrorumque presentium scilicet ac futurorum sollertia noverit. Quoniam nos hac moti sollicitatione, ac pro Dei caritate, nostreque anime parentumque nostrorum re-

medio, quoddam predium traditum nobis ab *Heinrico Duce*, *Adjacens* Giminiaco (1) *et* Harvia (2) *in comitatu Teubaldi*, cum omnibus suis appendiciis et adjacentiis in mancipiis utriusque sexûs, in cunctis areis, edificiis, terris cultis et incultis, que sitis et inquirendis, ecclesie S. Dei genetricis Marie in nostro Aquisgranensi palatio constructe per nostrum regalis tradicionis, oblacionis atque donationis preceptum donamus, ea videlicet ratione rata firmaque stabilitate, quatenus predictum predium cum omnibus supra descriptis jugiter ac perpetualiter ad prenominatam ecclesiam pertinere noscatur. Et ut hec nostre auctoritatis pagina firma et stabilis permaneat, hoc preceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signari jubentes, manu propria sicut subtus cernitur corroborantes confirmavimus. Signum Domni Heinrici tertii Deo volente regis, invictissimi. Berhardus Cancellarius vice, Berthonis Archicapellani recognovit. Datum VI idus Augusti. Indictione X. Anno Dominice incarnationis MXLII. Anno autem Domni Heinrici tertii, ordinacionis ejus XV, regni verò IIII. Actum Confungou feliciter Amen.

Ex chartulario regalis ecclesiae Beat. Mar. Virg. Aquisgrani. fol. 100.

XVII.

EBERHARD, ARCHEVÊQUE DE TRÊVES, CÈDE, A WALERAN, COMTE D'ARLON, ET A ADÉLAIDE, SA FEMME, L'USUFRUIT DE CERTAINS BIENS, ET LEUR ACCORDE ÉGALEMENT, AINSI QU'A WALERAN ET FULCON, LEURS FILS, CELUI DES BIENS QU'ILS AVAIENT CÉDÉS A L'ÉGLISE DE TRÊVES. TITRE DE L'AN 1052.

Extat apud Browerum, Annal. Trevir., Lib XI, nº 112, tom. 1, p. 530. — *Bertholet*, Histoire de Luxembourg, tom. III, *preuv.* p. XXII —*Hontheim*, Historia Trevir. diplom., tom. 1, nº 250, p. 392. — *Lunig*, Spicileg. eccles., tom. 1, p. 203.

XVIII

L'EMPEREUR HENRI III, CONFIRME AU CHAPITRE DE L'ÉGLISE St MARTIN, A LIÉGE, LA POSSESSION DE CERTAINS BIENS SITUÉS AUX ENVIRONS DE BONN. 1054.

(1) Gimminich.

(2) Walhorn.

Quia momentanea et caduca sunt, que habere in mundo videmur, vita quoque nostra, summopere elaborandum nobis est, ut finitis temporalibus inveniamus eterna. Unde preceteris imperialis nostre dignitatis est officium et nominis, ut res ecclesiarum ad servitium Dei penitentes nostrâ auctoritate confirmemus et tueamur, quatenus servi Dei, in quiete et pace viventes, pro salute nostrâ et statu imperii nostri divinam liberius implorent misericordiam: Quo circa omnium Christi nostrique fidelium tam futurorum quam presentium solers industria noverit, qualiter nos devoti fratres ex ecclesia SANCTI MARTINI IN LEODIO, nostre benignitatis excellentiam obnixius postulantes, adière, ut res eorum, quas per commutationem in BONNENSI PAGO tenent, scilicet predium de *Brunehcim* et ecclesiam de *Milleheim* pro his dato predio suo *Bothesheim* et ecclesia de *Hothersheim* Wormacensi episcopo Hatzeconi, conscientiâ et cooperatione venerabilis Reginardi Leodiensis episcopi per manum advocatorum, utriusque sue ecclesie idem (*videlicet*), Hezelonis Wormacensium et Wigeri Leodiensium, imperiali nostra auctoritate confirmavimus. Nam facta utriusque, ut dictum est, commutatione, singuli sue viginti annos absque contradictione possederunt, donec in Bonnensi mallo quidam Werinhardus ingenuus ejusdem res sancti Martini hereditatem suam ex conjuge reclamavit, consilio verò, munificentia et virtute nostra ipsi fratres eidem Werinhardo LX marcas argenti dederunt, sicque ipse et conjux ejus Ozzilla coram serenitate nostrâ astante Herimanno Coloniensi archiepiscopo, et multis regni nostri nobilibus jus et clamorem suum perpetuo cessarunt. Quod nos quoque prefata ecclesie jure perpetuo adstipulamur et corroboramus, et ut hec imperialis nostre confirmationis auctoritas stabilis et inconvulsa omni evo permaneat, hanc chartam inde conscriptam manu propriâ, ut infrà videtur, corroborantes sigilli nostri jussimus impressione signari, et nobilium imperii nostri, qui plures aderant, testimonio confirmari. Signatura (sic) Heinrici palatini comitis; signatura Simonis (Sinconis) comitis. Sig. Gala.... Helles...., Cunonis, Godefridi, Bernardi, Unezonis, Reinzonis, Anselmi, Azelini, Adelberti, Luidberti, item Luitberti, Berengeri, Meinardi, Goezonis, Bizonis, Gerardi, Berengeri. Sig. *Ducis* FREDERICI. Sign. Ducis Gerardi, Godefridi. Signa. comitum Gisleberti, Lutboldi, Adelberti, Gerardi. sig. Gerardi, Rotgeri, Bertoldi, Wilhelmi, Reginardi, Alebranni, Engeranni, Herimanni, Rodulfi, Gerardi, Ebroini, Vigberti, Borchardi, Eilberti, Herimanni, Rodulfi, Gerardi. Data XIII kal. Augusti, anno Dominice incarnationis MLIIII indictione septimâ, anno autem Domini Heinrici tertii regis, secundi imperatoris ordinationis XXV (Leg. 26), regni vero XVII, imperii VIII. Actum Trajectum in Dei nomine feliciter. Amen.

Extrait du recueil inédit de Lungius, intitulé COLLECTIO VARIO RUM DIPLOMATUM, *etc.*, *etc. page* 16, *déjà cité au n°* X.

XIX.

L'EMPEREUR HENRI III, DONNE A L'ABBAYE DE BORCETTE, UN ALLEU SITUÉ A EUPEN, DANS LE COMTÉ DE FRÉDÉRIC, DUC DE LA BASSE-LORRAINE. 1055.

Extat apud Lunig, Spicileg. eccles., *part. III, p.* 363.

XX.

L'EMPEREUR HENRI IV, CONFIRME LA DONATION QUE SON PÈRE AVAIT FAITE, EN 1042, A L'ÉGLISE ROYALE D'AIX-LA-CHAPELLE. 4 MARS 1059.

C. In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Heinricus divinâ favente clementiâ Rex. Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quàm presentibus, qualiter nos ob remedium patris nostri piae memoriae Heinrici imperatoris Augusti. Simulque ob interventum ac petitionem dilectissime genitricis nostrae Agnetis, imperatricis Augustae, ecclesiae sanctae Dei genitricis Mariae, in nostro Aquisgranensi palatio constructae, omnia quae vel a patre nostro vel ab aliis ante tradita tempore ipsius possedit, possidenda in perpetuum annuimus et confirmavimus. Nominatim autem capellam in monte Louesberth positam, cum omnibus quae ad eam pertinent, una cum predio in *villis* HARVIA *et* VALS, *in pago* LENNA *et in comitatu* TIEDBALDI sito, quod predictus genitor noster ab Heinrico Bavuariae duce sibi traditum prenominate Dei genitricis ecclesiae prius tradidit, et legali precepto confirmavit. Nos eidem sanctae Dei genitricis ecclesiae cum omnibus appendiciis ejus, hoc est utriûsque sexûs mancipiis, areis, aedificiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, sylvis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molis, molendinis, exitibus et reditibus, viis et inviis, quesitis et inquirendis, ac cum

omni utilitate, quae ullo modo inde provenire potest, ad usum fratrum Deo ibidem famulantium in proprium dedimus atque tradidimus. Et ut haec nostra regalis traditio stabilis et inconvulsa omni permaneat aevo, hanc cartam indè conscribi, manuque propria, ut subtus cernitur, corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum Domni Heinrici quarti regis. Gebehardus cancellarius vice, Luitpaldi archi-capellani recognovit. Data est IIII. N. Mar. Anno Dominicae incarnationis MLVIIII. Indictione XII. Anno autem ordinationis Domni Heinrici quarti Regis V, regni vero III. Actum Aquisgrani, in Dei nomine feliciter. Amen.

Ex originali.

XXI

UDON, COMTE DE LIMBOURG, DONNE UNE SERVANTE AU CHAPITRE IMPÉRIAL DE L'ÉGLISE S[t] ADALBERT, A AIX-LA-CHAPELLE. TITRE DE L'AN 1061.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Notum facimus presentibus et futuris, quod egregius comes UDO DE LEMBORCH propriam ancillam suam nomine Walburgam ad altare sancti Adelberti tradidit, hac ratione, ut singulis annis in natale ipsius martyris unum denarium persolveret et eandem legem omnis propago ipsius obtineret. Itaque ipsa Walburga postquam ancilla facta est sancti Adelberti accepit bonum sancti Adelberti cum Nalgero legitimo viro suo, et deinde rogante et jubente ipso comite Udone ab omnibus Fratribus anathematis sententia prolata est, ut quicunque hanc traditionem infregeret anathemati subjaceret. Huic traditioni interfuerunt idonei et legitimi testes. Ipse comes Udo, et Werelmus (1) de Solmanea, et Wiricus, Prepositus, Decanus, Hezelinus, Folbertus, Guislebertus, Wigerus, Gerardus, et ceteri fratres. Servientes ecclesiae Wilelmus, Folkricus, Gislebertus, Huncelo, Anselmus, Wolbodo, et alii boni viri. Facta est haec annotatio anno incarnationis Dominicae millesimo LXI[mo] indictione II (leg. 14) presidente Leodiensem ecclesiam Tidewino episcopo. Ad laudem et gloriam illius qui est benedictus in secula. Amen.

Copié sur l'original conservé aux archives de ce chapitre.

(1) Vel Everelmus.

XXII.

Théoduin, évêque de Liége, fait connaître que Brunon, comte de Hengebach, avait engagé a l'église collégiale de Sainte Croix, a Liége, pour 300 marcs d'argent, un alleu qu'il possédait a Herve, et dont il s'était réservé l'avouerie. 1063.

In nomine Domini et in nomine Trinitatis. Tyecwinus gratia Dei Leodiensis episcopus, perpendens sacre legis auctoritate oblationes et vota fidelium irrita penitus haberi non posse, sed Dei judicio ex sacerdotum arbitrio rata semper et immutabilia consistere, decrevi posterum notitie demandare que in subjecta nobis ecclesia Sancte Crucis diebus nostris ex oblatione fidelium in donariis Domini illata sunt, que sicut Dei judicio rata esse nullo modo ambiguuntur (lege *ambiguntur*), sic nostra quoque sententia haberi immutabilia decrevimus ac presenti auctoritatis nostre privilegio communivimus, hec autem sunt que dicimus. Bruno, comes de Hengebach, fratribus canonicis ejusdem ecclesie Sancte Crucis, per manum nostram de thesauro ipsius ecclesie mutuam accepit pecuniam, videlicet *marchas argenti trecentas*, quas fidelium devotio contulerat, sueque libertatis predium in Harvia cum tota ipsius predii familia, in presentiâ nostrâ, coram multis potentibus et nobilibus viris tam clericis quàm laicis, ad altare sancte Crucis tradidit et à se in jus et possessionem ecclesie transire fecit, *advocatiam tamen ipsius predii* sibi retinuit, suisque legitimis heredibus post se tenendam reliquit, et hoc ab ipso Brunone definitum, et ab universis qui presentes fuère laudatum est, ut tamdiu ecclesiae jam dictum predium securè et quieto jure possideat, donec quilibet ipsius Brunonis heres legitimus et hujus predii advocatus predicte pecunie summam ex integro restituat. Interim ecclesia jam dictum liberè teneat per Dominum non tamen quasi datum pro commodatâ pecuniâ vademonium, cùm verò quilibet heres Brunonis legitimus ipsum predium redimere voluerit, sic ei redimere licebit, ne nullo modo pro hac redemptione alteri ecclesie seu cuilibet ecclesiastice secularive persone hoc ipsum predium invadiare, aut aliunde aliquatenus nisi ex proprio suo redimere possit, omnemque pecuniam, id est trecentas marchas argenti, ex integro simul restituet ecclesie, nec acceptos supputare fructus poterit in hac quantitate pecunie, quia notum et oblatio Brunonis est. — Et hos fructus interim concessit et constituit fratibus et canonicis in

eleemosynam, ut in orationibus suis parentum suorum et sui ipsius habeant memoriam. Hujus ergò traditionis sive conditionis executionem et seriam carta presenti confirmavimus et sigillo nostro munivimus, testes autem hii adhibiti sunt : Hugo prepositus sancti Lamberti sanctique Servatii, Wibado decanus, Goldescalcus archidiaconus, item Godescalcus, Hermanus archidiaconus, Wolbertus prepositus Sancte Crucis, Godezo decanus, Nizo scholasticus, Boso ferulvus, et alii multi ex clero Leodiensi; item laici, *Fredericus dux*, *Albertus comes Namurcencis*, *Lambertus de Laoûle*, Albertus de Tienbeche, Elbertus de Bugeis, Hermannus de Grueles et Cunno frater ejus, Ewrinus de Waldemont, Steppo de Mullanz et alii multi; et si quis hec aliquando iniquo fraudis cujuslibet machinamento infregerit, si tertio commonitu non resipuerit, hunc auctoritate Dei omnipotentis et nostra anathematisatione execramus et eterna Dei regni hereditate privamus. Actum Leodii anno ab incarnatione Domini millesimo LXIII°, indictione prima regnante imperatore Henrico III°, anno regni ejus VIII°.

Ex Chartulario ecclesiae collegiatae S. Crucis *Leodii, quod anno* 1379 *scriptum fuit, immense molis opus, nunc repositum in archivis publicis Leodii, ubi charta isthaec legitur, fol.* 85.

XXIII.

Adalberon III, évêque de Metz, fixe les droits du haut avoué de l'abbaye de Saint-Trond. 1065.

Ediderunt And. Duchesne, Preuves de l'Histoire de la maison de Luxembourg, p. 19; *Calmet*, Histoire de Lorraine, édit. de 1728, tom. II, preuv. p. 452; *Bertholet*, Histoire de Luxembourg, tom. III, preuv. p. 29; *Miraeus*, Opera diplomatica, tom. I, p. 62, *aliique sed plerique mendosè.*

XXIV.

Frédéric de Luxembourg, duc de la Basse-Lorraine et haut-avoué de l'abbaye de Stavelot, fait donation a cette abbaye de l'église de Sprimont, et en outre de l'alleu de ce lieu en indemnité de celui de Genape. 1067.

Miraeus, Opera diplomata, tom. 1, p. 663; *Bertholet*, Histoire de Luxembourg, tom. III, preuv. p. 30, et *Lunig*, Spicileg. eccles., cont. I, p. 1062, *ont publié cette charte, mais avec des erreurs. Voyez du reste la note I, p.* 111, *tom.* 2 *de cette Histoire, que nous avons écrite à ce sujet*,

XXV.

Relation de l'inféodation du comté de Hainaut faite a l'église de Liége par la comtesse Richilde, du consentement de l'empereur Henri IV, laquelle se trouve écrite a la tête d'un ancien exemplaire du recueil des decrets, fait par Burchard. 1071.

Anno Dominice incarnationis MLXXVI (Lege LXXI), in die VIIII mensis (add. *maji*). H. quartus Romanorum Rex Leodium veniens divinâ instinctus clementiâ dedit sancte Marie sancto Lamberto comitatum de Hainou et marchiam Valentiam cum omnibus beneficiis, cum castris, cum abbatibus, cum prepositis, cum omnibus potentatibus et militibus suis jure perpetuo. Dedit et donavit. Datum ad altare per manum advocati sui legaliter tradidit presente comitissa Richelde...... et annuente cum filio *Balduino*, et ibidem in presentiâ regis et omnium principum, *Dux Godefridus* miles effectus est domni episcopi *Dietwini* accepto ab eo hoc beneficio. Ipsa vero comitissa ducis effecta hoc idem accepit a duce beneficium, eâ scilicet ratione ut si dux non fuerit vel filius hereditarius ab episcopo requireret beneficium ipsa vel filius vel filia, sic tamen filia si concilio episcopi voluerit uxorari (leg. *Maritari*) et ipse maritus liberalitatem voluerit episcopo facere. Quod si hi

defuerint aut àb episcopo non requisierint militari jure omnes milites cum castris et beneficiis in manum episcopi veniunt, et in ejus dominatu ultrà manent. Quod si ipsi milites non veliut cum episcopo remanere posteaquam renuntiaverint, per XL dies ad ejus fidelitatem servabunt ipsa castra, et reddita per XV dies si necesse fuerit adjuvabunt detinere. Quod si fortè renuerint (sic) aliquo modo castra esse tradenda cum omni cautelâ hoc episcopo curabunt nuntiare, et si fuerint tradita, summo studio et episcopi adjutorio requirent. Quod si qui hanc non voluerint observare fidelitatem et sacramenti fidem (1), si qui in turribus morantur et munitionibus presunt, servent eas ad presentiam episcopi, donec libere potiatur. Sic factum est sacramentum, et sic susceperunt observandum, anno ordinationis regis XVII (2), regni autem XV.

Extrait du recueil inédit de Langius, intitulé : COLLECTIO VARIORUM DIPLOMATUM, etc., *p.* 68 *verso, déjà cité.*

XXVI

LETTRES DE FONDATION DE L'ÉGLISE DE Ste. MARIE-AUX-DEGRÉS, A COLOGNE. 1075.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Anno Dei favente gratiâ Coloniensis archiepiscopus........ Undè ego recolens me mandata Dei sepius neglexisse genitricem ejus michi precatricem parare decrevi dum in honore ejus edificarem aecclesiam, quam pius antecessor meus Herimannus, si mors non praevenisset, suis sumptibus disposuerat edificandam, quatinus ibid. servientes ministri Dei jugibus votis ipsi F. Virgini Mariae matri Domini nostri Jesu-Christi supplicarent ut pro peccatis nostris antecessorum successorum quoque nostrorum interventrix existeret et poenas culpis nostris debitas pia prece removeret.

Huic itaque aecclesiae *Blisna*, *Wissa*, *Unkelo*, *Heigenbac*, *Elbeche*, *Vlameresheim*. Quod ipsius antecessoris mei predium fuerat et eidem aecclesiae ab eod. destinatum erat et in PAGO AQUENSI quod de prediis Ermentrudis acquisierat. *Valchenburch*, *Munzhic*, *Gminich*, *Epeno*, *Wilerc*, cum omnibus appendiciis suis et quod ego per praecariam a domna *Richera* regina et coheredibus ejus acquisivi *Meikedenheim*, *Diemunderode*, *Assela*, *Clotteno*, et ecclesiam matricem in *Trutmonia* cum decania eadem. *Brouche* quod *Sigehardus* cancellarius michi dederat et decimationem in *Saxonia*

(1) Videtur aliquid deesse.
(2) Completo XVIII currente.

quam ad vestitum fratrum destinavimus. Ne quem vero moveat quod injuriosè. *Clotteno* manachis in *Brunwilere* abstulerimus. Volumus cunctis innotescere quod pactum ipsa nobiscum fecerit et nos postea cum monachis fecerimus. Ipsa quidem vivens monachis dederat *Kanada* quod solvit V. libras in qua re voluntas ejus plurimum valet. Michi vero reliquum dedit ut in quocunque monasterio sepeliretur ejus monasterii prefatum predium esset. Sed cum ab abbate loci illius et *Palatino comite* sepius inquietaremus pro nummo abrenuntiationis monachis dedimus VIII arpennas vinearum in *Clotteno* et IIII in *Signenel* et calicem aureum et gemmatum qui Luzoni decano pro XXX marchis oppigneratus fuerat. Predium vero *Clotteno* canonicis S. Mariae ut ipsa p:tierat tradidimus. Praeter hec ejusdem aecclesiae preposito cum banno dedimus decaniam in *Pago Zulpiaco.* Praenominata itaque omnia et cetera quaecunque eid. aecclesiae contulimus mobilia sive immobilia statuimus secundum apostolicam autoritatem ut nullus auferat quem auserentem apostolici sententia terribiliter dampnat. Si quis ergo, etc.

Anno Dominicae incarnationis MLXV (1) indict. XIII, anno episcopatûs Domini Annonis XVIII. Actum Coloniae IIII Kal. Augusti.

Ex autographo.

XXVII.

L'EMPEREUR HENRI IV, ACCORDE A L'ÉGLISE ROYALE D'AIX-LA-CHAPELLE, L'AVOUERIE DES VILLAGES DE WALHORN, LONZEN ET MESCH. 21 AVRIL 1076.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Heinricus divinâ favente clementiâ Rex. Antecessorum nostrorum regum seu imperatorum exemplis dedicimus, quantum honoris et utilitatis regibus contulerit et negaverit honor et status aecclesiarum ab eisdem regibus servatus et adauctus, neglectus et minutus. Ut enim de bonis sumamus exempla. Sic magni Karoli imperatoris divae memoriae consuevit facere prudentia, qui aecclesias fundavit, fundatas prediis ditavit, honore ampliavit, religione dilatavit, in cujus dilatatione quantum honoris et commodi sibi et regno contulerit, magni nominis ejus fama in universali adhuc servat aecclesia, cujus meritorum et virtutis commemoratio procul dubio successorum est aedificatio,

(1) Legendus sine dubio annus MLXXV, cum quo indictio XIII et annus XX episcopatûs Annonis congruit.

quem et nos pro posse Dei adjutorio imitari cupientes, ejus exemplo res nostras ampliari et regni statum dilatari credimus. Si ejus exemplo dominum in sanctis suis honorare, quod est religionem aecclesiarum servare, voluerimus, quam ob rem aecclesiam, quam idem Karolus beatae memoriae Aquisgrani in honorem gloriosissimae Dei genitricis perpetuae Virginis Mariae fundavit, respeximus, cujus petitionem in petitionis effectum ducere decrevimus. Annitente Bertha et regni et toti socia, presentibus Hiltolfo Coloniensi, Liemaro Hammaburgensi archiepiscopis, Ruoberto Babenbergensi, Ebbone Nuinburgensi, Willehelmo Trajectensi episcopis, cum ceteris regni principibus succinentibus dilecti capellani nostri Cuonradi ejusdem aecclesiae prepositi precibus. Si quidem tres advocatias super tot loca scilicet HARNE, LONCIUS, MANDREVELT. Quas nos nostra manu dare et negare (sic) debuimus Sanctae Dei genitrici Virgini Mariae in perpetuitatem libenter concessimus, ea ratione ut Cuonradus ejusdem aecclesiae prepositus, omnesque sui successores ejus aecclesiae prepositi has tres advocatias potestative teneant et pro utilitate aecclesiae consilio fratrum ibidem Sanctae Dei Genitrici Virgini Mariae, filioque ejus Deo nostro servientium, cui velint et negent et tribuant super tria prefata loca cum universis eorum appenditiis, hoc est utriûsque sexûs mancipiis, areis, aedificiis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, viis et inviis, sylvis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis, et universis utilitatibus eisdem tribus locis accumulatis et accumulandis; cujus firme et perpetue donationis testem cartam nostro jussu conscriptam et propria manu, ut infrà videtur, conscriptam et corroboratam sigilli quoque nostri impressione insignatam omnis generationis tam futurae, quam presentis notitiae reliquimus.

Signum Domni Heinrici quarti regis invictissimi. Adalbero cancellarius vice, Sigefridi archicancellarii. Anno Dominicae incarnationis millesimo septuagesimo sexto, indictione XV. XI kal maii. Data anno autem ordinationis Domni Heinrici quarti regis XXII, regni vero XX. Actum Aquisgrani in nomine Domini nostri Jesu-Christi. Amen.

Ex originali.

XXVIII.

DUTHA, FEMME DE CONDITION LIBRE, S'ASSUJETTIT A UNE ESPÈCE DE SERVITUDE DEVANT L'AUTEL DE L'ÉGLISE DE SOIRON. 1086.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Notum facimus presentibus et futuris, quod quedam libera femina nomine DUTHA Deo sanctoque Adalberto ad altare in SORUN libertatem suam offerens, hoc modo sese et omnem posteritatem censualem constituit. Sive masculus sit, sive femina postquam legitimum matrimonium inierit, unum denarium solvat singulis annis; triageneralia placita in anno observet; cum patri suo absque licentiâ, cum dispari per licentiam matrimonium ineat; in morte omni penitus exactione careat. Eligant autem interse unum de comparibus suis, qui censum aliorum recipiat et fideliter respondeat. Hujus rei testes sunt prepositus Eveco, Winandus advocatus, Lambertus villicus, Hargerus, Reinerus de Wiliberval, Wascelinus de Corneus et ceteri multi et boni viri.

Acta sunt hec anno incarnationis Dominice MLXXXVI, indictione X, regnante imperatore Heinrico IIII in diebus ducis Godefridi. Heinrico episcopo presidente Leodiensi ecclesie. Ad laudem et gloriam illius qui est benedictus in secula. Amen.

Extrait d'un ancien Chartulaire du chapitre royal de St. Adalbert, à Aix-la-Chapelle, où cette pièce se trouve cotée sub. litt. G. Une partie de ce Chartulaire a été écrite au XIIIe siècle. L'original de la charte que nous venons de transcrire, existe encore et se trouve aux archives de ce chapitre.

XXIX.

IDE, COMTESSE DE BOULOGNE, DONNE DIFFÉRENS BIENS A L'ABBAYE DE MUNSTER-BILSEN, AVEC LE CONSENTEMENT DE GODEFROI DE BOUILLON, SON FILS. 1096.

Nemo felicius commercium valet exercere quam de transitoriis celestia, de iniquo mammona hereditaria receptacula in coelis comparare. Pro hac ergo fide, spe et karitate ego peccatrix IDA pro remedio animae meae trado alodia mea, subter scripta, super altare sancti Amoris in pago *Belesia*, ea videlicet conditione ut piae animae *matris meae Udae et avi mei marchionis Godezonis*, *quorum somata ibidem locantur humana* continuas inde habeant elemosinarum et orationum hostias pacificas, et beatae memoriae abbatissa *Machtildis*, quae haec suasit, pro diversis beneficiis suis ergà me grates hereditarias. Hanc igitur traditionem liberam et ab omni inclamatione secu-

ram, *Karoli jure et Lutherorum* (leg. Lotharingiorum) lege cespite et ramo et praeelecto manu fido tam firmiter ordinavi et stabilivi per manum *filii mei Ducis* GODEFRIDI in consensu et praesentia ceterorum filiorum meorum, ut siquis proheredum hanc deditionem infringere temptaverit, banno Sancti Lamberti et omnium episcoporum Leodiensis ecclesiae subjacent, et injustitiae evictus universalis synodi sententiam patiatur puniendus.

Haec inquam deditio diligenter ventilata et unito consilio demum approbata tali privilegio est sigillata, ut nullus advocatus quicquam penitus agendi habeat in hac hereditate, nec alicui detur in beneficium, sed in solius abbatissae manu stet dandi et sumendi per indicium ministri ecclesiae, quem ipsa elegerit fidum et idoneum. Si autem kara mea abbatissa praeventa fuerit morte, quod Deus avertat, priusquam haec donaria mihi dono data restaurentur ecclesiae, tribus annis id ipsum alodium stet in servicio altaris restituenda ornamenta sanctuarii, unam marcam argenti pro ventilabro, XXX solidos pro plenario, XV libras pro altaris praetabulato.

Haec omnia villarum, *Buocholz*, *Hirtheren*, *Riemest* III mansi et dimidius et I curtile dimidia camba cum uno bunuario et dimidio. *Rudenchoven* I mansus. *Reken* XVIII bonuaria. *Liten* I mansus. *Linne* I mansus. *Assebeke* XVIII bonuaria. *Wilre* I mansus. *Buocholz* XV bonuaria. *Bilesen* dimidius mansus. *Gelleken* VI mansi et dimidius. *Repen* IIII bonuaria. *Litte* I mansus. In prato *Belesiae* I bonuarium solvens V denarios. *Eigenbilesen* I curtile *Gette* I, *Bocholz* I et alterum desolatum. De Salica terra I mansus. *Gudenchoven* I mansus cultus et alter incultus. Dimidium molendinum. De ecclesia V denarii et IIII denarii de molendino. Sexta pars IIII ecclesiarum *Gelleke, Riemest, Repen, Wilre*. Sexta pars decimae de *Langele*. *Rotheim* dimidius mansus. *Eigenbilesen* dimidius mansus. *Amelestorp* unus mansus. Haec ut diximus traditio legaliter sanccita est coram ingenuis et idoneis testibus quorum nomina subnotantur. DUX GODEFRIDUS; *comes Arnoldus de Lon, frater ejus Theodericus*. Gislebertus. Richardus. Lambertus. Cono. Reimboldus. Godefridus de Spalden. Hermanus. Godefridus de Wegsage. Lambertus. Winricus de Kalmont et alii quam plures veracissimi. Subjunctum est insuper descriptioni ut quando placuerit ipsi abbatissae, seu vivente seu obeunte ea, omnis census horum praediorum redigatur in cotidianam praebendam Deo servientium sororum. Cetera vero quae ad placitum pertinent in servicium dispensetur (leg. dispensentur) succedentium abbatissarum. De censu vero usque ad XXX sororibus eque dividatur vestitura et victus. Anno incarnationis Domini ML, XC, VI. Indictione IIII regnante Heinrico quarto. Oberto Leodiense episcopo. Acta sunt haec Belesiae in templo. De hac hereditate anniversarius dies abbatissae *Magthildis* honorifice

observetur. Ad servicium dominarum X sol. Presbytero XIII denarios. Egenis LXXII panes. Cerae X deneradas. Tradidi etiam sub testimonio horum fidelium Idam et Egam super altare praenotati confessoris in elemosina, ea conditione ut singulis annis in festivitate ejusdem patroni utraque II denarios persolvat. Licentiam nubendi a nullo exquirant XII denariis super altare ejusdem impositis, et sic securae et liberae ab omni advocationis jure maneant, et si malignè devinaverint vel proclamati fuerint, ipsa abbatissa judicio fidelium suorum justificet. Post obitum vero non aliud ab eis exquiratur nisi denarii duodecim. Pax Christi et ecclesiae omnibus fidelibus. Amen.

Ex autographo BELESIENSI *descripsi.*

XXX.

SENTENCE DE HENRI V TOUCHANT LES DROITS DES AVOUÉS DU CHAPITRE IMPÉRIAL DE S^t. ADALBERT D'AIX-LA-CHAPELLE A OLNE, AVEC DÉFENSE D'ÉTABLIR DORÉNAVANT DES SOUS-AVOUÉS, 13 AOUT 1103.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Heinricus divinâ favente clementiâ Rex. Adjuvante celestis regis clementia sanctarum loca ecclesiarum detinenda censemus et promovenda. qua spe familia sancti Adalberti *de Parrochia* OLNE, *quae sita est in pago* ARDENNE, conductu prepositi Theoderici et fratrum ad nostrum auxilium confugit, verbera, rapinas et multas injurias a sub advocatis eis illatas nobis deploravit. Condolentibus itaque tam principibus quam episcopis illorum miseriis, et ammirantibus super inauditis injuriis, judicatum est in presentiâ nostrâ, quia *post Ducem unum solum advocatum* qui bannum habeat a nobis debeant habere, et in tribus solummodo placitis generalibus in anno debeant eum suscipere et servitium ei dare. Si vero ipse legitimus advocatus voluerit, consilio prelati nuntium sub se constituere poterit, qui tamen non sit advocatus, nec jus placiti habeat, sed justum servitium domini sui recipiat. Huic judicio affuerunt et consenserunt archiepiscopus Coloniensis Fredericus. Episcopi Leodiensis Obertus. Monasteriensis Borchardus. *Dux* HEINRICUS *de* LIMBURCH. Comites : Wibertus de Saxonia, Berengarius de Solzbac, Arnulfus de Los. Liberi homines Giselbertus de Duras, Arnulfus de Rode, Giselbertus de Grules, qui erat legitimus eorum advocatus. Facto itaque et diffinito judicio praecipiendo interdiximus

advocato Giselberto, ne ulterius superponeret eis sub advocatum, nec contra justitiam requireret ab eis servitium aut placitum. Tale est autem servitium quod ei debetur in tribus generalibus placitis per annum XII mald. tritici et XXX et I mald. avenae. VIII porci et IIII porcelli, VIII friskingae ovinae, XXX et VI pulli, XV solidi ad vinum. Si vero aliquis pro culpâ ab advocato deprehensus fuerit, consilio ministrorum debet eum tractare, non penitus confundere. Et ut haec nostrae confirmationis pagina stabilis et inconvulsa permaneat, eam manu propriâ roborantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum Domni Heinrici Quinti regis invictissimi. Albertus Cancellarius vice, Rothardi (obiit 1109) archicancellarii recognovi.

Acta idus Augusti, Indictione VIIII, anno incarnationis Dominicae MCIII. Anno autem Domni Heinrici Quinti ordinationis ejus XIII. Actum Aquisgrani feliciter. Amen.

Copié sur l'original, conservé aux archives du chapitre impérial de l'église St. Adalbert, à Aix-la-Chapelle. Ce diplôme est inséré également dans un ancien Chartulaire de ce chapitre sub. litt. H. On le trouve encore dans une Pancarte que l'empereur Frédéric III, donna à Aix-la-Chapelle, le 1er. septembre 1475.

XXXI.

Otbert, évêque de Liége, confirme la fondation de l'abbaye de Rolduc. 1108.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Notum sit omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter Dominus Albertus de Saphemberch et filius ejus Adolphus, ad ecclesiam in predio suo, quod est Rode, in honore Dei et beatae Mariae sanctique Archangeli Gabrielis, sumptu ac labore pauperum ibidem commorantium constructam remiserunt, et prout firmius potuerunt tradiderunt quicquid in eodem loco, vel in aliis circumjacentibus, sive remotis locis tenent possessionum, scilicet quinque mansos et quantum ipse Dominus Albertus decimarum tenebat in eodem predio et curte sua *Specholz*, et quidquid in villa *Arwilre* et *Besenhove* tenebat

frater Embrico et pater ejus, et quidquid in *Meischose, Bisenrode, Asche, Degerenowa, Lantershobe, Hemmingeshobe, Nemerode, Burne, Immenrode.* Insuper duos mansos quos Palatinus comes Sigefridus eidem ecclesiae tradidit in *Crumbenbach*, et predium fratris Chunradi in *Moresbrunno,* tali ratione ut absque omni debito censûs et obsonii solam in his omnibus advocatiam ipsi et proximi heredes eorum retineant, nullique posterorum suorum eam aliâ ratione relinquant, quam ut fratribus ibidem Deo famulantibus pro solâ animarum suarum salute consulant, eosque ab injuriâ defendant, nihil in rebus ecclesiae exigentes, nec aliquando ibi placitum tenentes, aut peticionem facientes, nisi si forte pro utilitate ecclesiae fratres eos invitare necesse habuerint, ad hoc solum tempus si ita contingere potuerint tercio denario contenti nihil requirant amplius. De caetero quantamcunque libertatem potuerunt, tam ipsi, quam Leodiensis episcopus dominus Otbertus eidem ecclesiae concesserunt, ita ut si Deo auctore vel prepositurâ vel alio quolibet prioratu sublimari possit, solâ electione fratrum promoveatur quicunque ipsis maximè idoneus videbitur; isque solummodo curam fratrum de manu episcopi gratis et absque omni contradictione suscipiat. Nulli denique archidiacono, nulli dekano, excepto proprio suo dekano sive priori rationem reddant de suo vel familiae suae delicto. Oleum quoque et chrisma ab ipso Leodiensi episcopo quilibet fratrum accipiet in Pascha, à quo et potestatem habent recipiendi ad babtysmum et communionem et sepulturam liberorum hominum infantes, vel quicunque ab eis exigunt cum parochiani sui licentia. Affuerunt in hac traditione et libertatis concessione, Treverorum archiepiscopus Bruno, Coloniensis archidiaconus et prepositus Johannes, Leodiensis archidiaconus Alexander. Capellani episcopi : Wiricus, Liezelinus. Aquenses canonici : Luibertus, Hartmannus. Liberi homines : Comes Albertus de Norvenich et filius ejus Adolphus, Godefridus de Kerda, Geveno de Bunna, Willelmus de Daleheim, Obertus, Luidolphus de Betenburn.

Data est haec cartula anno Dominicae incarnationis mill. CVIII. Indictione I, anno vero regni Heinrici Quinti regis III. Actum in ipso loco Rode idibus decembris.

Copié sur l'original conservé autrefois aux archives de l'abbaye de Rolduc. Le sceau sur pâte, pendant à queue de soie rouge, représente un évêque en habits pontificaux, tenant la crosse, mais sans mitre.

XXXII.

Charte intéressante au sujet d'une servitude volontaire a laquelle s'assujettit une dame de condition libre, a Richelle. 1108.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Notum sit omnibus fidelibus Christi tam presentibus quam futuris quod Alluendis libera mulier propter salutem anime sue et spe auxilii ab Aquensi ecclesia tradidit se dyocesi Aquensis ecclesie Beate Marie hac lege ut vir de progenie ejus solveret ecclesie quatuor denarios in purificatione Beate Marie. Femina vero duos. Ita ut si quis ejusdem gentis mercator esset nec definitum censum statuta die solveret. Propterea quod a loco suo abesset dans operam mercature vel ad orationes sanctorum profectus sine omni existimatione incurie expectaretur et a reverso diebus octo post exigeretur census. Quod si idem vel aliquis alius forte renueret dare memorantum censum advocatus cogeret eum venire ad curiam Richele et exindè respondere judicio scabini. At quicunque de genere memorate femine nascerentur, propter nullam aliam rem nisi propter retentionem census venirent in placitum coram advocato nec alicujus juris preter supradicta essent obnoxii. His ita constitutis Alburgis filia predicte Alluendis quatuor filios habuit, Rodulum, Johannem, Warnerum, Remardum; totidemque filias scilicet Holdam, Belelendem, Vodam, Iram que filium peperit Adelardum. Memoratos autem quatuor filios Alburgis et Adelardum filium Ive cogerunt venire ad curiam Richele, Arnulfus de Hestoel advocatus Aquensis ecclesie, Elbertus de Mulame qui sub eo tenuit advocatiam, Albertus prepositus Aquensis ecclesie, et cancellarius regis Lietbertus qui vice dominus ejus fuit, volentes eorum jus infringere. Sed tandem ibi patefacta veritate et tam testimonio quorumdam superstitum qui interfuerant memorate traditione Alluendis et sanctioni quam jurejurando quinque supradictorum virorum duarumque feminarum Alburgis et Richlendis comprobata coram villico Suiberto et scabinis istis Gilleberto, Sitardo, Hugone, Alberto de Bubail, Heriberto de Bubail, Runero de Mortire, Waltero et tota gente curie non solum a labefactatione juris destiterunt, verum etiam consenserunt ut jus illud karta sigillata confirmaretur et sub anathemate interdiceretur, ne quis amplius auderet illud violare. Hoc itaque confirmatum est interdictumque sub pena anathematis. Nequis deinceps supra expositum jus istius familie aliqua ex parte infirmare vel violare temptet. Hujus rei fuerunt testes hi canonici

Aquensis ecclesie Hezzelo decanus, Hermannus majister, Erleboldus cantor, Albertus presbyter, Dodo subdiaconus. Hi laici Herbertus judex, Radulfus, Gillebertus de Richele qui erat exactor census. Johannes de Wiseto qui etiam erat exactor census et multi alii.

Actum est hoc ab incarnatione Domini, anno M° C° VIII°. indictione I° regnante imperatore Heinrico tertio, Oberto administrante Leodiensem episcopatum.

Ex originali.

XXXIII.

ADELBERT, COMTE DE SAPHENBERG, DONNE SON ALLEU DE HERCHE A L'ABBAYE DE MUNSTER-BILSEN. 1109.

Quoniam in hoc seculo nichil stabile et mansurum probatur, nisi quod Deo pura devotione consecratur, nullumque felicius commertium quam transitoriis comparare celestia. Ego ADELBERTUS (sic) COMES DE SAPHENBERGE tradidi sancto Amori in villa BELISIAE hereditate mea (sic) HERCHE cum omnibus appendiciis suis cultis et incultis, aquarum et silvarum compendiis, stabili et fideli jure sine ulla contradictione, pro anima mea et omnium heredum meorum et *uxorum mèarum*. Ut autem haec traditio firmior permaneret suscepi de gahophylatio sanctuarii X libras a manu *Mathildis* abbatissae in necessitatis causa, sed ut probabilior esset emptionis cautela, censum ipsius allodii recensuimus VII libras et dimidiam, quarum sex determinavimus ad vestituram *dominarum,* septimam ad comparandas pisces abbatisse et *sororum* in quadragesima, X^cem^ solidos ad luminaria sanctuarii. De peculiaribus et placitorum causis statuendis et destituendis in manu saepe dictae abbatissae, ipsa supprovisori suo statuat quod velit. Acta sunt haec rata et indivulsa anno incarnationis dominicae MC°VIIII° regnante domno Heinrico Quarto (V). Otberto fideli Leodiensium episcopo, coram idoneis testibus Adolfo, Otberto, Ludolfo et compluribus aliis, manu mea simul et filii mei tradita et abrenuntiata, sigillata et inbannita, ut si quis de his statutis quicquam irritare voluerit infernali dampnationi et judicum punitioni subjacent. Amen.

Descripsi ex autographo Belisiensi.

XXXIV.

L'Empereur Henri V, confirme a l'église royale d'Aix-la-Chapelle la possession de la cour ou ferme de Walhorn, en déterminant ce qui, au jour de l'anniversaire de son père Henri IV, sera donné a chaque chanoine du revenu de ce bien. 30 novembre 1112.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Heinricus divinâ favente clementiâ quartus (V) Romanorum imperator augustus. Considerantes quod conditio hujus lubrici seculi brevis sit et incerta, statuimus in hac valle lacrimarum serere, quod in futuro cum gaudio sit metendum. Qua propter exemplo predecessorum nostrorum et precipuè parentum nostrorum imperatorum, qui decorem ecclesie quam plurimum delexerunt, cultum Dei ampliandum, ubi et quantum possumus, decrevimus. Notum itaque facimus omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus qualiter curiam Harnam, quam pater noster Heinricus, beate memorie, tercius (IV) imperator, ecclesie sancte Dei genitricis Marie que est Aquisgrani delegavit, eandem nos ammonitione et rogatu principum nostrorum et catholicorum virorum, videlicet Brunonis Treverensis archiepiscopi, Harthuici Ratisponensis episcopi, Ottonis Bavenbergensis episcopi, Erlungi Werceburgensis episcopi, Burchardi Monasteriensis episcopi, Arnoldi *capellanarii* nostri et predicte ecclesie prepositi, Godefridi comitis de Caloen, Herimanni marchionis, et aliorum multorum, delegavimus cum omnibus appendiciis, scilicet mancipiis, advocatia, agris, pratis, pascuis. . . . . et delegando imperiali nostrâ auctoritate corroboramus et confirmamus, eâ videlicet ratione, ut *singulis annis in exequiis patris nostri Heinrici pii augusti,* ad refectionem fratrum libra una de suprà dictâ curiâ persolvatur. Ut autem hoc ab omnibus credatur, et omni tempore inviolabiliter observetur, hanc cartam inde conscriptam et manu propriâ corroboratam impressione nostri sigilli insigniri jussimus. Signum domni Heinrici Quarti (V) Romanorum imperatoris augusti. Bruno cancellarius recognovit. Data II kal. decembris indictione quinta. Anno Dominicae incarnationis millesimo et XII, regnante Heinrico quarto rege Romanorum anno VI, imperante II. Actum Wormatie in Christo feliciter. Amen.

Ex chartulario regalis ecclesiae Beat. Mar. virg. Aquisgrani, fol. 18 *et* 19.

XXXV.

Lettre du pape Gelase a Richard, prévot de Springiersbach, touchant la règle de saint Augustin, en 1118.

Gelasius episcopus servus servorum Dei, R. ecclesie Sprinberbacensi praeposito et ejus fratribus salutem, et apostolicam benedictionem. Questionem inter vos pro (de) Beati Augustini regula emersisse audivimus, quoniam quedam in ea scripta sunt, videlicet de officiis, de labore manuum, et de jejunio, que non possunt in nostris provinciis ad impleri, quibus in rebus competens moderatio adhibenda est. Ea enim, que ad mores bonos pertinent divina cooperante gratia (ubique) observanda sunt. Ea vero, que de officiis ab eodem doctore scripta sunt, quia et in (a) romana (æ), ecclesia (æ) et in (a) ceterarum ecclesiarum consuetudo (consuetudine) discrepant, observari non possunt. Sicut in beati quoque Benedicti regula *quedam* de hujusmodi observationibus (observantiis) scripta sunt, que nostris (quoque) temporibus per monasteria longe aliter sunt (fiunt). Neque tamen (enim) propter hoc monachorum professio creditur infirmari. Præcipimus ergo, ut officiorum celebrationibus (celebrationes), apud vos juxta (secundum) communem catholice ecclesie consuetudinem observentur. Sane opus manuum, et jejunium secundum loci qualitatem, et personarúm facultatem exerceatur. Sed (et) in his quoque communis regularium fratrum consuetudo custodiatur.

Ab excommunicatorum participatione qualiter abstinendum sit sanctorum patrum nos instruunt sanctiones. Si qui tamen fragilitate aliqua, vel iniquorum violentia eorum communicatione maculaverint indicta competenti penitentia prioris arbitrio absolvantur. Pro nostris et romane ecclesie tribulatione fraternitas vestra indefinenter apud omni potentem Dominum intercedat. Datum Rome III. Idas augusti. (1118).

ITEM GELASIUS.

Si quis post professionem secundum regulam Beati Augustini exhibitam fratres in canonico ordine Deo servire volentes inquietaverit, et litibus, et assiduis contentionibus operam dando Deo et regule inobediens conventum indesinenter conturbaverit, hic talis, taliterque conversando, si

ad aliquem eorum, in quo sub praeposito secundum sui ordinis propositum salvari possit, ire consilio sui praepositi suorumque fratrum voluerit, licentia data discedat. Si autem contumacie spiritu ductus, non causa salutis anime sue, sed amplioris vie volutabra replicandi, et cum corvo ex arca egresso carnibus, ac sanguinibus crassari, ac pasci magis, quam cum columba virtutibus refici delectaverit, absque benedictionis licentia juxtà prophetam secundúm desideria cordis sui dimittatur. Infidelis enim si discedit, discedat. Non enim hoc juxtà Beatum Augustinum fit credulitor, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat. Verum tamen si extrà positus fratres, vel domum infestaverit, secundo, terciore admonitus, nisi resipuerit a praeposito et fratribus excommunicetur.

Extrait d'un CODEX *manuscrit conservé à la bibliothèque métropolitaine de Salsbourg; copie qui m'a été communiquée par M. le prévôt de Polling.*

XXXVI.

Le pape Callixte II, confirme la règle et l'institut de l'abbaye de Rolduc. 25 mars 1122.

Calixtus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis *Richero abbati et canonicis in ecclesia* SANCTI GABRIELIS DE RODE, *regularem vitam professis* tam praesentibus quam futuris in perpetuum. Praeceptum Domini habemus intrare per angustam portam, quia angusta via est quae ducit ad vitam. Quia igitur vos o fili in Christo charissimi per divinam gratiam aspirati mores vestros sub regularis vitae disciplina coërcere, et ut angustam valeatis ingredi portam, communiter secundum sanctorum patrum institutionem omnipotenti Domino deservire proposuistis: Nos votis vestris paterno congratulamur affectu. Undè etiam petitioni vestrae benignitate debita impertientes assensum, religionis propositum praesentis privilegii auctoritate firmamus. Statuimus enim ut nulli omnino hominum liceat vitae canonicae ordinem quem professa estis, in vestra ecclesia immutare. Nemini etiam professionis vestrae facultas sit alicujus levitatis instinctu, vel arctioris religionis obtentu sine prioris vel congregationis licentia de claustro discedere; quod si discederit, nullus eum episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum sine communium litterarum cautione suscipiat, quam diu videlicet in ecclesia vestra canonici ordinis tenor Do-

mino, praestante viguerit. Vestra vero omnia protectione apostolicae sedis munientes, vobis vestrisque successoribus in eadem religione mansuris ea perpetuo possidenda sanximus, quae in praesentiarum pro communis victus sustentatione, legitimè videmini possidere, et quaecunque in futurum largiente Domino justè atque canonicè poteritis adipisci. Nulli ergo hominum liceat eandem ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel abbatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profatura. Obeunte te nunc ejus loci abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem providerint eligendum. Electus autem à diociesano benedicatur episcopo, a quo etiam chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum et ordinationes clericorum vestrorum accipietis, si quidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolicae sedis habuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin pro eorundem sacramentorum susceptione, catholicum quem malueritis antistitem adeatis, salvo tamen in omnibus catholici Leodiensis episcopi jure ac reverentia. Sane fructuum vestrorum decimas quos propriis sumptibus laboribusve colligitis, vobis absque episcoporum vel episcopalium ministrorum contradictione habendas statuimus. Siqua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiore commonita, si non praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisve sui dignitate careat; reamque se divino judicio exisbere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jesu-Christi aliena fiat; atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiae justa servantibus sit pax domini nostri Jesu-Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant, amen. Datum Laterani per manum Crisogoni Sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et bibliothecarii. VIII kal· aprilis, indict. XV, incarnationis Dominicae anno Mill. CXXII. Pontificatûs autem domini Calixti secundi papae anno quarto.

Ego Kalixtus catholicae ecclesiae episcopus laudans.

Descripsi ex autographo.

XXXVII.

L'Empereur Henri V confirme la donation de deux alleux faite a l'abbaye de S. Jacques, a Liége, par une dame noble, nommée Guda. 1125.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Heinricus divinâ favente clementiâ quartus Romanorum imperator augustus, justum esse judicamus et acceptum coram Deo et hominibus esse credimus, ecclesiasticas facultates oblatione fidelium divinis usibus traditas jure et auctoritate imperiali confirmari et tueri, atque regalis sigilli asstipulatione contrà omnem in perpetuum controversiam communire, qua propter noverint omnes Christi fideles tam qui futuri sunt, tam qui praesentes viderunt, quod Guda mulier nobilis et vidua honorabilis, secundum voluntatem Dei privata fructu ventris sui, elegit sibi successorem et rerum suarum heredem Beatum Jacobum fratrem domini cujus ecclesia sita est in insulâ Leodii, igitur tradidit eidem ecclesiae duo allodia, unum quod est MEIBA, alterum quod dicitur WITHAM, utraque cum suis appenditiis, eadem libertate, eodem jureque pater suus possedit in ultimo suo fine per servos, et per ancillas, per beneficia, per aquas, per prata, per sylvas. Confirmavit etiam in eadem traditione illos quadraginta solidos, de censu cire, quos redimit de manu Wederici hoc ordine debere distribui. Septem solidos in anniversario patris sui; septem in anniversario matris suae; quinque in anniversario domini sui Arnulphi; undecim suo, ex quibus duo solidi distribuantur ad eleemosynam pauperum, novem reliqui ad refectionem fratrum. Item decem solidos ad unam candelam singulis noctibus comparandam haberi decrevit. Constituit quoque in eadem traditione memoriam Sancti Servatii in eadem ecclesia perpetuo celebrari debere, fratribusque in ipsa solemnitate ex allodio de Witam septem solidos pervenire reliquum quidquid superest ad vinum fratrum pertinere. Advocatum autem utriusque allodii Arnulphum fratrem suum constituit, eâ conditione firmiter interposita, ut ipsâ vivente nullo modo de eadem advocatione absque ejus consensu se intromittat, nullum indè servitium recipiat, eâ vero defunctâ si eum abbas sibi necessarium judicaverit accedat, et absque rogatu abbatis se nunquam debere accedere pro certo sciat, tamen sive veniat sive non veniat de tribus generalibus placitis in *Eyra* habebit tres solidos de uno quoque eorum duodecim denarios, sed apud *Witham* non nisi sextarium vini trium denariorum certus autem esse debet, quia nullum unquam sibi secundum supponat

advocatum, nec post eum aliquis heres ejus in aeternum. Facta est haec traditio per manum ejusdem *Gudae* et per manum Arnulphi fratris sui suscipiente eam Arnulfo, comite de Los, advocato Sancti Jacobi; testes traditionis de Eyra fuerunt quorum nomina subscripta sunt. Theodericus frater comitis Arnulphi, Cuno de Boers, Gerardus de Horpala, fidejussores vero de Witham, Julianus de Wahart, Arnulphus de Streis, Cuno de Werinis, testes vero Waltherus de Bullione, Hugo de Daulas. Ego igitur Dei gratia Romanorum imperator augustus cum essem in diebus Paschae Leodii, rogatu venerabilis Adelberonis, Leodiensis episcopi, et Olberti, ejusdem ecclesiae Sancti Jacobi abbatis, ac fidelis mei Arnulphi, comitis de Los, ejus advocati, suprà dictae traditionis testamentum ut ratum maneat et incunvulsum, signi sigillique mei adstipulatione confirmavi, ac tot tantorumque virorum testimonio comprobatum est, quorum nomina subscripta sunt : Adelbero episcopus Leodiensis, Godeboldus episcopus Ultrajectensis, Henricus episcopus Virdunensis, Andreas praepositus Sancti Lamberti, Philippus praepositus Trajectensis, Alexander et Steppo archidiaconi, Reinzo, Arnulphus, Reinbaldus, Wido, canonici, Tietbaldus marchio, Godefridus, comes Namurcensis, Berengerus, comes de Sorbach, Arnulphus, comes de Los, *Gerardus, comes de Wassenberch.*, Wilhelmus comes, Lambertus comes, Gerardus frater Goswini, Wigerus advocatus Sancti Lamberti, Arnulphus de Rode, Wenricus de Calvo-Monte, Otto filius Gileberti de Duraco, Arnulphus de Erseloh, Lambertus frater Henrici de familia imperatoris, Heinricus Houveth, Folmarus,Ricardus, Ludovicus et alii multi. Anno Dominicae incarnationis MCXXV, indictione tertiâ, anno autem imperii domini Heinrici Romanorum imperatoris XV. Actum Leodii feliciter in nomine Domini pridie kalendas aprilis.

Copie prise sur l'original, et communiquée par M. Bertrand, sous compteur de l'abbaye de St Jacques.

XXXVIII.

L'EMPEREUR HENRI V CONFIRME LA DONATION FAITE A L'ABBAYE DE SAINT JACQUES, A LIÉGE, PAR TIEBAULD DE FORON ET PAR GUDA, SON ÉPOUSE, DE CERTAINS BIENS SITUÉS A BLISTIN ET AILLEURS. 31 MARS 1125.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Henricus divinâ favente clementiâ quintus Romanorum imperator augustus, dignum esse judicamus et ad vitam praesentem transigendam et ad futuram feliciter obtinendam, id profuturum non dubitamus secundum fidelium nostrorum justas petitiones ecclesiasticas facultates et a cujuslibet potestatis injustâ persuasione liberare et liberatas augmentare, augmentatas quoque regalis edicti munimine tuendas confirmare, quapropter omnibus divini nostrique nominis amatoribus tam futuris quam presentibus prespicuum esse volumus, quia Tiebaldus de Foron, vir ingenuus ad extrema veniens mandaverit conjugi suae fidelissimae scilicet Gudae, et Arnulpho nepoti suo ut apud Sanctum Jacobum in insulâ Leodii corpus suum sepelirent, duo praedia COLOMBIER videlicet et BILISTEN ecclesiae beati apostoli pro redemptione animae suae traderent, post cujus obitum jam dicta uxor ejus atque nepos mandatis ipsius fideliter obtemperantes in die quâ sepultus est, duo illa praedia ecclesiae S^ti Jacobi per manum advocati Arnulphi, scilicet comitis de Los, jure perpetuo tradiderunt cum omnibus appenditiis ad ipsa praedia respicientibus videlicet familiâ, agris, pratis, pascuis, sylvis, aquis, eâ certâ lege atque jure, quo ipsa vivens illa obtinuit, et ita scilicet ut utrumque allodium à cujuslibet extraneae potestatis placito vel districtione liberum penitus sit et immune, advocationem autem utriusque praedii nepos ejus Arnulphus consensu abbatis vel fratrum retinuit sibi, non tamen ita ut placitum vel aliquod servicium ibi aliquandò habeat, non ingrediatur aut exeat non certè se omnino intromittat, sed eâ tantum ratione, ut pro animâ avunculi sui Tiebaldi hoc bonum contrà omnem invasorem si opus sit jure advocati defendat. Facta est autem haec traditio presente Domino Otberto Leod. Episcopo multisque regni nostri summis primatibus, quorum nomina ad ipsam roborandam infrà sunt subscripta, comes Cuno, Wilelmus advocatus Leodii, Renerus advocatus S^ti Lamberti, Gillebertus de Granes, Wolbertus de Woldeymont, Godefridus de Sineys, Bovo de Wahart, Engo filius ejus, Bovo de Braz, Walterus de Bullione, Balduinus filius Ebulonis de Forselis, Gilebertus de Haret et alii plures. Hac itaque traditione legitimè per acta venerabilis Guda piè memor et sollicita de salute defuncti conjugis, tertium quoque praedium, quod *Struone* dicitur, suprà Mosellam situm, pro animâ ejus per manum ejusdem comitis Arnulphi tradidit S^to Jocobo cum omnibus appenditiis suis, familiâ scilicet agris, vineis, pratis, pascuis, aquis, sylvis; cujus advocationem nec sibi retinuit, nec praedicto Arnulpho vel cuique constituit, sed liberum ab omni jure alieno sive advocato tradidit, ut ecclesia cuicunque vellet illud committeret, qui tueri et defendere illis in partibus posset. Hujus

secundae traditionis testes sunt: Willelmus advocatus Leodii, Wilelmus de Herencenes, Wilelmus de Daveles, Arnulphus de Lentres, Cuno de Herdines, Arnulphus de Roden et duo filii ejus Arnulphus et Gilebertus, Franco de Castren et plures alii. Ego igitur Henricus gratiâ Dei Romanorum imperator augustus cum Pascha Leodii. . . . . . celebrarem, honorificè postulatus a venerabili ipsius civitatis episcopo Adelberone et Olberto ejusdem ecclesiae S[ti] Jacobi abbate, atque fideli meo Arnulpho, comite de Los, ejusdem advocato, praedictas traditiones ut scriptae sunt inspexi et approbavi, signo sigilloque meo contra omnem in perpetuum controversiam communivi astantibus, videntibus et ipsum approbantibus multis summisque regni mei primoribus quorum nomina ad ipsa corroboranda infrà subscripta sunt: Adelbero episcopus Leodiensis, Godeboldus episcopus Ultrajectensis, Henricus episcopus Virdunensis, Andreas praepositus Sancti Lamberti, Philippus praepositus Trajectensis; Alexander et Steppo archidiaconi; Reinzo, Arnulphus, Reinbaldus, Wido, canonici; Tiebaldus marchio, Berengerus, comes de Sozbach, Arnulphus, comes de Los, *Gerardus, comes de Wassenberg*, Willelmus comes, Lambertus comes, Wigerus advocatus S[ti] Lamberti, Arnulphus de Rode, Werricus de Calvo-Monte, Otto filius Gileberti de Duraco, Arnulphus de Erseloch, Lambertus frater Wenrici de familia imperatoris, Heinricus Louvech, Folmarus, Richardus, Ludovicus et alii multi. Anno Dominicae incarnationis MCXXV, indictione tertia. Anno autem imperii Dompni Henrici Romanorum imperatoris augusti XV. Actum Leodii feliciter in nomine Domini pridiè kalendas aprilis.

Copie prise sur l'original par M. Bertrand, sous compteur de l'abbaye de S[t] Jacques, qui me l'a communiquée; cette charte se trouve également dans l'ouvrage inédit de DOM PLACIDE PIETKIN, *sous prieur de la même abbaye, intitulé :* ANATOMIA ANTIQUITATUM MONAST. S. JACOBI *et dans les registres de l'abbaye.*

XXXIX.

1129. Lotharius Romanor. rex. Notum facit quod, cives regiae suae villae *Duisberg*, coram se probaverint et judicio obtinuerint coram duce Walravano magistro foresti eidem villae adjacentis, sibi licere in praefato foresto effodere seu frangere tantum de lapidibus, quantum indigue-

rint et voluerint ad domus et alia usui ipsorum necessaria in villa eadem. Hoc privilegium rex ipsis confirmat. Data VIII idus martii, anno Dominicae incarnationis MCXXIX. Indict. VII. Actum Duisberg Feliciter.

Extat in codice diplomatico, quem. J. Ch. Dithmarus Werneri Teschenmackeri Annalibus Cliviae, Juliae Montium etc. *abs se Francoforti et Lipsiae,* 1721 *editis annexuit, sub* nº III, p. 2.

XL.

Frédéric 1, archevêque de Cologne, et Waleran, duc de Limbourg, après un échange de biens, en font des donations a l'abbaye de Steinfeld. 1130.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Notum sit tam futurae quam praesenti ecclesiae, quod ego Fridericus, Dei gratia licet indignus Coloniensis ecclesiae archiepiscopus animadvertens, quanti boni sit pauperibus Christi in erumnis hujus saeculi subvenire, curavi consulere commodo et utilitati filiorum meorum in Steinfeldensi cenobio, sub regulari disciplina Deo servientium, tollendo ab eis per quoddam concambium multa fomenta offendicolorum. Nam ut cum quiete et licentia libere Deo servire queant commutando acquisivi eis *a Duce Walraven meo fideli cum assensu uxoris ejus atque liberorum dominiculem ipsius curtim atrio monasterii eorum adhaerentem cum tota* ejusdem curtis *saliciae* terra et dimidium mansum cum uno molendino et unum foreste, quod *Junjenvorst* appellatur, et quidquid habet in illo, quod *Halfbuich* nuncupatur. Quae etiam omnia obtinui ab eodem cum omni jure, quo ea possederat ipse. Insuper verò addidit etiam idem ipse dux pro remedio animae suae suorumque, ut praedicti canonici habeant in perpetuum liberam potestatem succedendi ligna omnimodo usui eorum necessaria, tam in suo singulari nemore, quod castello *Reiferscheit* est vicinum, quam in eo, quòd in arduenna possidet. Ego autem tradidi ei gratiam recompensationis de praedio praefati cenobii in *Cinescheit,* in *Borninberg,* in *Winthagen,* in *Vischebaach,* pensionem XX solidarum et XXX denariorum. Preterea etiam dedi cum decima trium vangarum partem termini ejusdem cenobii, quae sita citrà rivulum *Wal*

livasena pertingit ab ortu, usque ad finem ejusdem rivuli terminans in fluvio *Olefa*. Hujus quoque termini partem eandem transtubi in capellam memorato castro continguam, non solum ex occasione hujus concambii, sed etiam pro commodo et salute vicini populi. Hoc statuens, ut sit ibi ecclesie baptismalis et legitima. Et quoniam supradictum locum, à quo eadem ecclesia derivata est, absolvi à debito episcopalis servitii, quod quarto anno solvitur, et chori Episcopi et Decani, placuit eam mihi eadem libertatem donare, et praeposito ejusdem loci ita vicem meam committere, ut ipsa ei in spirituali regimine subjaceat et per eum pastorem suscipiat, quem constiterit esse idoneum et canonice *investitum à praefato duce vel quovis legitimo ejusdem haerede*. Nec hoc putavi praeter mittendum, qualiter sit à me statutum, ut nulla secularis persona permittatur amplius habitare juxtà cenobium jam saepe memoratum, ut Deo inibi servientes ad observandam sanctae professionis regulam tanto sint liberiores quanto à conturbatione hominum fuerint remotiores. Et quoniam multiplicanda sunt opera bona, ut in fine accumulentur et praemia, trado eisdem Dei servis affectu pietatis, quidquid decimarum fuerit aquisitum in meo episcopio de novalibus praedii ipsarum. Decimam vero de cunctis novalibus parochialis termini eorum, quam de liberalitate praedecessorum meorum usque ad me detulerunt eis meâ authoritate confirmo. Ad confirmandam igitur tam hujus quàm supradictae actionis seriem jussi eam scripto roborari et sigilli mei impressione insignitam atque episcopali banni authoritate communitam solemniter promulgari. Ad majoris autem confirmationis indicium subscripta sunt nomina testium, qui huic actioni interfuerunt: Arnoldus praepositus majoris ecclesiae, Hugo decanus ejusdem ecclesiae, Godefridus praepositus de Sanctis, Arnoldus praepositus de S. Andrea, Arnoldus praepositus de S. Maria, Rudolphus abbas de S. Heriberto. Liberi, Adolfus comes, Thidericus, et Hilgerus, Gerlachus, Luthewicus, Rheterus, ministeriales. Almerus Conradus advocatus, Johannes, Hermannus, Henricus, Adolfus, Bertramus. Quod si quis post tanta et tam validae gestarum rerum firmamenta earum aliquid temeraria praesumptione cassare tentaverit, vel etiam sub dole permutare de numero electarum legregetur et aeterno igne cremandis associetur. Fiat, fiat amen. Actum Coloniae in celebri conventu cleri et populi. Anno Dominicae incarnationis MCXXX. Indictione VIII.

Cette charte, copiée sur l'autographe, m'a été communiquée par Monseigneur Adenau, abbé de Steinfeld.

XLI.

1133. Waleramus, Dei gratiâ Dux Lotharingiae, tradit abbatiae S. Joannis Baptistae in Porceto partem familiae in Balneis et in curia Mechlensi, ut vivi certum censum quod annis ecclesiae solvent, post mortem vero eorumdem ecclesiae dictae custodi superius vestimentum tradatur. Acta sunt haec anno incarnationis Dominicae MCXXXIII indict. XI regnante Lothario rege.

Extat apud Foppens in Suppl. ad Oper. diplom. Miraei, tom. IV, part II, cap. 27, p. 198.

XLII.

1135. Quedam mulier nomine Senneheld, ancilla S. Adelberti, cum pertineret ad curtem in Vals que est S. Adelberti, hoc modo soluta est de curte et apposita est ad altare S. Adelberti cum omni posteritate sua. Congregatis in unum fratribus multisque bonis viris fidelibus ecclesie, prepositus Richerus et legitimus advocatus Giselbertus de Gryles omnem exactionem curtis ergà eam et ergà omnem posteritatem ejus exfestucaverunt et ad altare S. Adelberti ipsam et progeniem ejus opposuerunt, eâ conditione, ut unusquisque sive vir, sive mulier de supradictâ matre, scilicet Senneheld, descendans, postquam ad nubiles annos venerit, unum denarium singulis (annis) solvat ad altare in die dedicationis ecclesie, et ita liberi sint tam in vita quam in morte ab omni penitus exactione..... Acta sunt haec anno incarn. Domin. mill. cent. XXXV. Indict. XIII. Regnante Lothario imperatore, *in diebus Waleramni ducis,* Alexandri episcopi Leodiensis. etc...

Ex autographo et chartulario ecclesiae imperialis S. Adalberti Aquisgrani, sub. litt. K.

XLIII.

L'Empereur Lothaire II confirme une donation faite a l'abbaye de S. Jacques, a Liége, par un noble nommé Walter le Teutonique. 1136.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Lotharius Dei gratiâ tertius Romanorum imperator augustus, quia justitiam et pacem diligimus, voluntatis nostrae est ut ecclesiae Dei ea, quae sibi legitimè sunt tradita, pacificè possideant, et in possidendo nihil molestiae, nihil contradictionis sustineant; qua propter notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod WALTHERUS cognomento TEUTONICUS, vir ingenuus, ad extrema veniens mandaverit Henrico nepoti et heredi suo, ut apud Stum Jacobum in insulâ Leodii corpus suum sepeliret, et quidquid possessionis et juris habebat in duabus villis *Hagrin* scilicet (supple *et*) *Urchtich* in familiis, in vinetis, in agris, in fundis, in pratis, in pascuis, in foreste etiam quae communis erat cum circummanentibus, eidem ecclesiae, pro animâ suâ traderet. Post cujus obitum, idem nepos avunculi sui mandatis fideliter obtemperans tradidit eidem ecclesiae, per manum Arnulphi, comitis de Los advocati ejusdem monasterii Sti Jacobi, jam dictam omnino possessionem in Adingrin et Urchtich eâ libertate et jure quo praedictus avunculus suus possiderat in ultimo suo fine, et ita scilicet ut utrumque allodium a cujuslibet potestatis placito vel districtione liberum penitus esset et immune, quorum praediorum advocationem nec sibi retinuit, nec cuiquam constituit, sed liberum ab omni jure alieno sive advocato tradidit, nec multo post idem Henricus, cum frater suus Udo, ex hac vitâ migrasset volens aliquid praedictae superaddere eleemosynae tradidit eidem Sto Jacobo per manum ejusdem comitis Arnulphi triginta *stapl* (sic) in villâ Emgrandenrode cum communi foreste et quodam serviente Waltero ejusque conjuge et filiis et filiabus quae scilicet ejusdem fratris sui defuncti debuerant esse ex maternâ successione eâ sanè confirmata conditione, ut (lege *in*) tam piam suae liberalitatis memoriam ipse, uxor, filii filiaeque ejus tum etiam propinqui et amici sepulturas habeant, et eorum celebrentur anniversaria apud eandem apostoli ecclesiam. Sciat autem hujus allodii advocatus quemcunque abbas sibi constituerit, maldrum avenae ab unâ quaque domo solummodo annuatim sibi solvi debere non per noctationes, nec praecarias ibi habere, neque intrare, neque exire sibi licere, nisi cum abbas aut ejus nuntius voluerit advocare, neque tunc vel obsonium vel de aliquo placito aliquid posse exigere. Harum traditionum primae scilicet de duobus allodiis Hadegrin et Urchtich et secundae de tertio Engranrode, testes affuerunt, quorum nomina infrà subscripta sunt : *Walorannus dux,* Lambertus comes de Claromonte, Gerardus comes de Juleto, *Goswinus de Faucoumont,* Godefridus de Asche, Wigerus advocatus S. Lamberti et alii multi; de familiâ ecclesiae Widericus de Prato, Avelinus, Everardus, Adelardus et alii multi; ego igitur Lotharius gratiâ Dei tertius

Romanorum imperator augustus cum Pascha Aquisgrani celebrarem honorificè, postulatus ab Arnulpho, comite de Los, et fratribus ejusdem ecclesiae S^{ti} Jacobi, praedictas traditiones, ut scriptae sunt, inspexi et approbavi signo sigilloque meo contra omnem in perpetuum controversiam communivi, astantibus videntibus et id ipsum approbantibus multis summisque regni mei primoribus, quorum nomina ad ipsas corroborandas infrà scripta sunt: Bruno archiepiscopus Coloniensis, Adelbero episcopus Leodiensis, Andreas episcopus Ultrajectensis, Walerus episcopus Monasteriensis, Walerannus dux, Cunradus dux, Albertus marchio, Otto comes palatinus, Arnulphus de Clevis comes, Gerardus de Juleto comes, Gosuinus de Faucoumont, Gerardus de Hostat et alii multi; Anno Dominicae incarnationis MCXXXVI, indictione XIV, anno autem imperii Domini Lotharii tertii Romanorum imperatoris augusti tertio; Actum Aquisgrani feliciter in nomine Domini.

Copié sur l'original et communiqué par M Bertrand, sous-compteur de l'abbaye de S. Jacques.

XLIV.

1140. Arnoldus I, Coloniensis archiepiscopus, confirmat translationem canonicarum regularium sub regula S. Augustini ex loco de Kerkrode juxtà Rodam-Ducis in locum de Marienthal super Arula, factam ab abbate Rodensis normamque subjectionis dictarum canonicarum ergà praefatum abbatem determinat. Anno 1140 indict. tertiâ, quinto calendas decembris.

Apud Foppens In suppl. ad Miraei opera diplomatica, tom. IV, part. III, cap. 32, p. 369. seqq. ubi cap. 31, p. 368 *edita habetur ejusdem argumenti charta Adalberonis, episcopi Leodiensis, eisdem die, mense et anno data.*

XLV.

Arnold I, archevêque de Cologne, confirme toutes les possessions de l'abbaye de Rolduc. 20 octobre 1140.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Ego A. . . .. sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopus in perpetuum. Notum facio omnibus

Christi fidelibus praesentibus atque futuris, qualiter ecclesia Rodensis sub temporibus praedecessorum meorum, liberalitate principum, oblationibus fidelium aucta vel promota est. Igitur comes Adelbertus de Saphenberg, post omnia beneficia quibus predictam honeste dotavit ecclesiam, postque datam omnimodam libertatem, sicut plenariè sub sigilla episcopi Oberti continetur, mansum qui dicitur Germani specialiter pro anima matris suae Gepe cum filio suo Adolfo eidem dedit ecclesiae. In obitu vero ejusdem comitis Adelberti, praedictus filius ejus comes Adolfus decimas quas in praedio suo Rimest, et Gelliche, et Herdene, et Breidelo, et Geneche possedit, cum omnibus appenditiis suis, sex quoque bonuaria in Rimest, et tres curtes quae apud ipsos vocantur Hovestede, pro animâ patris sui eidem tradidit ecclesiae. Praeterea in ipso allodio Rode loca quandam quae nominantur Berrenbruch, Gerbersbruch, sex quoque mansos et dimidium, id est quidquid ad beneficium fratris Theoderici, qui cognominatus est Holgrim, pertinebat, scilicet unum mansum in Crumbach, mansum et dimidium in Rode, tres mansos apud Herbach, et mansum unum in Wilandeshus. Dedit etiam ipsi ecclesiae mansum Walthelmi et dimidium mansum Adolphi, mansum quoque Ansfridi jux vivarium, tres quoque mansos, beneficium videlicet Hugonis fratris praenominati Theoderici. Duos insuper mansos et XX jugera nemoris sui in Menewede. Locum quoque vineae quae dicitur Hangendenvels super fluvium Ara eidem ecclesiae dedit. Praedecessor etiam meus archiepiscopus Fridericus posteaquam idem locus vineis est insitus, decimam quae sui juris erat, eidem ecclesiae concessit, et sigilli sui attestationem confirmavit. Dux quoque Waleramus de Limburg sex mansos in allodio Ruchelvet beneficium videlicet Engrami et fratris Embriconis et decimam unius mansi in Kettensiphen praenominatae tradidit ecclesiae, et filius ejus dominus Henricus XV jugera de beneficio fratris Hezelonis ministerialis sui opposuit, et quidquid tam pater quam socer ejus fuerant, confirmavit. Praedictus etiam comes Adolfus de Saphenberg dedit eidem ecclesiae partes quatuor ecclesiarum cum partibus pariter decimarum, quarum nomina haec et partes sunt; sextam partem ecclesiae quae est in Gelleche dedit ecclesiae cum sexta decimarum parte; quintam partem ecclesiae quae est in Rimist dedit ecclesiae cum quinta decimarum parte, et locum curtis in cimeterio ecclesiae; quintam partem ecclesiae quae est in Geniche dedit ecclesiae cum quinta decimarum parte; quintam partem ecclesiae quae est in Asch dedit ecclesiae cum quinta decimarum parte, et ecclesiam proximae Rodensis villae liberam dimisit ecclesiae. Udo etiam vir nobilis de Mulesvort cujus propria erat quarta pars donationis ecclesiae apud Setterig contulit

eam praefatae Rodensi ecclesiae cum quarta decimarum parte, Bilthene octavam partem ecclesiae cum octava decimarum parte. Praeterea Udo junior praedicti Udonis filius contulit eidem ecclesiae quindecim diurnales terrae apud Setterig, et unam curtem tres solidos Coloniensis monetae, ibidem solventes et quindecim Urethen et curtem apud Hillenhoven. Item Ludolphus de Bethbure quod habuit vinearum in duabus villis Dune et Gingehove a Theoderico comite de Ara, dimidium molendinum in Wanle traditione legitima predicta suscepit ecclesia. Regenwidis quoque nobilis foemina et vir ejus Adelbertus mansum unum et dimidium in villa Holtheim et tres curtes. Soror etiam Wendelburgis mansum unum in Diburghove, et soror Adeleidis triginta jugera et curtem in Liehe eidem tradiderunt ecclesiae. Nizo quoque de Gerode eidem ecclesiae quoddam allodium in Gerode et in Melewilre tradidit quod XVI solidos Colon. monetae solvit. Megenzo ministerialis predicti comitis Adolphi cum uxore suâ Gepâ quandam vineam apud montem Sanctae Walburgis, quae dicitur Dalewingart, et tres partes vineae in Rudendorp et octo jugera in Wilre. VIII quoque jugera juxta hospitale. Praeterea totam curiam in qua hospitale situm est, et nemus retro hospitale per manum domini sui praedictae donavit ecclesiae. Rudolphus de Evezenrode tria bonuaria apud eundem locum et Godescalcus cum uxore suâ Adeleidâ novem jugera apud Amble ad praefatam dederunt ecclesiam. Haec tam nostris quam praedecessorum nostrorum temporibus legitimè data, legitimè ad eadem possessa sunt ecclesia. Quia igitur justum est, nos pauperum Christi, cujus vicem gerimus in terris, patres et protectores existere, ne quis invasione violenta vel machinatione fraudulenta, quae huic carttelae annotata sunt, et legitimâ traditione praedictae concessa sunt ecclesiae, diripienda vel imminuenda putaverit, banni nostri auctoritate ea confirmamus et sigilli nostri impressione signamus, testibus idoneis, quorum haec sunt nomina annotatis: Arnoldus archidiaconus et praepositus majoris ecclesiae. Walterus ejusdem ecclesiae decanus. Obertus ejusdem ecclesiae scholasticus. Gerardus archidiaconus et praepositus Veronensis ecclesiae. Tiboldus Sancti Severini praepositus. Bero praepositus S. Cuniberti. Albero ejusdem ecclesiae scholasticus. Waltherus praepositus de Wassenberg. Berengerus scholasticus ecclesiae Sanctae Mariae ad Gradus. Liberi homines comes Adolphus de Saphenberg. Dominus Henricus de Limburg et alii quam plures. Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis millesimo centesimo quadragesimo, indictione tertiâ, duodecimo kalendas oc....... in ecclesia B. Petri Coloniae.

Ex chartulario abbatiae Rodensis.

XLVI.

ARNOLD I, ARCHEVÊQUE DE COLOGNE, APRÈS AVOIR FAIT RECOUVRER AU CHAPITRE DE L'ÉGLISE S. MARTIN, A LIÉGE, UN BIEN ENVAHI PAR QUELQUES SEIGNEURS, EN AFFERMIT LA POSSESSION PAR UNE EXCOMMUNICATION LANCÉE CONTRE CEUX QUI TENTERAIENT ENCORE DE S'EN EMPARER. 1141.

Ego Arnoldus Dei gratiâ Coloniensis archiepiscopus, salutem in perpetuum. Officii nostri est veritati testimonium perhibere, et ecclesiam Dei nobis commissam curâ pervigili sic regere, ut auxiliante Deo floreat religione, et nulla rerum suarum amissione marescat. Ea propter notum facimus omnibus tam futuris quam presentibus, quem admodum ecclesia B. Martini in Leodio possessionem suam quam in DIEGADA per violentiam Stephani de Oys et suorum non parvo tempore amiserat, divinâ gratiâ nobis cooperante, tandem in pace possideat. Cum enim idem Stephanus propter eandem violentiam legitime excommunicatus post obitum suum atrio caruisset, Gerardus gener ejus bonum illud à fratribus Sancti Martini in obedientiam legitimam petens et suscipiens omnem violentiam ejusdem in capitulo eorum abjuravit, et idem facturos suo consilio et instinctu sororios suos cum sacramento promisit, in eodem autem juramento hujus modi interposita fuit pactio quatenus secundum tenorem charte, quam impressam sigillo ejusdem ecclesie accepit, primis quidem tribus annis XXV solidos, in quarto vero et deinceps ipse vel filii sui predictis fratribus S. Martini annis singulis XXX solid. solverent, sui autem obedientiam eorum absque omni contradictione eis relinquerent. Hanc itaque pactionem predicti Stephani uxor et filii ejus sequentes Colonie in ecclesiâ B. Petri in presentiâ nostrâ, et in facie totius ecclesie, cum et priores nostri et ceteri quam plures clerici, liberi ac ministeriales ibidem testes adessent, predicte possessionis B. Martini violentiam omnem, sicut et Gerardus Leodii fecerat, abjuraverunt, nihil penitus in eo juris se habere, nec unquam habuisse, coram omni (lege *omnibus*) recognoscentes. Nos igitur de pace ecclesie gaudentes, Beati Petri et nostre auctoritatis bannum judicio ecclesie nostre ibidem in auditu omnium interposuimus, ne quisquam ex eis vel eorum heredibus violentiam, que predicto modo sopita et extincta erat, suscitare aut movere presumeret ulterius. Hujus rei testes sunt: Arnulphus majoris ecclesie prepositus, Waltherus decanus, Bruno prepositus

S. Gereonis, Gerardus prepositus Bonnensis, Theobaldus prepositus S. Severini, Theodericus prepositus SS. Apostolorum, Rodulphus abbas Tuitiensis cum ceteris prioribus et fratribus nostris. Preterea comes Adolphus de Monte, Conrardus comes Bonnensis, Arnulphus comes Tuitiensis, *Gosuinus de Pocoumont* et alii quam plures liberi. Ex ministerialibus Hermannus advocatus, Joannes dapifer, cum ceteris quam pluribus. Actum est hoc solemniter Colonie in ecclesia Beati Petri. Anno incarnationis Dominice MCXLI, indictione IV, regnante glorioso rege Cunrado, anno regni ejus tertio, episcopatûs autem nostri anno quarto feliciter.

Extrait du recueil inédit. de Langius, intitulé: COLLECTIO VARIORUM DIPLOMATUM etc. *p.* 16 *recto, déjà cité.*

XLVII.

ALBERON, ÉVÊQUE DE LIÉGE, FAIT CONNAITRE QUE HENRI, COMTE DE LIMBOURG, A FAIT DONATION A L'ÉGLISE COLLÉGIALE DE S. CROIX, A LIÉGE, D'UN ALLEU QU'IL POSSÉDAIT A HERVE ET DONT IL SE RÉSERVAIT L'AVOUERIE. 1143.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Que a fidelibus Deo servientium usibus, semel donata sunt nulla pravorum hominum refragatione immutari valent imposterum, sed jure perpetuo immobilia consistunt cum enim sint hec animarum vota fidelium et pretia peccatorum, legis divine judicio sancta et legitima sunt eorum qui Domino in cultu ministerii ejus serviunt. Qua propter ego ALBERO secundus, Dei gratiâ Leodiensis episcopus, notum facio presentibus ét futuris Christi fidelibus, quia diebus nostris fratribus canonicis ecclesie Sancte Crucis ex donatione fidelium quedam collata sunt, que nos Dei auctoritate et nostra rata esse censemus et immutabilia, eo quod Deo servientium usibus sint oblata. Si quidem HENRICUS COMES DE LEMBRUCH suam illi ecclesie devotionem applicavit et in nostra presentia, coram multis nobilibus viris clericis pariter et laicis, liberâ et legitimâ donatione tradidit ad altare Sancte Crucis predium sue ingenuitatis quod habet IN HERVIA IN COMITATU AQUENSI, cum omnibus usuariis et appenditiis universis suis, sicut est in mansis, in culturis, in pratis, in sylvis, in terris cultis vel incultis, in aquis aquarumve decursibus, in campis, in molendinis, in domibus seu curtilibus, item in

censu et omni alio quovis redditu, cum tota justitia et districtione ipsius predii, ut deinceps libera et perpetua possessio sit canonicorum, qui in predicta ecclesia Sancte Crucis Deo serviunt, retinuit autem sibi suisque heredibus familiam ejusdem predii, nec non et advocatiam totius allodii, ita tamen ut nullam ibi violentiam aliquando imperet, nullam per noctationem, nullum obsonium exigat, precariam nullam habeat, solummodò de quibus ei proclamatum fuerit, justitiam teneat, que omnia nos carte presentis astipulatione cum impresso sigilli nostri munimine roboravimus et rata atque inconvulsa perpetuò manere decernuimus. Si quis autem quovis malignitatis ingenio horum aliquid infringere presumpserit, auctoritate Dei omnipotentis et Beati Petri apostolorum principis et nostra, excommunicationi et eterne maledictioni se substratum noverit, nisi condigna satisfactione erratum suum correxerit. Testes verò qui predicte interfuere traditioni clerici pariter et laici sunt hii: Arnoldus cancellarius, Wibaldus abbas Stabulensis, Onufus abbas de Porceto, item archidiaconi omnes, Henricus prepositus, Elbertus, Dodo, Renerus, Alexander, Johannes, Philippus, *Rembaldus decanus; idemque Sancte Crucis prepositus,* Nicolaus, Bruno, Waro et alii quam plures, ex clero Sancti Lamberti. De fratribus Sancti Petri, Robertus decanus, Lambertus cantor, Franco. De fratribus Sancti Martini, Godefridus decanus, Siligrinus, Godefridus. De canonicis Sancte Crucis, Lambertus decanus, Nizo cantor, Lambertus custos, Godefridus scholasticus et alii fratres. De laicis, viri nobiles *Fridericus comes de Viane, Henricus comes de Rupe, Conradus de Dalhem, Theodoricus de Argenteal,* Ebrovinus de Vaudomonte, Julianus de H. Wahartz (1), Steppo de Manleis, Erpho de Calmonth, Memery de Curtereceis, Arnulfus de Strata et alii multi. De familiâ Sancti Lamberti, Guedericus, Lambertus, Arnulphus, Theodericus, Balduinus, Gualterus, Guigerus, Albertus, Henricus, Lambertus et alii multi. Actum ab incarnatione Domini millesimo C° XLIII°, indictione VI, imperante Conrado anno regni ejus sexto.

Ex chartulario ecclesiae collegiatae S. Crucis, nunc asservato in archivis publicis Leodii, ubi charta isthaec legitur fol. 85 *verso.*

XLVIII.

L'Empereur Conrad II donne, par l'intervention du

(1) Je conjecture que ce pourrait être de Hottenwabartz.

COMTE DE LIMBOURG, A L'ABBAYE DE STEINFELD, UNE TERRE NOVALE EN ARDENNES. 1145.

In nomine. . . . . Cunradus divinâ favente clementiâ Romanorum rex secundus. . . . . rogatu fidelis et charissimi nostri Arnoldi Coloniensis ecclesiae majoris praepositi, interventu quoque HENRICI COMITIS DE LIMBORCH, concessimus Ebroino venerabili Steinfeldensi praeposito, ac fratribus in eadem ecclesiâ Deo sub B. Augustini regula militantibus, nunc et in perpetuum *Novale* quoddam in *Ardenna* prope villam Compendium dictam. . . . . . qui locus a vicinis vocatus est Walbure. . . . . Signum Domini Cunradi Romanorum regis secundi. Ego Arnoldus cancellarius vice, Henrici Moguntini archiepiscopi recognovi. Anno Dominicae incarnationis MCXLV. Indict. VIII. Regnante Cunrado Romanorum rege secundo, anno vero regni ejus VIII. Datum est Wormaciae feliciter, amen.

Charte copiée sur l'original et communiquée par M. Adenau, abbé de Steinfeld.

XLIX.

1145. Henricus II, Leodiensis episcopus, confirmat donationem sacelli de SCARNE, prope Trajectum, et praedii XVIII bonuariorum, in monte Dusenberg, abbatiae Rodensi factam ab Adalberto de Scarne, viro nobili et ejus uxore Ellenburg ac eorum filio Joanne, ea lege ut illic congregatio fratrum vel sororum instituatur. Subscribunt inter alios liberi homines Winandus et Philippus frater ejus de Grunsele (*Gronsvelt*). Leodii anno 1145, V kal novembris.

Edidit Foppens, Miraei Oper. dipl., tom. III, p. 707, seqq.

L.

1147. Henricus II, episcopus Leodiensis, recenset et confirmat bona abbatiae Rodensis, acta sunt haec anno ab incarn. Domini mill. cent. quadragesimo septimo, concurrente II, indict. decima, regni Cunradi regis X, episcopatûs mei autem tertio. Testes HENRICUS DUX DE LIMBURG, Adolphus

comes de Saphenberg, Ludewicus comes de Los, Goswinus de Valkinberg etc.

Extat apud Foppens, Miraei Oper. diplom, tom. III, p. 708-710.

LI.

L'EMPEREUR CONRAD III, CONFIRME UNE DONATION FAITE A L'ÉGLISE ROYALE D'AIX-LA-CHAPELLE, PAR UN NOBLE NOMMÉ BAUDRI. HENRI, DUC DE LIMBOURG, EST TÉMOIN A CETTE CHARTE. 1147.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Cunradus divinâ favente clementiâ Romanorum rex secundus. Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus, tum futuris quam praesentibus, quod BALDERICUS vir quidam liber, ex liberis ortus parentibus, allodium suum de *Hoenbusch* cuidam *Radulpho* Aquensis ecclesie ministeriali et ejus uxori *Ermentrudi* libere et sine omni contradictione per manum *Gerardi de Hostade* viri similiter liberi vendidit et liberam possessionem tradidit. In hac igitur liberâ allodii sui possessione predictus *Radulphus* cum pluribus annis sine liberis permansisset, cepit cum uxore suâ de salute animarum suarum sepe et devote retractare, quibus divinâ inspirante gratiâ placuit utrimque, ut ipsum allodium ecclesie Sancte Dei genitricis Marie Aquisgrani, cujus erat ministerialis, in spe salutis eterne, amore Dei et gloriose virginis, traderent, et specialiter ad usum fratrum ibidem Deo famulantium assignarent. Quod et fecerunt, et per manum *Ottonis generi et heredis prenominati Gerardi*, per quem acceperant, prefate ecclesie tradiderunt et nemine contradicente assignaverunt. Ut autem hec traditio per omnem temporum successionem rata et inconvulsa permaneat, hanc cartam inde conscriptam et nostrâ manu corroboratam impressione sigilli nostri signari jussimus, nec non et testes hujus confirmationis, sub quorum presentiâ hec firmata sunt, annotari fecimus. Quorum nomina sunt hec: Arnoldus Coloniensis archiepiscopus, Heinricus Leodiensis episcopus, Nicolaus Cameracensis episcopus, Warnerus Monasteriensis episcopus, Godefridus Dux Lovaniensis, HEINRICUS DE LEMBURGH, Lodewicus comes de Los, Arnoldus comes de Cleve, Otto comes de Rineke, *Heinricus comes de Rupe*, Godefridus et Herimanus de Kuc. Signum Domini Cunradi Romanorum regis secundi, Arnoldus cancellarius recognovit vice archicancellarii. Data kal. aprilis anno Dominice incarnationis MCXLVII, indict. VIII. (lege X).

Regnante Cunrado Roman. rege secundo, anno VIII (lege X) regni ejus. Actum Aquisgrani in Christo feliciter, amen.

Ex chartulario regalis ecclesiae B. Mariae Aquisgrani, fol. 40 *seqq.*

LII.

ARNOLD, ARCHEVÊQUE DE COLOGNE, CONFIRME DES DONATIONS FAITES AU MONASTÈRE DE HERSEL. 1149.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Arnoldus Dei misericordia Coloniensis ecclesiae archiepiscopus omnibus Christi fidelibus in perpetuum. . . . . ad notitiam itaque posterorum transmittimus. Quanta devotione et praedionem suorum administratione fideles Christi, qui sunt in villa HERSELL, oratorium ad honorem Dei et SS. martyrum Cassii et Florentii in eadem villâ extruxerunt et dotàrunt. . . . . . . De bonis etiam B. Petri quâ ad nos spectant, unus mansus eidem villae conterminus additus est in hunc modum: hunc mansum comes *Adolphus de Saffenberg* à nobis ab eo autem *Arnoldus de Beldebure*, ab ipso Sigebodo de Golzdorp jure beneficiali possederunt. . . . . hi vero omnes unanimi consilio et devotione eundem mansum praedictae ecclesiae me annuente et confirmante tradiderunt eo videlicet pacto, ut idem Sigebodo cujus (et ejus) successores praedictum tantum censum annuatim indè reciperent et de cetero prefata ecclesia eundem mansum sine omni vexatione, id est advocatorum vexatione et hospitandi incommoditate, absque eo quod vulgò dicitur *Verehure* et ceteris gravaminibus in posterum possideret, et ut haec rata et indivulsa permanerent, idem Sigebodo et ceteri a fratre Wolframmo, qui tunc eidem ecclesiae praefuit, et ceteris fratribus XVI marcas et dimidiam argenti receperunt. Haec autem omnia quod sic ordinata et disposita sunt, devota diligentia et studium dilecti filii nostri Gerhardi Bonnensis praepositi, quia illa ecclesia in fundo Bonnensis sita erat, elaboravit, *ideoque fratres in dicta ecclesia Deo famulantes ipsi se subdiderunt*, ita, *quia ipsi regularem vitam ducere decreverunt*, ut decedente praelato eorum ipsi electum suum in Bonnensi ecclesia praesentarent, qui ibidem a praeposito investituram accipiet coram principali altari in signum suae praesentationis et recognitionem praedictae subjectionis, idem etiam fratribus cereum unum duas libras appendentem

in ecclesia beatorum martyrum Cassii et Florentii in natali ipsorum representet, ut sic etiam subjectionem suam recognoscat, et sic praepositum Bonnensem obligat, ut in omnibus negotiis et gravaminibus suis fidelis adjutor et defensor eis assistat. Volumus etiam ut in monumentum et stabilitatem hujus societatis praedictorum fratrum praelatus in festo beatorum martyrum et in exequiis fratrum in conventu ecclesiae Bonnensis semper appareat et assistat. Acta sunt haec in civitate Veronae anno MCXLIX sub universali papa Eugenio, Romanis dominante fascibus Conrado rege. Testes, Arnoldus praepositus de domo S. Petri, Gerardus Bonnensis praepositus, Wolterus S. Petri, Adelbertus comes de Bunna, Adolphus comes de Saffenberg, Adolphus comes de Monte, Otto comes de Rheineck, Fridericus comes de Are, HENRICUS COMES DE LIMBURG (lege *Limburg*) *Goswinus comes de Hunnersberg* (lege HEINSBERG.) Albertus comes de Norvenich.

Ex originali et ex adjunctis sub litt. B in causa DD. Decimatorum contra D. Pastorum et communitatem in Hersel.

LIII.

LIBRE PASSAGE POUR L'ABBAYE D'ORVAL PAR LE COMTÉ D'ARLON, ACCORDÉ PAR HENRI DE LIMBOURG, COMTE D'ARLON. CIRC. 1151.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis, patris et filii et Spiritûs Sancti. Justa religiosorum postulatio effectu prosequente debet impleri. Qua propter ego Henricus Dei gratia *dux de Erluns* pro remedio anime mee benignè concedo fratribus de *Aurea Valle* et confirmo quod quondam una cum patre meo concessi et in perpetuum confirmavi, praedictis fratribus, ut ubicumque transierint per terram meam cum bigis et curribus suis vel equitaturis, scilicet apud Sanctum Vitum usque Coloniam et alibi in transitu et reditu liberi sint et absoluti ab omnibus justiciis et tributis que vulgò nominantur PASSAGEIS; sed et hominibus nostris qui has justicias tenent a me in feodo, mandamus et rogamus quatenus causa Dei et causa gratie nostre, predictis fratribus eas remittant benivole.

Le sceau, imprimé sur cire rouge, pendant à double queue de cuir, représente un cavalier

tenant une épée à la main, avec cette inscription : HEINRICUS COMES DE ARLO. *Cette charte, copiée sur l'original, m'a été communiquée par Dom André, procureur de l'abbaye d'Orval ; elle a été publiée également par* Bertholet, Hist. de Luxembourg, tom. IV, p. 7, *qui l'a datée, par erreur, de l'année* 1138. *Voyez du reste la note* 1, *page* 99 *du* 3e *volume de cette histoire.*

LIV.

HENRI II, ÉVÊQUE DE LIÉGE, CONFIRME LA DONATION DE LA DIME DE LOMMERSUM, FAITE A L'ABBAYE DE ROLDUC PAR JUDITH, DUCHESSE DE LIMBOURG, LORSQUE CETTE PRINCESSE FIT PROFESSION DE RELIGION, SES FILS ET SES PETITS-FILS RATIFIENT CETTE DONATION. 1151.

Patres ecclesiarum subditorum suorum maximèque religiosorum possessiones quas legitimâ traditione suscepisse cognoscuntur defendere, manutenere et confirmare convenit ; ad hoc enim à Deo sublimatos et ab ipsis personis ecclesiasticis capiti suo impositos semper meminisse decet. Ea propter ego HENRICUS hujus nominis secundus Dei gratiâ Leodiensium episcopus, notum facio tam praesentibus quam futuris, quod Domina JUTTA nobilissima matrona uxor ducis WALRAMI DE LEMBURG contulit se ad Rodensem Ecclesiam mutato habitu, et promissa obedientia secundum regulam Beati Augustini et tenorem canonicae professionis, tradidit que propriâ manu assentientibus filiis suis Domino Henrico et Gerardo praefatae Rodensi ecclesiae ecclesiam in LOMUNSDESHEIM cum omni dote sua et familia ejusdem ecclesiae et decimis ad ea pertinentibus. Cum verò viam universae carnis fuisset ingressa, caritate ipsius castissimae matronae et filiorum illius veni Rode ad sepulturam ejus, qua solemniter impletà, praedicti filii ejusdem Henricus et Gerardus et filiolus Domini Henrici ejusdem nominis, Arnoldus quoque filius Ruberti comitis de Lunneburg, natus ex dominâ Beatrice filia praefatae dominae, et Theodericus filius Ekeberti comitis de Titkelenburg natus ex aliâ filiâ praefatam ecclesiam in Lomunsdesheim Rodensi ecclesiae legitimâ donatione tradide-

runt. Quam donationem praesentibus quam plurimis viris religiosis et nobilibus Wibaldo abbate Stabulensi, Stephano abbate Sancti Jacobi, Onulpho abbate Purcetensi, Euwino (Everwino) praeposito Steinveldensi, Gozeuwino de Falkenberg, Cunrado de Daleheim, Lamberto de Rureche cum abbate Erpone et fratribus ecclesiae propria manu suscepi et omnibus qui aderant adstipulantibus, banno nostro confirmavi et cartae hujus adstestatione cum sigilli nostri impressione interposito anatemate roborare studui. Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis MCL primo, indictione XIIII, epacta prima concurrente VIIma.

Ex autographo, extat etiam, at mendosè apud Foppens In supplem. ad Miraei Opera diplom., tom. IV, p. 378; *curatius autem et ad apographum a Rodensibus sibi subministratum exacta apud Joan. Mart. Kremer in* Originibus Nassoicis, part. II, n° 107, p. 171 seqq. (1)

LV.

ARNOLD II, ARCHEVÊQUE DE COLOGNE, ATTESTE UNE RESTITUTION FAITE A L'ÉGLISE COLLÉGIALE DE S. CUNIBERT, A COLOGNE, PAR HENRI DE LIMBOURG ET SON FILS HENRI. 1154.

In nomine. . . . . Ego Arnoldus secundus Sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus in perpetuum. Quoniam secundum propheticam promissionem temporis nostri refrigescente caritate abundavit iniquitas, et stipendia pauperum Christi in direptionem et rapinam posita sunt, futuris ecclesiarum nostrarum casibus prudenter occurrere et rebus earum conservandis studiosius invigilare dignum duximus. Ob quam rem significatum esse volumus universitati fidelium. . . . . qualiter HENRICUS DE LENBURCK UNA CUM FILIO SUO HENRICO spiritu poenitentie et zelo ductus pietatis, nostra quoque plurimum commonitus increpatione pro remedio anime sue et pro salute sue totius posteritatis errorem suam recognovit et XX solidos Coloniensis monete, quos in villa SINZECH, transito duorum annorum curriculo, de prebenda fratrum Beatissimi confessoris Cuniberti

(1) Voyez ci-après les nos 57 et 89.

quasi jure advocatie sibi usurpaverat, jam per annos plurimos reclamante conventu accipere presumens usum iniquum pro lege sibi stabiliverat, Deo cooperante, me vero suggerente et judicio urgente, Beatissimo pontifici Cuniberto per manum nostram resignavit, presentemque tam clerum qui frequens aderat, quam populum infinitum hujus testem resignationis invocavit. Ad hujus itaque veritatis virtutem inseparabilem factum, quod suprà diximus, per presentem paginam memorie jussimus commendari. . . . . fecimus quoque eam ad majus munimentum imaginis nostre charactere signari. . . . . Hujus rei testes sunt Galterus majoris ecclesie prepositus, Albertus ejusdem ecclesie decanus, Theobaldus Xantensis prepositus. . . . . . . et alii quam plures tam clerici quam laici, nobiles et ignobiles, liberi et ministeriales, preterea et alii multi viri boni, fame integre et testimonii honesti, feliciter amen. Acta sunt hec in urbe Coloniensi ad altare Sanctissimi Presulis Cuniberti, anno Dominice incarnationis MCLIIII, indictione II, VIII calendas aprilis, glorioso rege Friderico regnante anno III, nostre vero presulatûs anno III, Domino Jesu Christo suaviter omnia disponente, cui laus et gloria in secula seculorum, amen.

Descripsi ex FERRAGINE GELENII, *in tabulario urbis Coloniensis asservatâ, vol. VII, f.* 277 *et vol. XXV f.* 3.

LVI.

LETTRE DE L'EMPEREUR FRÉDÉRIC I A HENRI II, DUC DE LIMBOURG, PAR LAQUELLE IL LUI ENJOINT DE PRENDRE SOUS SA PROTECTION L'ABBAYE DE STAVELOT ET D'HONORER L'ABBÉ DE CE MONASTÈRE. CIRC. 1155.

Extat haec epistola inter Wilaldinas ordine 436, *Martène et Durand*, Ampliss. collect. veter. monum., tom. II, p. 595 et 596.

LVII.

1158. Fridericus hujus nominis secundus Coloniensis archiepiscopus. Notum facio quod Domina JUTTA, nobilissima matrona uxor ducis *Gualerami de Lemborch* tradidit propria manu assentientibus filiis suis Henrico

et Gerardo Rodensi ecclesie, ecclesiam in *Lomunsheim* cum omni dote et familia ejusdem ecclesie, et decimis ad eam pertinentibus. Cum vero predicta matrona viam universe carnis fuisset ingressa, in Rodensi ecclesia sepulta est, ubi predicti filii ejusdem Domini Henricus et Gerardus et filius Domini Henrici ejusdem nominis, Arnoldus quoque filius Ruberti de Lunenburg, natus ex Dominâ Beatrice filia ipsius Domine, nec non et Theodericus filius Ekeberti comitis de Tikkenlenburg natus ex aliâ filiâ, praefatam ecclesiam in Lomunsheim Rodensi ecclesie a matre et aviâ suâ datam legitima donatione iterato tradiderunt. Quam donationem tunc temporis, quamvis juvenis essem, factam certissime cognovi etc. . . . . . (*hanc dein traditionem confirmat archiepiscopus uti et alias donationes praefatae abbatiae concessas.*). Facta est autem hec carta, anno Domin. Incarn. M, C, LVIII. Indict. sexta, epacta XVIII. Anno episcopatûs mei secundo.

Ex autographo excerpsi. Extat etiam, at mendosè, apud Foppens, In suppl. ad Miraei Opera diplom., tom. IV., p. 381; *curatius autem ad apographum ipsi a Rodensibus subministratum a Joan. mart. Kremer, in* Originibus Nassoicis, part. II, nº 112., p. 184 seqq. (1).

LVIII.

1166. Fridericus imperator fratribus ecclesiae Aquisgranensis confirmat bona quaedam ac nominatim decimam de Richterea (*Richterich*) eidem ecclesiae collatis a praepositis antecessoribus *nepotis nostri Ottonis praepositi.*—Ego Christianus sacri palatii archi-cancellarius et Moguntine sedis electus recognovi. Acta sunt hec anno Domin. Incarn. M, C, LXVI, indictione XIIII. Regnante Domno Friderico Roman. imperatore victoriosissimo. Anno regni ejus XIII (leg. XIV), imperii vero XI, feliciter amen. Data apud Aquisgranum VI idus Januarii.

Diploma hoc, quod ex chartulario regalis ecclesiae Aquisgranensis, fol. 30, *excerpsi, uti et illud eodem die de Caroli Magni canonizatione datum, planum faciunt librario-*

(1) Voyez le no 54.

rum vitio, Christianum dici sacri palatii cancellarium in diplomatibus a Godef. Besselio In chronica Gotwicensi, lib. II, p. 373, *laudatis, ac proindè doctissimi viri conjecturas concidere. Augurabatur enim ille Christianum, qui Conrado Moguntino archiepiscopo, anno* 1164, *suffectus fuerat, ab archicancellarii titulo initio abstinuisse, partim ob incertam et variis adhùc dubitationibus inexam sedis Moguntinae dignitatem sibi a Caesare noviter collatam, partim obvertentes imperium inter ac sacerdotium gravissimas adhuc controversias, et denique quia Conradus ejus rei causâ ad Alexandrum summum pontificem confugerat.*

LIX.

Henri III, duc de Limbourg et marquis d'Arlon, fait donation d'une forêt et d'un moulin a l'abbaye de Steinfeld. 1170.

Notum sit omnibus tam praesentibus quam futuris aeque modernis et posteris, quod ego Henricus dux de Limborch, marchio de Arlo, divinae miserationis instinctu, quatenùs aliquid animae meae, patris et matris et filiorum aeternum et indelebile praemitterem apud Deum solatium, contuli devotus ecclesiae beatae Mariae in Steinvelt molendinum quoddam in unâ vallium ex ejusdem latere monasterii cum agris adjacentibus et foreste, quod *Duvinvorst* dicitur, singula horum absque omni posterorum meorum, agnatorum meorum, et affinium, vel quorumcunque hominum contradictione firmiter et illese, ità ut nullum ibidem Deo servientes molestiae vel infestationis exindè sustineant assultum, libero jure possidenda in perpetuum. Ne autem hujus donationis per manum libertatis et munificentiae non tam à me quam à Deo commendabiliter ordinata collatio in futurum temporis senium haberi quoquomodo possit in dubio, placuit et consequens videbatur, ut ampliorem adhuc mercedem reciperemus à Domino, idem donarium et eleemosynam firmari scripto meoque sigilli roborari testimonio. Siquis igitur hujus benefacti quoquomodo

inviolator temerarius emerserit, cum Satan et Abiron aeterno deputetur incendio (suppletum *si*) non resipiscens ab iniquitatis desistat caepto. Acta sunt haec anno Dominicae Incarnationis M. C. L. XX. Testes horum extiterunt Hermannus advocatus, Ernestus scultetus, Ernest. miles, et frater ejus Wernerus et alii quàm plurimi ministeriales. Wernerus venerabilis ejusdem loci Praepositus, Everwinus custos et frater ejus Winandus et alii plures viri commendabiles, Razo de Dieffenbach et filius ejus Razo.

Cette charte, copiée sur l'autographe, m'a été communiquée par M. Adenau, abbé de Steinfeld.

LX.

Henri III, duc de Limbourg, donne a l'abbaye de Rolduc, six cents journaux de bois, près de Reifferscheid. 1171.

Ea que legitime secundum veritatem Dei et jura legum sancita sunt, ut in futura tempora firmamentum stabilitatis habeant, nec ab aliquo infirmari valeant, providere decet eos à quibus rationabiliter profecta sunt. Ea propter ego HENRICUS FILIUS DOMINI HENRICI FILII DUCIS WALERAMI DE LYMBURG, notum facio tam presentibus quam futuris in perpetuum, quod Gunthardus filius Gunthardi feodum, tres videlicet mansos, prope villam Rode, in uno cespite simul constitutos, quos a nobis atque *sorore nostra domina Margareta, ducissa de Lovanio,* jure hereditario possidebat acceptis ab abbate Erpone et fratribus Rodensis ecclesie LXVI marcis me et sorore mea, atque Domino *Godefrido marito ejus, duce de Lovanio,* volontaria favore annuentibus, cum pratis, paludibus et sylvis et omni jure appendente, predicte ecclesie vendidit, et tam ipse quam uxor ejus Adeleidis nomine, et filia Benedicta, nec non et fratres Christianus, Symon, Lambertus, Ludewicus efestucaverunt, et nos deindè secundum jura legum ecclesie delegavimus, ipsam delegationem suscipiente domino *Herimanno, avunculo nostro, comite de Saphinberg,* et post factam delegationem mihi advocatiam recognoscente. Preterea ego ipse pro salute anime mee, patrisque ac matris mee, parentumque meorum *sex mansos singulos centum jugerum,* in silva quo propè RIFERSCEITH jacere dinoscitur, cum omni decimatione terre atque animalium facta ad altare legitima delegatione contradidi, hoc adjiciens ut utilitatem pascue, et totam silvam ad nutrienda animalia, boum, caprarum et ovium atque equorum sine omni contradictione ha-

beant, et de centum porcis decimas que vulgò *Dethine* vocantur, non reddant. Si porcorum numerus superexcreverit, inde nobis respondeant. Ligna quoque ad edificia in curia construendi, et ad focum, et ad utiles usus licenter incidant. In aquis etiam circumjacentibus, quantum nostra potestas procedit, licentiam piscandi habeant, atque possibilitatem molendinum faciendi. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini Mill. Cent LXXI. Si quis hec infringere temptaverit, nisi resipuerit, neglecte veritatis penas luat debitus.

Ex chartulario abbatiae Rodensis sub initum saeculi XIII descripto, quod nunc in tabulario praefecturae Mosae-inferioris (Maestricht) *repositum est.*

LXI.

Henri III, duc de Limbourg, confirme a l'abbaye de Stavelot, la possession de la dime de Henri-Chapelle que le duc Waleran II lui avait donnée. 1172.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Henricus Dei gratiâ *comes de Arlo*, Stabulensi ecclesie in perpetuum utiliter ea que a principibus vel quibusque nobilibus, ecclesiis Dei pro salute animarum suarum et spe post hanc vitam misericordie consequende conferuntur, scripto ad memoriam posterorum transmittuntur, ne benefacta aut oblivione sepeliantur aut successores eorum, qui pie sua contulerunt, pravorum consilio, aliquando immutare facta precedentium vel a statu suo amovere presumant; ea propter notum esse volumus, tam nostris successoribus quàm futuri evi hominibus quod *post multiplices labores et gravissimos motus bellorum*, cum in villam nostram quae *Henrici-capella* nuncupatur devenissemus, occurrerunt nobis fratres Stabulenses, Heinricus venerabilis ejusdem ecclesie prior cum aliquantis fratribus suis, qui in conspectu *Theodorici comitis de Hostade*, et aliorum multorum, tam liberorum quam hominum nostrorum qui illuc convenerant, gravem apud nos querimoniam deposuerunt de ejusdem Parochie quam pie memorie avus noster Dominus *Walrannus dux* una cum nobili conjuge suâ Dominâ *Judith* pro salute omnium progenitorum suorum, et totius successionis sue Stabulensi ecclesie ad sustentationem et usus pauperum, quorum ibi maxima confluentia est,

cum omni suâ integritate contradiderat, ostendentes nobis signa progenitorum nostrorum et certa scriptorum et privilegiorum munimenta. Conquesti sunt igitur nobis, quod coloni nostri hortatu quorundam pravorum, eis decimam novalium, et terrarum, que prevetustate neglecte erant, et in quibus rubi concreverant quas aliis pro sterilitate pretermissis incolebant, eis subtraxerant et eandem decimam in horreum nostrum inferebant. Nos autem his auditis, non sine admiratione simul et indignatione, aliquantum conticuimus, tum quia sine nostrâ conscientiâ, id temere factum fuerat, tum quia eleemosynas predecessorum nostrorum, potius augere quam minuere intendebamus. Habito igitur cum liberis et fidelibus nostris consilio, villicum nostrum et decimatores qui hanc vim intulerant advocavimus, quibus graviter de tantâ infidelitate oppressis, tandem cum favore et benevolentiâ eorundem, et omnium qui aderant, decimam quam injustè Stabulenses amiserant de cetero eis juste possidendam reddidimus et contradidimus cum eâ integritate, ut eam tam in silvis quam in novis terris, tam in his que nunc incoluntur quam in his que postea colende sunt, absque aliquâ contradictione pacificè in evum possideant, illis exceptis, qui ab antiquo jure beneficii suas decimas possidebant. Et ne super hoc aliquis scrupulus, seu quelibet questio de cetero suboriri posset, nomina eorum qui hoc beneficium habebant huic scripto inseri jussimus. Hildricus de *Scahs* et Bonifacius de *Hukelebach* beneficium decime sue habent in eâdem villâ *Hukelebach*. Godescalcus de *Menebach* beneficium decime sue habet in eâdem villâ *Hukelebach*. Heinricus et sui participes in Fokoldi valle. Hildricus et Hubertus in terra de *Vivario*, Arnoldus apud *Rivum* beneficium decime sue habet, que ei a Heinrico avunculo suo per successionem provenit. Si qui autem interim concessione villicorum nostrorum decimas suas retinuerunt, ne de cetero eas retineant, precipimus et statuimus, ut autem hujus scripti nostri attestatio per succedentia tempora rata et inconvulsa permaneat, presentem paginam sigilli nostri impressione insigniri facimus, testesque qui affuerunt subter annotari jussimus, quorum nomina hec sunt: *Oldricus de Stockheim advocatus de Lemburg*, et *Arnoldus* filius ejus, *Bonifacius villicus noster de Vivario* et *Hubertus* filius ejus. *Robertus de Brechanges*, *Desiderius de Mormanil*, *Theodericus de Vrisheim*, *Wazelinus de Silvâ*, *Reinerus de Falisa*, *Cuno* et *Heinricus* fratres *de Fail*, *Winaldus* filius *Arnoldi Schiplars* et alii multi. Acta sunt hec anno Domni M° C° LXX° II°, indictione V^a^, regnante Friderico Romanorum Imperatore Augusto. Rodulfo in Leodio presule, Erlebaldo Stabulaus presidente abbate. Data per manum *Lamberti capellani nostri investiti ecclesie de Bailus*, in Christo feliciter amen.

Haec copia desumpta ex registro in archivis imperialis abbatiae Stabulensis asservato, in cujus dorso aureis litteris scriptum est: TRANSUMPTUM AUCTORITATE ORDINARIA CITATIS OMNIBUS INTERESSE HABENTIBUS ANNO 1572 DECRETUM. *Eidem collationata concordat, quod testor. Hub. Bottar, archivista.*

LXII.

CHARTE DES MOINES DE L'ABBAYE DE GLADBACH, PAR LAQUELLE ILS TÉMOIGNENT AVOIR ACQUIS UN ALLEU, NOMMÉ RAKESLEIDE, D'ALARD DE TUSCHINBROCK ET DE SON ONCLE PATERNEL GELDOLPHE DE BREIDENROTE; CETTE ACQUISITION EST CONFIRMÉE PAR HENRI, DUC DE LIMBOURG. 1172.

Fratres ecclesiae S. Viti in Gladebach quoddam allodium *Rakesleide* quod dicitur ad Fossam (1) comparaverint ab Alardo de Tuschinbroc et Geldolfo patruo ejus de Breidenrote et eorum heredibus. . . . . postea praedictae possessionis confirmationem Alardus ab *Henrico duce de Lenboirch, ad quem ejusdem beneficii jus respiciebat,* fieri ecclesiae impetravit, et praesente domino Philippo Colon. archiepiscopo, et Alberto comite de Molbach, et Henrico comite de Kessele, et Friderico de Milendunck, et aliis terrae principibus *dux idem comiti de Molbach per ramum viridem quicquid juris sui erat in praedicto pheodo tradidit* et comes ipse super altare S. Viti cum ciroteca ducis obtulit. . . . . . . etc. . . . . . Acta sunt haec anno Domin. Incarn. M, C, L, XXII, indict. V. etc. . . . .

Extat apud Christ. Jac. Kremer, Academische Beitraege zur gulch und Bergischen geschichte., tom. II, *Dipl. Coloniensia* num. XXVI, p. 234 et seqq. *Haec charta signo S. Viti in cerâ albâ sigillata asservatur in chartulario Gladbacensi.*

(1) Rakesleide quod dicitur ad Fossam ex germanico verbo *Kaul* modò nuncupatur *Kuilenhoff.* Sita est haec villa in patriâ quidem gladbacensi, in parochia Hardt, distat Gladbaco unâ leucâ et quadrante.

LXIII.

1173. Godefridus Dei gratia dux Lotharingiae. Notum facit quod quaedam Kuniza filia Hermanni de Riverscheit cum patre suo et marito suo Herimanno, quandam partem decimae quam in Lomuntsheim à duce jure feodi possedit, Rodensi ecclesiae tradiderunt renunciantes feodo, *quo facto,* inquit dux, *tam ego quam Dominus Henricus de Limburch et filii mei Heinricus et Albertus praedictam decimam pro anima uxoris meae Dominae Margarethae omnium que parentum nostrorum Rodensi delegavimus ecclesiae* etc. Acta sunt haec anno Domin. Incarn. M, C, L, XXIII, indict. VI. concurrente VII etc.

Ex apographo ad autographum exacto sibique à Rodensibus transmisso edidit J. M. Kremer, Genealogische geschichte des alten ardennischen geschlechts etc; *Diplom. Limb.* num. VI, p. 28, *ubi et* num. VII, p. 29; *edidit ejusdem donationis confirmationem per Philippum Colon. archiepisc. anno* 1176 *concessam, in quâ tamen editor inter verba* ALBERTUS *et* DE LIMBURCH *omisit verba* DOMINUS QUE HENRICUS.

LXIV.

PHILIPPE, ARCHEVÊQUE DE COLOGNE, TERMINE LE DIFFÉREND QUI S'ÉTAIT ÉLEVÉ ENTRE SON FRÈRE GOSWIN, SIRE DE FAUQUEMONT, ET L'ABBAYE DE ROLDUC, AU SUJET DE L'ÉGLISE DE SPALTBECK. 1175.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Philippus, Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, tam presentibus quam futuris Christi fidelibus in perpetuum.

Ea propter notum facimus quod quedam nobilis matrona Adheleidis nomine, uxor Reineri de Beke, quandam ecclesiam in Spaltbeke cum omni jure decimarum quam antiquitus eadem tenebat ecclesia, additis duobus mansis, singulis duodecim bonuariorum, pro salute anime pre-

dicti mariti sui, quia eam in dotem cum aliis suis allodiis susceperat, pro salute etiam propria parentumque tam vivorum quam mortuorum, ecclesie Sancte Marie Sanctique Gabrielis, que est in territorio Rodensi, legitima donatione contradidit. Cum vero de hac donatione discordia inter predictam Rodensem ecclesiam et fratrem meum *Gozwinum* qui medietatem totius allodii predicti Reineri ab Arnoldo filio fratris ejus Reineri susceperat, et usque ad filium ejus Gozwinus (Goswinum) hec discordia duraret: Nos ipsi, cognita veritate tam ex testimonio virorum qui huic donationi intererant, quam ex privilegio venerabilis Leodiensis episcopi Domini Henrici Secundi, amore Dei ammoniti, nepotem meum, ut predictum donum ratum esse pateretur, diligenter ammonuimus; quod et facere obedienter curavit, retenta tamen sibi, sepius nominate donationis advocatia, quam non alio emolumento, sed divine remunerationis procurabit intuitu, tam pro propria quam pro parentum nostrorum salute. Facta sunt hec anno Incarnationis Domini Mill. Cent. LXXV ea die qua ecclesiam in Bercheim consecravimus. Nequa ergo spiritualis secularisve persona hec infringere audeat, sigilli nostri impressione firmamus et banni auctoritate roboramus, quinto post hoc factum anno.

Ex autographo quod olim in tabulario abbatiae Rodensis repositum erat.

LXV.

HENRI III, DUC DE LIMBOURG, RÉPRIME LES EMPIÉTEMENS FAITS PAR LES SOUS-AVOUÉS DE L'ABBAYE DE SAINT-TROND SUR LES DROITS DE CETTE MAISON. CHARTE DU 23 NOVEMBRE 1176 INSÉRÉE DANS UN VIDIMUS DE HENRI DE GUELDRE, ÉVÊQUE DE LIÉGE. 1256.

Heinricus Dei gratiâ Leodiensis electus universis presentibus et futuris, presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noveritis nos litteras sive privilegium *illustris principis Domini Henrici*, bone memorie quondam, *Ducis de Lemburgh*, viris religiosis, abbati et conventui monasterii Sancti Trudonis indultum, non abolitum, nec cancellatum, vel in aliquâ sui parte vitiatum vidisse, tenuisse, et legisse sub hâc formâ.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Ego *Heinricus de Lemburgh* qui et *Comes de Arlo*. Semper equa petentibus facilis debetur exauditio

maxime (*sequuntur verba aliquot inenodabilia*) una cùm petentibus, vicem agit ratio, indè est quod petitione dilecti nostri Wirici venerabilis abbatis ecclesie Sancti Trudonis, consilioque fidelium nostrorum, injuriis atque rapinis quas COMES DE DURAS aliique sub ipso advocati in allodio ejusdem ecclesie facere consueverant, finem imponere proposuimus, ne undè alii delinquebant, indè nos peccati periculo communicare videamur. Nam à minoribus advocatis quinque delinquentes ad ipsum monasterium spectant cujus se auctoritate non rectè tuentur. Igitur ad Sanctum Trudonem venientes comitem de Duras unà nobiscum adesse precepimus et in presentia ejus scabinos Sancti Trudonis, Sanctique Stephani quorum jùdicio hoc agendum erat de jure nostro, sicut justum est, commonentes consuluimus. Ipsi verò impetratâ de more consulendi licentiâ de quadam nobis charta, que nostra ab initio jura continet, suggesserunt et ipsam ut presentari nobis faceremus atque fideli interpreti legendam committeremus ex consilio petierunt, quod nos ratum estimantes chartam ipsam in scriniis ejusdem ecclesie quesitam ymagine et auctoritate domni Adelberonis, Methensis episcopi, insignitam invenimus, et *omnia jura, que idem episcopus predecessoribus nostris in allodio Sancti Trudonis indulserat, cùm eis advocatiam daret*, quemadmodum (*verbum inenodabile*) notata sunt in ipsa, nos invenisse gavisi sumus. Igitur in quibusdam curtibus que in ipsa abbatiâ sunt, videlicet *Borlo, Mere, Lare, Wilre, Kirchem, Staeden, Ha . . le* (Halmale) nichil nos juris habere comperimus, quia stipendiis asscripte fratrum nulli alteri obaudire debent quàm preposito et ejusdem monasterii cellerario.

In villa autem Sancti Trudonis et in reliquis abbatie villis ex tribus generalibus placitis et magno banno, siquis forte infrà villam vulneratus vel occisus fuerit, tertium denarium de jure advocatie habere debemus; ceterùm licet abbati vel ab eo constitutis de quocunque negotio sine advocato placitare, scilicet de terris, de domibus, de extraneis uxoribus ducendis, de familiis nisi fortè grandi exigente negotio, ab abbate vel ministro ejus invitatus fuerit. Nam precarias exactiones, que in hoc nostro seculo in precipiti viciorum posito in castris prave consuetudinis una cum aliis militare ceperunt, nec habemus, nec alicui sub nobis advocato de jure concedimus, ne quod absit de questu aliorum nostre anime periculum facere videamur. Quod si comes vel aliquis ab eo constitutus advocatus in predictis curtibus vel in allodio ecclesie contra voluntatem abbatis ubicumque precarias vel exactiones facere voluerit vel aliquam violentiam contrà hoc, quod superiùs determinatum est, inferre presumpserit, hujusmodi Warando esse

recusamus et salva nostra justitia ut decretâ in raptores sententiâ feriantur non injustum esse censemus. Hujus rei testes sunt : Gosuinus *Wlphs*, Waltherus de Turri, Theodoricus de Vissenn, Hermannus de Horne, Gomerus de Werme, Waltherus de Gingelom, Christianus de Merhcim, Jordanus de Stapelen, Renerus prepositus et quam plures alii.

Acta sunt hec in ipsâ solempnitate venerabilis patroni ejusdem ecclesie anno ab incarnatione Domini M° C° septuagesimo sexto, regnante Friderico glorioso Romanorum imperatore, Leodii presidente Rodulfo episcopo, indictione nonâ.

Cum igitur totum jus quod habebat episcopus et ecclesia Methensis in villa Sancti Trudonis et in dicto monasterio ad nos et ad nostram videlicet Leodiensem ecclesiam, sit devolutum, et in nos plenè et integrè constet esse translatum, nos paci et tranquillitati abbatis et fratrum, in memorato monasterio Deo sub regula Beati Benedicti militantium, paternâ sollicitudine providere volentes prenotatum privilegium quod equitatem et jùstitiam continere demonstratur, ad preces eorumdem abbatis et fratrum, viris etiam venerabilibus preposito, decano, archidiaconis totoque capitulo Leodiensi consensum prebentibus, duximus renovare et approbare et pontificali auctoritate confirmare. In cujus rei testimonium tam nos quam Leodiensis ecclesia presentes litteras sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo sexto, mense novembri.

Sigilla exciderunt. Ex autographo in archivis eccl. cathedr. Leod., nunc provinciae Leodiensis descripsi.

LXVI.

PHILIPPE, ARCHEVÊQUE DE COLOGNE, CONFIRME DIFFÉRENTES DONATIONS FAITES PAR HENRI II, DUC DE LIMBOURG, ET PAR D'AUTRES, AU MONASTÈRE DE MARIENTHAL SUR L'AARE. 1176.

Pastores ecclesiarum prudentibus et insipientibus teste apostolo debitores sunt. . . . . . . Ea propter ego Philippus Dei gratia Sancte Colon. ecclesie archiepiscopus, notum facio tam presentibus quam futuris in perpetuum, quod dominus HEINRICUS DE LIMBURG FILIUS DUCIS WALRAMI faventibus *filio ipsius Heinrico* et filia *Margareta* legitimâ donatione dedit ecclesie S. Marie et S. Joannis Evangeliste, que dicitur Vallis S. Marie, in usus fra-

trum et sororum ibidem Deo servientium, pro salute anime sue parentumque suorum, in villâ que dicitur YRINSHEIM (1), feodum ministerialis sui *Gerlaci de Bodenheim* peticione ipsius Gerlaci, curtim scilicet in quâ molendinum est cum pratis et terra arabili, et habet computacionem XC jugerum que vulgò *Morgen* vocantur. Item XXIII jugera et dimidium in eâdem villâ peticione *Godefridi de Suervene* et *Cunradi* generi ipsius, quorum feodum erant. XXX insuper jugera que erant feodum *Willelmi et Bertrami de Gessenich*. Dedit preterea XV jugera que sui juris erant, retenta sibi et heredibus suis de his omnibus advocatia. Cunradus de Merzenith homo nobilis feodum, Giselberti ministerialis sui (*numerus deletus est vetustate*) jugera cum ipso Giselberto predicte dedit ecclesie. Heriberdus de Schevene X jugera cum filia sua M. dedit, alia XII vendidit. . . . . XXX diurnales emit ecclesia ibidem (in Wetershoven), a sororibus de insula, per manus advocatorum et curtim habentem jus commune, quod vulgò dicitur *Holzmarke*, in silva Flamersheim superiore et inferiore. . . . .
Dominus Adolfus de Saffenberg dedit in villa *Gineke* allodium quod solvit V solidos. Item in villa *Kelese* V solid. et quasdam particulas vinearum in Arwilre pro animâ uxoris sue Domine Cunêg., cujus etiam propria fuerant. Ecclesia S. Marie que est territorio Rodensi in curia sua *Nentroda* (2), quam curiam sororibus suis que morantur in valle S. Marie concessit, in silva que ad villam Arwilre pertinet VIIII communiores que vulgò *Marken* sive *Wisset* dicuntur habuit. Verum quia vallis S. Marie propter diversos ignes multis indiget lignis Dominus abbas Prumiensis Retherus, Dominus Herimannus, comes de Saffenberg, Udelricus, comes de Ara, consensu et consilio omnium coheredum, tres communiones quas dicunt Marken de prefatis IX, in vallem S. Marie transtulerunt in opus ignis cotidiani VII officinarum videlicet: pistrini, cambe, coquine, domûs prioris, domûs egrotantium sororum, domûs lavatricum, domûs hospitum que *Mursel* dicitur. Huic facto interfuerunt Wiricus sacerdos, Theodoricus de Arwilre *Seds* comes, Lutfridus advocatus, Theodoricus Blankart, Godefridus de Bacheim. . . . . Hec omnia sive nostris, sive predecessorum nostrorum temporibus fidelium Christi beneficiis memorate ecclesie legitimâ traditione collato et rationabiliter sucepta, ne quisquam quod absit ultra infringere presumat, banno nostro communivimus et sigilli nostri impressione confirmavimus coràm testibus idoneis, quorum hec sunt nomina: Bruno archidiaconus et prepositus majoris domûs. Ge-

(1) Irusheim inter Zulch et Euskirchen.

(2) Neutrod.

rardus prepositus Bonnensis. Hugo *archidecanus.* Wizelinus prepositus S. Andree. Ministeriales comitis: Hugo. Rettherus. Herimannus villicus et frater ejus Paganus. Willelmus Schilline. Christianus de Setheme. Christianus de Rincdorp. Sigefridus de Saffenberg et alii quam plurimi. Acta sunt anno Incarn. Dominice M, C, LXXVI. Indict. VIIII. Concurrente IIII.

Ex autographo quod olim in tabulario abbatiae Rodensis asservabatur.

LXVII.

Philippe, archevêque de Cologne, confirme a l'abbaye de Rolduc le droit de patronage des églises de Baelen, de Doveren et d'Adfen, que Henri III, duc de Limbourg, lui avait accordé. 1178.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Philippus Dei gratiâ Sancte Colonien. ecclesie archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Cum eâ que a fidelibus cognita et nobis revelata fuerint, auctoritate episcopali nos firmare conveniat: ea que in presentia nostri (sic) facta sunt, corroborare nos decet attentius. Undè notum vobis facimus quod Dominus Henricus *de Lymburg filius Domini Henrici et nepos ducis Walerami,* investituras trium ecclesiarum, unam de Balen, secundam de Doveren, tertiam de Affeden, quas hereditario jure a parentibus suis possederat, cum omni jure quod pastores ipsarum ecclesiarum tunc temporis in decimatione, sive alio quolibet jure tenebant, pro salute anime sue parentumque suorum et pro reconciliatioue cujusdem negligentie, quam in Rodensi ecclesia admiserat, predicte Rodensi ecclesie legitima donavit delegatione. Huic facto interfuimus et petitione ipsius, quia tam ipse quam *uxor ejus Domina* Sophia *et filii ejus Henricus et Waleramus* fecerant, banno episcopali in presenti confirmavimus et in futurum confirmamus. Acta sunt hec Rode in Letania majore anno ab Incarnatione Domini mill. cent. LXXVIII. Concurr VI. Indict. XI. Anno episcopatûs mei X. Horum testes sunt: Godefridus frater meus de Hemisberg, Arnoldus de Elelo, Winricus de Wizwilre, Gerardus advocatus Colon., Gozwinus de Alvetre, *Cunibertus de Lymburg,* Reinerus filius Wimmari, Gozwinus cognomento *Vvũs,* Gozwinus Warnigẽl, Gerardus Cavel ceterique tam ministeriales mei quam ipsius Domini Henrici, presentibus predicte ecclesie

Rodensis fratribus. Et ut in posterum hujus rei actio firma sit, suum et ipse sigillum nostro apposuit.

Ex antiquo chartulario pargameneo abbatiae Rodensis, cujus initium hoc est : INCIPIT DESCRIPTIO REDITUUM ET ANNOTATIO CENSUUM ECCLESIE DE RODE. *Istud modo asservatur in archivis Mosae-Trajectensis.*

LXVIII.

GODEFROID, DUC DE LA BASSE-LORRAINE, DÉCLARE AVOIR CÉDÉ A HENRI, ROI DES ROMAINS, LA TERRE DE TILIZ, A HERSTAL, POUR ÊTRE ASSIGNÉE A L'ÉGLISE ROYALE D'AIX-LA-CHAPELLE. 1185.

† In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Ego Godefridus dux Lotharingie considerans †. . . . . . . Notum esse volo omnibus imperii et regni fidelibus tam futuris quam presentibus, aream illam in BANNO HARISTALLIENSI que dicitur TILIZ, tunc silvosam, in manus Domini Heinrici, regis Romanorum, ad opus Aquensis ecclesie me resignasse, filiis meis *Henrico milite* et *Alberto clerico* presentibus et resignantibus. Sciant verò universi fideles Christi cum omni jure meo salvâ omni libertate in aquis et pascuis Haristalliensis parrochie eandem terram, ipsam etiam advocatiam ejus loci, eâ lege et conditione predicto Domino regi me assignasse quatenus in nullam aliam personam transferretur, sed regno tantum et imperio pro perhenni gloria et firmissima tuicione nobilis et regalis Aquensis ecclesie reservare. Quia verò propter transitoriam rerum memoriam et invalescentem calumpniantium versutiam habundans cautela est necessaria, hanc presentem cartulam sygillo mei testimonii in argumentum veritatis communiri, et testes idoneos qui presenti interfuerunt traditioni subter assignari decrevi. Nomina testium sunt hec : Philippus Coloniensis archiepiscopus, Rodulphus Leodiensis episcopus, Herimannus Monasteriensis episcopus, Adolphus major decanus in Colonia, magister Cunradus prepositus Sancti Adalberti, Aquenses fratres, Albertus vice dominus, magister Werembertus Aquensis scholasticus, Heribertus Niger, Heribertus Albus. *Willelmus comes Juliacensis,* Comes de Minscenberg, Warnerus de Rode, Marcuardus dapifer regis, Willelmus advocatus Aquensis, Cono, Gerardus, Gozmarus et alii quam plures. Facta autem sunt hec et annotata in curia Leodii

celebratâ mense septembri. Anno incarnati verbi mill. cent. LXXXV. Indictione III. Friderico Romanorum imperatore, Heinrico filio ejus regnante, Rodulpho Leodiensi episcopo, Godefrido imperialis aule cancellario et Aquensi preposito.

Ex autographo et ex chartulario ecclesiae regalis B. Mar. Virg Aquisgrani. fol. 26.

LXIX.

Henri VI, roi des Romains, donne a l'église royale d'Aix-la-Chapelle l'alleu de Tiliz, près de Herstal. Le duc de Limbourg intervient a cette donation, faite le 25 octobre 1185.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Heinricus divinâ favente clementiâ Romanorum rex. De innatâ et consuetâ regie largitatis munificentia ad sanctarum ecclesiarum possessiones ampliandi (sic) earumque statum in suâ integritate conservandum grato intendimus affectu, in eo qui dat salutem regibus salutarem eterne remunerationis fructum expectantes. Noverit igitur universorum regni nostri fidelium tam presens etas quam successura posteritas, quod princeps noster *Godefridus dux Lovanie* terram quandam que dicitur TILIZ IN PARROCHIA HARISTALLIENSI sitam, quam de allodio regni in beneficio tenebat, in manus nostras ad usum Aquensis ecclesie liberè resignavit, datis ei ob hoc ab ecclesia Aquensi ducentis et quindecim marcis argenti, filiis suis *Heinrico milite* et *Alberto clerico* presentibus et eamdem terram cum eo resignantibus. Ea verò plenitudine et integritate unà cum filiis suis terram illam nostre resignavit potestati, ut nec jus advocatie, nec aliquod aliud jus alicujus potestatis vel sibi, vel posteris suis reservaret, vel in causa criminali, vel pecuniaria aut alio quocunque casu emergente ita quoque ut nullus in loco illo judex ordinetur, nisi quem ecclesia Aquensis instituerit. Ad majorem etiam ejusdem ecclesie Aquensis commoditatem et cautelam instituit, ut habitatores predicti loci Tiliz, communionem habeant omnium utilitatum Haristalliensis parrochie tam in aquis, tam in pascuis, quàm in silvis ceterisque commoditatibus ad communes usus spectantibus. Nos igitur zelo divine retribucionis invitati, prenominatum allodium nostrum Tiliz beate Virgini Marie in ecclesiâ Aquensi, et canonicis Deo in eâ militantibus, in omni

eâ, quâ predictum est, libertate à duce resignatum regie majestatis auctoritate contradidimus, eodem *Godefrido* duce presente et super hac nostrâ traditione gaudente. Ut autem hujus nostre donationis liberalitas in omne evum perpetuam habeat firmitudinem, presentem indè paginam conscribi fecimus et auctoritatis nostre sigillo communiri. Hujus rei testes sunt: Philippus Coloniensis archiepiscopus, Rodolphus Leodiensis episcopus, Herimannus Monasteriensis episcopus, Philippus comes Flandrie, Conradus palatinus comes Reni, *Heinricus dux de Limburg,* comes Juliacensis, comes Gerardus de Lon, *comes Theodericus de Hostaden,* Adolphus major Decanus de Colonia, Conradus prepositus S. Adalberti in Aquis, Marquardus Dapifer domini regis, Warnerus de Rode, Willelmus advocatus Aquensis, Cono de Minzenberg, Heinricus marscalcus de Callendin, Cono, Gerardus, Gozmarus, Herimannus de Wislelmesdorf et alii quam plurês. Signum domini Heinrici Romanorum regis gloriosissimi. Ego Godefridus cancellarius vice, Cunradi Maguntine sedis archiepiscopi et Germanie archi-cancellarii recognovi. Acta sunt hec anno Dominice incarnationis M° C° LXXXV. Indict. III. Regnante Domno Heinrico Romanorum rege invictissimo. Anno regni ejus XVI. Datum apud Aquisgrani mense octobri, VIII kal. novembris feliciter, amen.

Ex chartulario regalis ecclesiae Beat. Mar. Virg. Aquisgrani, f. 24.

LXX.

CONCESSIONS FAITES PAR HENRI III, DUC DE LIMBOURG, EN FAVEUR DE L'ABBAYE DE FLOREFFE. 1187.

Extractum ex antiquo chartulario pergameneo in archivis abbatiae Floreffiensis deposito et reservato.

H. dux de Lembor et marchiavus de Herlon. Universis ad quos litterae istae pervenerint salutem et omne bonum. Scire vos volumus quod nos fratres Floreffiensis ecclesiae per terram nostram euntes et redeuntes sub conductu et protectione nostrâ accepimus.

Aliud extractum. fol. 174.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Cum quae in tempore aguntur, etc. . . . . eâ de causâ ego *Heinricus dux de*

Limburch et marchio de Arlons praesenti paginae mandare curavi quod intuitu divinae clementiae et retributionis aeternae ecclesiae Floreffiensi vectigal, quod vulgò *Winagium* dicitur, quod exigi solebant praedictae ecclesiae fratres cum vecturis suis per *Rode* et ubique per terram meam transeuntes in eleemosynam in perpetuum dedi. Ut autem haec donatio semper rata et inconvulsa maneat, praesens scriptum sigilli nostri appensione et testium subscriptione confirmari feci. Signum Hermanni abbatis Floreffiensis, Rogeri abbatis Rodensis, Bonifacii de Melen, Gerlini dapiferi, Godefridi de Anstella militum, Orticini praepositi de Floreffia. Actum anno verbi incarnati M, C, LXXX, VII.

Concordantium testor F. J. B DUFRESNE *abbas Floreffiensis. Mecum benivolè communicavit Reverendissimus abbas Floreffiensis.*

LXXI.

HENRI III, DUC DE LIMBOURG, ASSIGNE A LA CATHÉDRALE DE LIÉGE, LE REVENU ANNUEL D'UN MARC, MONNAIE DE LIÉGE, POUR L'ENTRETIEN D'UN LUMINAIRE DEVANT LE TOMBEAU DE S. LAMBERT. 1189.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Notum sit omnibus in Christo fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ego HEINRICUS, *marchio de* HERLONS, dedi marcham, Leodiensis monete, de allodio meo quod est *Maillon*, singulis annis in perpetuum, ad procurandum luminare ad pedes gloriosi martyris Lamberti, pro salute anime mee, et progenitorum meorum et filiorum meorum, presente filio meo Heinrico et consentiente. Ut autem hoc statutum malignandi studio nullus presumat infringere, memoratam eleemosynam scripto commendatam sigillo capituli Sancti Lamberti ac sigillo meo ad habondantionem dignum duxi roborare. Hoc autem factum est anno ab Incarnatione Domini M° C° LXXX, VIIII. Data est quoque excommunicationis sententia in eum quicumque statutum istud temeraria presumptione violaverit.

Ex archivis eccl. cathedr. Leod. Les deux sceaux, bien conservés, appendaient à ces lettres à queue double de parchemin.

LXXII.

Conrad, prévot du chapitre impérial de l'église S. Adalbert, a Aix-la-Chapelle, témoigne avoir reçu en gage l'avouerie d'Olne et de Soiron. 1190.

In nomine Domini, amen. Notum sit omnibus ad quos hoc scriptum pervenerit, quod ego C. (Cunradus), Dei gratia prepositus Sancti Alberti in Aquis, pro commodo et utilitate pauperum manentium in Olne et Sorun accepimus cum Wigero de Wege advocatiam predictarum villarum a Waggero in pignore pro XXX et una marca, hâc conditione quod ipse Waggerus non redimet nisi usque ad duos annos, et si ipse non fuerit, heredes non redìment nisi usque ad tres annos. Inicium autem horum annorum est in purificatione Beatae Mariae, antè expeditionem Iherosolimitanam, et posteà de anno in annum poterit redimi. Ego autem C. de predictis marcis dedi XVI marcas colonienses XII solid. pro u et easdem legavi ecclesiae beati Alberti si ego non superessem. Predictum autem pignus me cum receperunt dominus Cuno Aquensis et Gerardus filius ejus. Et si aliquis hominum mihi impedimentum vel gravamen aliquod vellet facere, dicendo se aliquid juris habere in advocatiâ, me ab omni dampno et lesione debent assolvere, postquam moniti fuerint infrà XV dies predictus Wiggerus, et avunculus suus Reinherus, et Simeon de Viler et Gerardus de Hoseimunt, et si non facerent Aquas venire debent, et predictorum C. et G. promiserunt. Wiggerus autem socius meus hoc fideliter promisit, quod in advocatiâ nichil sine consilio meo statuet vel ordinabit, et omnimodam fidelitatem in societate servabit; et si in aliquo contrà istud pactum veniret, isti tres predicti, scilicet dominus Reinherus, et Symeon, et Gerardus, postquam moniti fuerint, infrà XV dies facient emendari. Et si non fuerit emendatum, Aquas venire debent, et nunquam recedere sine licentiâ meâ. Huic autem pactioni interfuerunt: Cuno Aquensis, Gerardus filius ejus, Gerardus filius dominae Gertrudis, Simon de Monte, Herimannus advocatus de Harna, Desiderius de Mormasnil, Baldewinus de Soron et frater Wiggeri et Waggeri, Reinherus canonicus S. Alberti et multi alii. Posteà vero Aquis in domo meâ Vaggerus per manum domini sui domini Theodorici de Hyfalis predictam advocatiam in pignore mihi posuit et fidem dedit, quod omnem pactionem prescriptam servabit

Hujus autem rei testes sunt: Theodericus de Lennecha, Symon de Monte, Gerardus Aquensis, scabini; Heinricus Longus et Heinricus Lovezun, Heribertus filius Wazonis, Jonas, Anselmus de Molendino et alii quam plures.

Ex autographo quod in archivis imperialis collegiatae S. Adalberti Aquisgrani asservabatur.

LXXIII.

CONVENTION ENTRE HENRI III, DUC DE LIMBOURG, ET HENRI I, DUC DE BRABANT, SON NEVEU, TOUCHANT LES FIEFS QUE LE PREMIER TIENDRAIT DU SECOND. 1191.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Notum sit universis tam praesentibus quam futuris omnibus in Christo fidelibus; quod dominus Henricus dux Lemburgensis universum allodum quod habebat in Arlo, et in Rode et quidquid de jure hereditario inter Mosam, Renum et Mosellam eum contigebat, in manu Henrici ducis Lotharingiae resignavit, et idem dux Lotharingiae totum illud sibi resignatum, et insuper allodium quod eum contigebat ex parte matris suae praedicto duci Lemburgensi in feodum concessit. Si quid autem Lemburgensis de allodiis pro indiviso habitis, quocumque modo alienaverit, ad ducem Lotharingiae referre debebit; et quod idem dux Lotharingiae de jure recuperare poterit Lemburgensi in feodum reddet. Recepit etiam jam dictus dux Lemburgensis a praefato Henrico duce Lotharingiae comit. quod ipsi remanserat certis terminis et certis divisionibus in compositione facta inter ipsum Lemburgensem et comitem Theodoricum de Hostaden. Adjecit etiam praedictus dux Lotharingiae, quod terram quae primo vacabit ei de jure, in ducatû suo, valentem pretium ducentarum marcarum, Lemburgensi in feodum assignabit; si autem terra vacans estimacionem ducentarum marcarum, excesserit, in electione Lemburgensis erit super excrescentem summam exsolvere, et terram ipsam in feodo obtinere. Constitutum est praetereà, quod dominus Lemburgensis homines totius praedicti feodi sive sint ministeriales, sive beneficiati, interposito juramento, securitatem faciet praestare, quod si ipse Lemburgensis, vel sui haeredes vel alicui alii, contrà hoc pactum venire attemptaverint, duci Lotharingiae fideliter assistent. Recognovit quoque dux Limburgensis quod advocatia S. Trudonis, G patri Henrici

ducis Lotharingiae in dotem cum uxore suâ Margarethâ à patre Lemburgensis fuerit donata; et ideo in curia Metensis episcopi sententia tum fuit, quod absque assensu ducis Lotharingiae nulla indè fieri potuit alienatio: ipse tamen dux Lemburgensis, qualiter cumque praedictam advocatiam teneret, in manus episcopi Metensis, a quo teneri debet eam resignavit, resignatam autem, H. dux Lotharingiae ab ipso episcopo in feodum recepit, et receptam cum praedictis H. duci Lemburgensi contulit; ea interveniente conditione, quod nulli eam de caetero, nisi assensu ducis Lotharingiae in feodum concedet. Super his omnibus dux Lemburgensis fidelitatem et hominium duci Lotharingiae contrà omnem hominem praestitit, sàlvâ fidelitate imperatoris et imperii, quod etiam successores Lemburgensis duci Lotharingiae vel suo successori facere tenebuntur. Ipse vero dux Lotharingiae tanquam fideli suo, et avunculo, ei et successoribus suis debitum praestabit auxilium. Et ut ista rata et inconvulsa permaneant, apposito sigillo utriusque, de eorum consensu chirographum indè fieri decretum est, et in memoriam sempiternam. Acta sunt haec anno Dominicae Incarnationis M,C,XC,I.

Edidit Butkens, Trophées du duché de Brabant, tom. I., *Preuv.*, p. 45.; *Lunig,* Codex Germaniae diplomaticus, tom. II, p. 1578.

LXXIV.

Henri III, duc de Limbourg, exempte l'abbaye du Mont-Cornillon d'un cens annuel de dix muids d'avoine, qu'elle lui devait. 1192.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Ego *Henricus* Dei patiente misericordia *dux de Lemborch,* dictus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Perpendens imò salubriter apud me reputans quod pia largitio fidelium, qua cenobia construuntur sanctorum, quaque in eis jugiter Deo servientes sustentantur, magnae sit apud Deum promotio meritorum, ut particeps orationum ecclesiae apostolorum *Cornelii-Montis* fierem decem modios avenae, quos annuatim ab eâdem ecclesiâ accipiebam, super altare ob salutem anime mee, et tam successorum meorum, quam predecessorum reportavi, et ecclesiam ab omni exactione in perpetuum liberam reddidi, sententiamque excommunicationis, me presente et audiente et consulente

sub hoc apponi feci. Ne quis de caetero adversari aut calumpniari indè presumat, et hanc traditionem meam in irritum revocare audeat, et ut magis ratum haberetur cum sigillo nostro sigillum matris ecclesie presenti pagine imprimi feci. Testesque de vivis et auditis subscripsi. De matre ecclesiâ testes sunt: Albertus de Cuch archidiaconus, Gualterus archidiaconus, Symon decanus, Bertoldus custos ecclesie, Henricus cantor, Daniel, Arnulphus decanus S. Martini et alii plures; de ecclesiâ apostolorum Gossuinus abbas, Arnulphus prior, Reynoldus supprior, Godescalcus, Johannes, Wiricus, sacerdotes, totusque conventus. De nobilibus hominibus Winandus de Woldaugnot et Theodricus de Hutzfalie. De familiâ S. Lamberti, Wedericus dapifer episcopi et filius suus Rodulphus. Affuerunt etiam Everardus de Suinheis, Winandus de Richem et multi de familiâ nostrâ. Actum est hoc anno Incarnationis Domini M° C° LXXXXII°, indictione IX.

Ex perantiquo chartulario abbatiae Belli-Reditûs Leodii, fol. 60, *descripsi benevolentia reverendissimi Domini Abbatis.*

LXXV.

1194. Circ. Epistola Henrici ducis de Lemborc ad abbatem Cisterciensem, ceterosque istius ordinis abbates in capitulo generali congregatos, quâ eos rogat, ut conventum, quem abbas Signiacensis a Roseriis revocavit, suâ auctoritate faciant redire, eumque in finem aptiorem locum offert. etc.

Extat apud Miraeum, Oper. diplom., tom. 1., p. 722. *Fisen,* Hist. Leod., part. I, p. 282.

LXXVI.

1196. Henricus de Lemborc assensu filiorum meorum Henrici, Waleranni, Frederici et Gerardi, pro remedio animae meae. . . . . et pro absolutione de viâ Jerosolymitanâ, quam D. Papa et totus ordo Cisterciensis super se accipiunt et indè me absolvunt ad praeceptum et injunctionem D. Papae, qui hac conditione me à viâ illâ absolvit, terram et locum d'*Estriveal,* de *Plana-valle* et de *Roseriis.* . . . . abbati Signiaci tradimus atque liberè tribuimus ad construendam abbatiam Cisterciencis ordinis . . . . . ad hoc autem ut abbatia praedicta omnipotenti

Deo jugiter famulantes ad victum habeant necessaria, terram nostram prope *Rodis* cum toto nemore superexistente, quod vulgò dicitur *Speculout*, integrè, liberè et absolutè remotâ omni conditione, in longum et latum, dextrorsum et sinistrorsum, jusum et susum, cum aquis et omnibus pertinentiis praedictae abbatiae concedimus. . . . . ad remotionem verò querelae, si qua potest esse, et calumniae, noverint omnes hanc terram cum nemore esse allodium meum ex parte matris meae et ad dotem uxoris meae nihil pertinere. . . . . acta est hoc anno verbi incarnati. 1196.

Haec charta fundationis abbatiae Vallis Sancti Lamberti edita habetur apud Fisen, Hist. Leodiens., part I, p. 283.

LXXVII.

SOPHIE, DUCHESSE DE LIMBOURG, FONDE UN ANNIVERSAIRE DANS L'ÉGLISE CATHÉDRALE DE LIÉGE POUR LE REPOS DE SON AME ET DE CELLE DE SON FILS SIMON, MORT EN 1196.

Notum sit universis tam presentibus quam futuris presens scriptum cernentibus, quod ego *Sophia ducissa de Lenburch* curtem de Trumeioele, quam in ducentis marcis pignoratam fuisse dicebant, ecclesie Beati Lamberti, ad quam ipsam pertinere sciebam, cum omni integritate suâ omninò absolutam reddidi, ita ut in prefata ecclesia scilicet Beati Lamberti anniversarius dies meus et *filii mei Simonis* a fratribus ejusdem loci in perpetuum in missis, vigiliis et orationibus pro remedio anime mee et dicti filii mei celebretur. Undè et saluti anime mee volens consulere omnibus tam filiis meis quam aliis me diligentibus inhibeo, ne obtentu pignoris illius vel aliqua occasione mei ibidem aliquid exigant vel accipiant.

Sans date. Scellé d'un sceau qui pend à queue simple de parchemin. Au dos de la charte on lit : CURTIS VOCATUR DE TRUMEROLLE. *Ex archivis eccl. cathedr. Leod.*

LXXVIII.

1200. Henricus dux de Lemborc et marchio de Arlo, abbati et fratribus qui de Segniaco venientes in episcopatu Leodiensi construxerint abbatiam

dat locum de Roseriis et sartum d'Estriveal totum. . . . . et praetereà aisantias totius terrae suae in campis, aquis, sylvis et pascuis etiam faginae et glandium gratis etc. . . . . Actum verbi incarnati 1200.

Extat apud Fisen, loc. cit., et Miræum, Oper. Dipl., tom. I, p. 726.

LXXIX.

Henri III, duc de Limbourg, exempte de tout péage, les biens que l'abbaye du Mont-Cornillon, près de Liége, avait a Lantin, sous la juridiction de l'avouerie de Jupille. 1200.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis, *Ego Henricus* Dei gratiâ *dux de Lembourch* et *marchio de Erlons* omnibus in perpetuum. Quoniam que in tempore aguntur, simul cum tempore à labili hominum memoria dilabuntur, salubriter provisum est ex litteris mandare, ut vel sic qualemcunque posteris presentiam exhibeant. Proindè notum facio omnibus me divinâ inspiratione tactum et humili ecclesie Montis-Cornelii petitione commonitum pro remedio videlicet anime mee et predecessorum meorum terras, quas prefata ecclesia apud villam de Lantins possidet *ad curiam scilicet de Jupilia spectantes* ab omni exactione, et a jure advocatie perpetualiter liberasse. Ne igitur eâdem ecclesia super eâdem libertate a nobis sibi donatâ calumnias vel gravamina aliquorum de cetero sustineat, presentem paginam sigilli nostri impressione corroborare dignum duximus, addendo quod quicunque prestite libertati contrà ire aut eamdem quoquo modo presumpserit infringere, tanquam voti nostri violator et elemosine nostre violentus depredator, offensam nostram incurrisse nostrosque amicos se noverit graviter offendisse. Acta sunt hec anno Incarnationis Dominice M,CC.

Descripsi ex chartulario citato abbatiae Belli-Reditûs Leodii, fol. 53 verso, consensu R. D. abbatis.

LXXX.

L'Evêque de Verdun et le chapitre de sa cathédrale confirment la charte précédente. 1200.

J., Dei gratiâ Virdunensis episcopus. Th. primicerius. Th. decanus,

totumque Virdunensis ecclesie capitulum, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis in Domino salutem. Universitati vestre notum facimus, quod nos liberationem omnis exactionis et juris advocatie terrarum quas ecclesia Montis-Cornelii possidet apud villam de *Lantins*, que videlicet spectavit ad curiam de Jupilia, perpetualiter factam prefate ecclesie Montis-Cornelii à *venerabili viro Henrico duce de Lemborc et marchione de Erlons* ratam habemus et benignè concedimus, et quantum ad jus nostrum pertinet confirmamus. Actum anno verbi incarnati M°CC°, XX°, mensis octobris.

Extat ibid, fol. 35 verso.

LXXXI.

CHARTE DE LA DUCHESSE IRMENGARDE ET DE SES FILS, PAR LAQUELLE ILS CONFIRMENT LA DONATION DE LA FERME DE SPECKHOLTZ ET DE SES NOVALES, FAITE A L'ABBAYE DE ROLDUC PAR LE DUC HENRI III, EN 1202.

1247. Irmengardis ducissa de Lemborgh, cometissa de Monte, ejusque filii, Adolphus et Walleramus. Notum facimus universis et praesentibus protestamur nos vidisse privilegium parentum et antecessorum nostrorum ipsorum sigillis confirmatum. per omnia in hunc modum.

1202. In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Ego Henricus filius Henrici filii Walerami ducis de Limburg. Notum facio universae posteritati meae in perpetuum, quod Deo inspirante allodium meum, totum videlicet novale, quod inter silvam meam, quae vocatur SPECHOLZ, et publicam stratam, quae ab Aquisgrani ducit versus Herle, situm est, ecclesiae beatae Mariae perpetuae virginis sanctique Gabrielis archangeli in Rode, coràm viris nobilibus et melioribus de parrochia, quam pluribus quoque aliis, liberà donatione et voluntarià oblacione cum omni jure suo super altare contradidi, ad ipsius ecclesiae augmentationem et obsequii divini promocionem *filiis meis Henrico, Waleramo, Friderico, Gerardo, ac filiabus meis Jutta de Valkenburg, et Mathilde* favorabiliter astipulantibus, et praefatum allodium coràm multitudine jure legitimo exfestucantibus, pro redemptione animarum nostrarum, omniumque parentum nostrorum. Hanc itaque oblacionem tam piam tamque religiosam jure ecclesiastico conscriptam sigillo

nostro, nec non et filiorum nostrorum sigillis communivimus et ab abbate Rutgero in praesentiâ totius conventûs sub stolâ et in banno coràm altari stúdiosè firmari fecimus, *Domino Goswino de Valkenburg genero nostro* praesente, aliisque viris nobilibus non paucis, qui hanc nostram liberrimam donacionem viderunt et audierunt ac modis omnibus approbaverunt. Quorum hec sunt nomina: Abbas Rutgerus, Daniel prior, Henricus celerarius, Johannes custos, Theodricus, Hubertus, Ambrosius, Winricus, Joannes, Arnoldus, Richoldus, Albero, Albertus, Godefridus, Randolphus totus que conventus. Nobiles viri: Wilhelmus castellanus, Arnoldus socer ejus, Arnoldus de Elslo et frater ejus Herimannus, Reinoldus de Lureche, Rutgerus de Alstorp, Lambertus dapifer, Wilhelmus Pincerna, Winandus de Lumirs, Godescalcus Buttelere, Herimannus villicus, Macharius de Mormashit, Adam de Berge, Theodricus Orgir, Theodricus advocatus de Mersenne, Gerardus de Bunde, Henricus Botdis et alii quam plures. Acta sunt autem hec anno incatnati Millesimo Ducentesimo II. Concurrente I. Epacta XXV. Indictione V. Regnante Domino nostro Jesu Christo in perpetuum.

Nos igitur eandem donationem parentum et antecessorum nostrorum divine remunerationis intuitu et ob remedium animarum ipsorum et nostrarum ratam et gratam habere volumus in perpetuum et hoc per praesens scriptum sigillorum nostrorum appensionibus protestamur. Datum anno Domini M° CC° XL septimo. Mense octobr. feliciter. Amen.

Copié sur l'original aux archives de l'abbaye de Rolduc. La charte du duc Henri, insérée dans la confirmation de la duchesse Irmengarde, a été copiée sur l'original même, dont l'invocation : In nomine etc. *est écrite en lettres très allongées et très serrées. Peu d'I y sont marqués d'un point; l'*AE *y est un* E *cédillé. Elle avait trois sceaux, mais il ne reste qu'une partie du premier, pendant à bandes de parchemin, il est gros, d'une pâte grisâtre recouverte d'une pâte brune sur laquelle le sceau est empreint. Le sceau de la charte de la duchesse Irmengarde est tombé. Celui du duc Waleran pend à queue tressée de soie verte. Celui d'Adolphe est suspendu a des filets de soie rouge, il n'a d'empreinte que d'un côte. Ils sont tous les deux sur pâte blanchâtre.*

LXXXII.

OTTON, COMTE DE GUELDRE, REMET SOUS LA MOUVANCE DE L'ÉGLISE DE LIÉGE LES TERRES QU'IL POSSÉDAIT DEPUIS MAESTRICHT JUSQU'A RUREMONDE. 1204.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Ego Otto, comes de Gelre, omnibus in perpetuum. Universitati vestre notum fieri volumus quod nos universum allodium tam in hominibus quam pratis, quam sylvis, quam aquis, quam terris cultis et incultis que possidebamus a Trajecto usque Ruremonde, videlicet Ruremonde, Dirte, Glene, Wer et quidquid eis adjacet, ecclesie Leodiensi videlicet Sancte Marie, Sanctique Lamberti, et episcopo Leodiensi Hugoni suisque successoribus pro salute anime nostre et predecessorum nostrorum, sub testimonio et per manus liberorum hominum, cum ramo et cespite super altare reportantes, in eleemosynam contulimus, et ab eodem episcopo Leodiensi prefatum allodium in feodum recepimus et hommagium et fidelitatem ei fecimus, quod etiam universi heredes nostri, sive filius sive filia successive in posterum prefato modo ab episcopo Leodiensi sese fidelitate et homagio ei adstringentes sunt recepturi. Et nos et homines ecclesie Leodiensi et episcopo juravimus, quod eos intuitione juris sui toto posse nostro fideliter juvabimus et modis omnibus semper assistemus. Similiter dominus episcopus Leodiensis et ecclesia videlicet dominus Johannes prepositus, dominus Henricus de Jacea, dominus Radulphus, dominus Henricus archidiaconi, Henricus cantor, Lambertus Sancti Petri, Radulphus Sancti Pauli, Henricus Fossensis prepositi; cum hominibus suis *Duce de Lemborch*, de Namur et de Lois comitibus et Wilelmo Hanonie tunc temporis procuratore, et cum aliis hominibus suis liberis Theodorico de Walecuer, Clarembaldo de Alta Ripa, Anselmo de Falemange et cum aliis multis hominibus de familia ecclesie Leodiensis nos assecuraverunt et nobis juraverunt quod nos in jure nostro juvabunt et nobis semper assistent. Actum anno Incarnati verbi M° CC° quarto.

Ex archivis ecclesiae cathedralis Leodiensis. Des cinq sceaux qui y étaient appendus, à doubles queues de fil de soie rouge et jaune, il n'en reste qu'un, en cire rouge, sur lequel on lit Guillaume *à l'inscription.*

LXXXIII.

Notice sur la fondation de l'abbaye de Richstein, près de Montjoie, par Waleran de Limbourg. 1205.

Excerptum ex Mss. codice, cui titulus : *Copiae originalium praeposituræ nostrae* (Reichensteinensis) *a fratre Lutgens loci praeposito et proto-notario apostolico scriptae et subscriptae* (1731) *prout et a Philippo Wilhelmo Francken notario apostolico ac caesareo expresse requisito autentisatae hoc anno* (i. c. 1733).

Pagina 1°. In mortuario per antiquo monasterii Reichsteinensis habetur sequens informatio fundatorum et eorumdem dotationis.

Fundatores hujus monasterii Waleramus dux de Lemburg, dominus de Monsow (*Montjoie*) et de Falkenberg , et Jutta comitissa, uxor ejus, qui non solum ad divinam benedictionem obtinendam, monasterium circà annum M,CC,X funditus extruxerunt in hac solitudine sterili, ordinique Praemonstratensi incorporarunt, sed etiam pro sua suorumque salute illud liberaliter dotarunt, dando ipsum Reichenstein cum adjacente oppidulo, molendino, villis Bredbaum, Reutz, cum pratis, agris, Awelen (1), Dumetis, sylvis, vennâ Reichsteinensi et quidquid ab hac parte Rurae est usque ad *lectum Caroli Magni*. . . . . item jus venandi Schwalmam inter et Ruram, et indè ubi Schwalma influit Ruram usque ad lectum Caroli Magni. . . . . item incorporarunt monasterio. . . . . Lutteradt cum decimis et jure patronatûs in Geleen in Falkenbergensi terra. Item Hartlich in Lemburgensi terra. . . . . paterne successores rogantes ut non tantum divinae remunerationis gratia hanc piam parentum voluntatem et donationem intertineant ac non ullatenus sacrilego ausu sub anathematis incursu infringant, sed et ad exemplum parentum reditibus ac proventibus augeant et omni possibili favore in perpetuum prosequantur. Amen.

Copia haec ex originali quod habetur in mortuario scripto ex toto in pergameno desumpta concordat de verbo ad verbum cum omnibus suis abbreviationibus. attestor ego Philipp. Wilhelmus Francken, notarius apostolicus et

1) Sic vocantur certa prata juxtà monasterii sita.

caesareus approbatus et juratus, ad hunc actum specialiter requisitus manu sigillo que notariali prop.

NOTITIA FUNDATIONIS MONASTERII REICHSTEIN SCRIPTA SAECULO XV. (1).

Walramus, dux de Lymburg et de Falckenburg, dominus de Monsow et Jutta, conjux ejus, converterunt arcem suam REICHWINSTEIN in monasterium praenobilium virginum ordinis Praemonstratensis anno Dominicae incarnationis M,CC,V. Contulerunt praeter alia bona decimas in Butgenbach cum parochia, item jus alternativum in Kels cum collegiata ecclesia S. Ursulae intrà Coloniam. . . . . fundationem hanc ut potò sibi subjectam approbavit archiepiscopus Coloniensis Bruno de Sigelbach (2), qui transtulit ex monasterio de Hynsberg professas Irmgardem, Hadewigem, Luitgardem et laicam Lucardam, ex quibus Irmgardem ut magistram praefecit. Cui fundationi adjecit Walramus aegrotans decimas in Obgeleen anno M,CC,XI. Ad instantiam praenobilium virginum ob loci distantiam à Colonia pro rectore omni momento revocabili archiepiscopus Coloniensis Theodoricus de Monte (3) D. Herenfridum abbatem Steinfeldensem, qui libros chorales et varios pergamenicos dono dedit (4). Post mortem Walrami Juliaci sepulti (5) Jutta fundatrix inter virgines morans incorporavit monasterio Reichenstein parochiam S. Lamberti in Cuckenheim, quam incorporationem approbavit Cunradus, archiepiscopus Coloniensis anno M,CC,XXXX,IIII (6). Posteà exorta est contentio inter abbatem Steinfeldensem

(1) Auctor hujus notitiae, quam ex apogr apho notariali fide munito, seu potius ad ipsum originale publici juris facio, illam ex loci monumentis consarcinavit; fide proindè digna est, ubicunque auctor instrumenta prae oculis habuit, non aequè tamen ubi de suo aliqua addidit.

(2) Bruno, qui hic, nescio quo fundamento, de Sigelbach nominatur, a ceteris ad comitum Seynensium familiam refertur.

(3) Theoderici genus hactenus incognitum mansit. Plerique Heinsbergium dixère, noster Montanum scribit, jure an injurià ! Non definierim.

(4) Cum Theodericus ineunte anno 1208 electus fuerit, potuit omninò ab eo Herenfridus sanctimonialium istarum curam suscepisse. Herenfridum enim antè annum 1208 à vivis excessisse affirmat, quidem Car.Ludov. Hugo, *Annal Praemonstr.*, Tom. II, p. 854, sed minimè probat Everhardum jam tum ejus locum occupasse. Hujus certe nomen silet diploma quod invocat, quodque ipse inter probationes dedit pag. DXXVI.

(5) Auctoris hoc additamentum est nullo fulcitum testimonio. Walramus dux, Reichsteinensis coenobii auctor, in abbatiae Rodensis templo sepulturam obtinuit. Fortè Walramus iste Juliaci sepultus secundus hujus nominis Montjavii dominus est, qui post annum 1264 vivere desiit. Juttam, ejus viduam, inter sanctimoniales Reichsteinenses vixisse, non admodum vero simile est.

(6) Instrumentum isthoc quod C. L. Hugo, p. CCCCXVII in lucem dedit, annum 1258 praesefert.

et virgines ob majus regimen et alios casus summe scandalosos. Hinc archiepiscopus Coloniensis Engelbertus, comes de Marca, D. Nicolaum professum Steinfeldensem anno M, CCC, LXXIII, in praesentia Gerardi Hoeningen, abbatis in Steinfeld, armata manu pro poenitentiâ subeundâ, Coloniam abduxit, ac revocavit inspectionèm à Steinfeldiâ, eam sibi ipse reservans, et singulis triennis de rectoribus saecularibus providit, prout Domino Gerardo pastori postmodum in Cochenheim, cujus successor ego sum, et obtentâ jam meae inspectionis bina renovatione ad instantiam praenobilium virginum confirmatus fui ad dies vitae. Theodericus comes de Moers, archiepiscopus Coloniensis, vero dedit commissionem ad nutum revocabilem anno M,CCCC,XXVI, Domino Wilhelmo Harper de Weda, abbati in Steinfeld, respiciendi utrumque monasterii statum. Haec in perpetuam rei memoriam summariè ex originalibus annoto ac omnem notitiam habens sub fide sacerdotali manu propriâ attestor, anno M CCCC...... (1) V aprilis.

Erat subscriptum : Theodericus de Villace archiepiscopalis rector praenob. virginum ordinis Praemonstratensis in Reichenstein.

LXXXIV.

Henri, duc de Limbourg, renonce aux exactions faites sur les gens de l'église royale d'Aix-la-Chapelle dans le ban de Walhorn. 1208.

Notum sit omnibus tam futuris quam praesentibus, quod ego *Henricus dux de Lembg,* ob amorem Dei et reverentiam gloriosè semperque virginis ipsius genetricis Marie pro remedio anime mee et omnium antecessorum meorum omnem injuriosam exactionem quam faciebam in hominibus majoris ecclesie Aquensis in Banno Harne exfestucavi et penitus dimisi. Volens quod nec ego, nec aliquis heredum meorum in illis hominibus talia de cetero sibi vendicet, vel jus in eis sibi dicat. Quod autem hoc semper ratum de cetero maneat et inconvulsum presentem cartulam indè scribi et sigillo Dñi regis Philippi ac nostro fecimus sigillari. Testes hujus

(1) In autographo notae aliquot numerales hic desiderantur, vetustate detritae. Nollem notitiam hanc anno trigesimo hujus saeculi postponere.

rei sunt: decanus Aquensis Winandus, Sibodo vice-decanus, Stephanus, Heinricus cantor, et alii quam plures. Milites, *Walcramus filius ipsius ducis*, Tiricus de Scinne, Godefridus Burchgravius de Rode, Winandus de Lumirs, Gerardus Aquensis, Reinardus et Franco de Mirica, Radolfus de Malone, Hermannus advocatus de Harne, Harlinus dapifer Dñi ducis, Bonefacius de Vivario et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnati verbi M,CC,VIII, indictione XI^a^ presidente Ramane (sic) ecclesie Innocentio tercio Papa, Hugone episcope Leodiensi, ac regnante feliciter Philippo Romanorum rege.

Descripsi ad autographum, quod Aquisgrani in tabulario publico asservatur. Appendent ex filis sericis sigilla regis et ducis cerae albae impressa et optime salva.

LXXXV.

1208. Universis praesentes litteras inspecturis, Henricus dictus de Schenne miles, cum notitia veritatis salutem. Noverit universitas vestra, quod nos in praesentia scabinorum nostrorum curiam nostram de Suckhusen mansionariosque ad ipsam spectantes una cum sexaginta sex bonariis terrae arabilis ad eandem curiam pertinentibus, ac silvam nostram de Danege quomodocunque sita sit, etiam si in terram arabilem sit reducta. Vendidimus Remero dicto Hun militi, pro ducentis liberis denariorum Leodiensium pecuniae numeratae sub hac forma. Quod nos a festo Beati Remigii nunc instantis usque ad quinque annos integros proximè subsequentes quandocunque voluerimus usque ad haec obtulerit se facultas, praedictam curiam una cum bonis ante dictis ad ipsam pertinentibus. Silvaque saepe dicta quitare poterimus praedictam pecuniam in bono pagamento monetae tunc legitime aequipollentis ac dativae restituendo eidem, quam pecuniam de praedicta curia et bonis praedictis etiam si libuerit recipere poterimus ipsam alteri pro pretio grandiori vendentes. Ac volentes, quod si praedicta pecunia dictis quinque annis transactis eidem Remero non fuerit persoluta. Ex tunc dicta bona prout superius nominata sunt, ad ipsum simplicites et sine exceptione aliqua jure haereditario devolvantur.

Praedicta insuper bona ab antedicto Remero milite dictis quinque annis ad petitionem recepimus singulis annis pro viginti tribuo libris denariorum Leodiensium in festo Beati Remigii eidem persolvendis. Hoc adjecto, quod nos a festo Remigii usque ad festum Paschae proximae post futurum singulis annis dicta bona pro dictis ducentis marcis quitare pote-

rimus Nec eidem Remero ad petitionem viginti trium marcarum futuri anni tenebimur, sed erimus ab eodem penitus absoluti.

Quod si praedicta bona usque ad festum Paschae singulis annis remaneant non quitata, ex tunc una cum praedictis ducentis marcis si praedicta bona quitare volumus, eidem solvere tenebimur anni sequenti pactionem.

Et ut ante dicta vallo roborari valeant firmitatis, sigillum nobilis viri Walrami, Dñi de Monjoie et de Valkenberch una cum sigillis Goswini atque Adae de Haren, militum ad petitionem nostram ac Remeri militis antedicti praesentibus est appensum. Datum anno Domini MCC octavo. Dominica ante festum Pentecostes.

In nomine Domini. Ego Henricus de Limburc, dominus de Monjoy, Ea quae justè et rationabiliter ad cultum et reverentiam Dei fiunt, ne processu temporum valeant malitiosè rescindi, litterarum memoriae expedit commendare. Qua propter notum facimus praesentibus et futuris, quod nos et uxor nostra Irmingardis pari consensu ratam habemus et scripto presenti confirmamus eam donationem quam Dñus noster Engelbertus Coloniensis archiepiscopus super bonis in Lo (Lon) pertinentibus ad dominium castri de Monte, quae ab haeredibus loci emit pro XL marcis, dedit Hospitali S^ti^ Johannis in Jerusalem.

Ut autem hoc factum nostrum in perpetuum ratum permaneat, praesentem cartam indè conscriptam sigillo nostro fecimus communiri. Actum anno Domini MCCXXV.

Ex autographo.

LXXXVI.

1210. Henricus dux de Lembourg et marchio Arlonensis ecclesiae B. Mariae virginis in Lucelenburgo (vulgò Munster), quidquid juris in patronatu ecclesiae de Battenheim (seu potius Kettenhoven juxtà Theodonis villam) habuit in eleemosynam confert, ut dies obitus sui illic in scripto sit, suique memoria a fratribus peragatur MCCX.

Apud Duchesne, Preuves de l'histoire de la maison de Limbourg, p. 61; *Bertholet,* Hist. de Luxembourg, tom. IV, *preuv.* p. 43.

LXXXVII.

HENRI III, DUC DE LIMBOURG, ACCORDE, AVEC LE CONSENTE-

MENT DE SES FILS, A L'ABBAYE DU VAL S. LAMBERT, L'EXEMPTION DE PÉAGES DANS SES TERRES. 1210.

L. canonicus majoris ecclesiae. . . . . litteras inspecturis salutem in Domino. Universitati vestrae notum facimus quod unam cartam bone memoric Henrici, ducis de Limborc, quam dedit fratribus vallis Sancti Lamberti, Cisterciensis ordiniss,uper remissione Winagiorum per totam terram suam pleniùs conspeximus in hunc modum. Henricus, Dei gratiâ dux de Lemborc et marchio de Arlo, tam futuris quam presentibus in perpetuum. Ut studio et impensa nostra cultus Dei liberiùs amplietur in novella plantatione Cisterciensis ordinis in loco qui dicitur vallis Sancti Lamberti fratres looi illius et res eorum per totam terram nostram assensu filiorum nostrorum, *Henrici, Walerani, Frederici* et *Gerardi* in conductu nostro et protectione suscepimus. Winagium theloneum vectigal rerum suarum eis remisimus in perpetuum et hanc eleemosynam nostram eleemosineque prius eis contuleramus liberè de bonis nostris in Plana-valle et Strivel super additam super altare eorum sollempniter reportavimus. Die Palmarum anno Incarnationis Dominicae 1209 (1210 nov. st.) et hoc confirmavimus sigillis nostris. Datum anno Domini 1242 quinto kal. aprilis.

Ex autographo acceptum refero benevolentiae rev. dom. Falla, abbatis Vallis Sancti-Lamberti.

L.XXXVIII.

HENRI III, DUC DE LIMBOURG, ACCORDE A L'ABBAYE DE SAINT JACQUES, A LIÉGE, L'EXEMPTION DES CHARGES PUBLIQUES POUR SES BIENS DE BLISTIN, SOUS LA CONDITION QU'ELLE LUI PAYERA CHAQUE ANNÉE UN MARC, MONNAIE DE LIÉGE. 1211.

Henricus Dei gratiâ dux de Limburch et marchio de Arlon, omnibus ad quos praesens pagina pervenerit. Notum facimus, quod cum Leodii essemus, accessit ad nos abbas et fratres ecclesiae Sti Jacobi conquaerentes quod quaedam illicitae et immoderatae exactiones in allodio suo de *Blisten* et in mansionariis suis exercebantur ab hominibus nostris, privilegium

etiam suum a Domino Henrico quarto Romanorum imperatore sibi collatum super libertate ejusdem allodii nobis ostenderunt. Nos autem Dei timore et amore apostoli respectum habentes, ita cum praefatâ ecclesiâ convenimus, quod ab hominibus et mansionariis pertinentibus ad allodium de Blisten, annis singulis tam nos quam posteri nostri marcam unam tantùm percipiemus, Leodiensis monetae, in festivitate S. Remigii, et ita ipsum allodium et tam homines quam mansionarii ad ecclesiam pertinentes ab omni exactione seu precaria vel aliquâ molestiâ liberrimi erunt in perpetuum, et in nostrâ et haeredum nostrorum protectione ac defensione cum omnibus appenditiis suis consistet ipsum allodium. Ne ergo successorum nostrorum posteritas velum sibi excusationis de ignorantiâ obducat, praesentem cartam ad monimentum veritatis relinquimus et sigillo nostro contra omnia machinamenta pravorum roboramus. Testes hujus rei sunt: Wilhelmus de Heers et Amalricus, canonici majoris ecclesiae, de hominibus nostris Theodoricus de Schines et Godefridus filius ejus et Henricus Vriese. Actum Leodii anno Dñi MCC,XI (n. s.) indictione XIIII, undecima kalendas aprilis feliciter.

Communicavit mecum ex Pan-charta ducis Brabantiae, rev. admodum Dom. Bertrand, abbatiae S. Jacobi Leodii in insulâ procurator.

LXXXIX.

Henri, duc de Brabant, confirme la donation de la cure et des dimes de Lommersum faite, a l'abbaye de Rolduc, par Jutte, duchesse de Limbourg, sa bis-aieule maternelle. 1211. (1)

In nomine. . . . . Heinricus dux Lotharingie et marchio. . . . . ad universorum noticiam volumus pervenire, quod pie memorie domina Jutha ducissa, nostra proavia, excellentis principis domni Walrami cognomento Pagani proavi nostri, olim ducis de Lemborch, relicta. Viris religiosis abbati et conventui monasterii de Rode cum se mente devotâ et corpore assumpto habitu ad consorcium

(1) Voyez les numéros 54 et 57 de ce Codex.

Sanctimonialium ejusdem cenobii converteret. Assentientibus *filiis suis Heinrico postmodum duce et Gerardo.* Pietatis intuitu ecclesiam parrochialem in *Lomonsheim* cujus ipsa patrona exstitit et domina cum integritate tocius juris patronatûs libere donavit et decimas atque qualibet alia bona ab ipsa descendentia emendi sive alio justo modo consequendi in territorio praedicte ville expeditam eisdem dedit facultatem. Que cum viam universe carnis ingressa et in praedicto monasterio Rodensi fuisset sepulta ! prenominati filii ejusdem Dominus Heinricus dux de Lemborch avus et Gerardus frater ipsius. Filiolus quoque Domini Heinrici ducis ejusdem nominis etiam postmodum dux avunculus noster. Arnoldus etiam filius Ruberti comitis de Lunenborch natus ex dominâ Beatrice filiâ domine Juthe, necnon et Theodericus filius Eckeberti comitis de Tickelenborch natus ex aliâ filiâ, prefatam ecclesiam de Lomonzheim a matre et aviâ prius datam Rodensi ecclesie legitima donacione iteratò tradiderunt. Sicut in privilegiis super hoc confectis vidimus et intelleximus plenius contineri; supplicantibus itaque nobis abbate et conventu memoratis ac cum dilecto avunculo nostro Domino Heinrico sepedicto duce de Lemborch, qui predictis exequiis et iterate donacioni quamvis tunc juvenis personaliter tamen interfuerat instantibus, ut eam ratam habere et renovare etiam nostrâ auctoritate vellemus. Nos tam pie etc. . . . . Interfuerunt huic facto de familiâ nostrâ viri nobiles Godefridus de Perewis. Arnoldus de Oist. Arnoldus de Kraienheim. Wolterus cognomento Bertolt et Egidius frater suus. De familiâ domini Heinrici ducis Lemborgensis avunculi nostri, item viri nobiles Walramus et Fridericus filii ipsius. Harpernus de Vrenzen. Rudolphus de Molonia. Theodericus de Schinne et Willelmus Burgravius de Rode. De fratribus sepe dicte ecclesie Rutcherus abbas. Daniel prior. Randolphus sub-prior. Marsilius custos. Adolphus cantor. Albertus cellerarius totusque conventus et alii quam plures. Datum anno Incarnacionis Domini M° CC° XI° mense aprili in eodem claustro Rodensi.

Copié sur l'original aux archives de l'abbaye de Rolduc. Ce diplôme communiqué à M. J. M. Kremer, par l'abbé de Rolduc, a été imprimé assez exactement dans son livre intitulé : Origines Nassoicae, part II, n° 127, p. 249; *Foppens l'a imprimé également dans*

le Suppl. ad Miraei Oper. diplom., tom. IV, p. 227, *mais avec des fautes graves. Le sceau du duc, semblable a celui rapporté par Butkens, est attaché à un double cordon de soie verte.*

XC.

Henri III, duc de Limbourg, détermine les biens de l'église de Baelen. 1212.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Ego Henricus dux de Lymburg notum facio tam praesentibus quam futuris, quod ea quae in hac paginà scripto mandari curavimus, coram nobis apud Lymburg attestatione et judicio hominum nostrorum et scabinorum confirmata rata haberi, et inviolabiliter in posterum servari censuimus. Ad ecclesiam *Bale* pertinet integer mansus, et est dos ecclesiae unde solvuntur pastori X solidi Leodien. omnis decima de terra quae dicitur *Sclant,* et quae dicitur *Condeine,* et de *Panlant* et de terra Sanctae Mariae Lutzelenburg, et de Condeine et de Selant, Ruzinlingorum, ubicunque sint in tota parrochia, de omni agricultura cujuscunque sementis tertia pars decimae, et lini et feni, altilium animalium, mellis est ecclesiae, et tota decimatio mellis quae invenitur in nemore, de pastura porcorum quae dicitur *Dethmo.* Si quis etiam eam in feodo habuerit a domino terrae, decima est ecclesiae. Decimus mansionarius cum omni jure suo est ecclesiae, excepto bove qui dicitur *Angre*, et annona quae dicitur *Scoltcorn.* Quia istud libere et nostro consensu statuimus: sigillum nostrum in confirmationem appendimus. Acta sunt haec anno ab Incarnatione Domini Millesimo Ducentesimo Duodecimo.

Ex autographo.

XCI.

Donation de quelques terres situées au ban de Kirckrode, faite a l'abbaye de Rolduc par Henri III, duc de Limbourg. 1212.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Ego Rutcherus, Dei miseratione abbas in Rode, notum facio tam presentibus quam futuris. igitur ne memoria posterorum vacillet vel aliquorum versutia surripiat, scripto et sigilli nostri impressione munivimus. Item notum sit tam presentibus quam futuris, quod ego Heinricus, dux de Lemburch ad honorem Dei et pie genitricis ejus contuli ecclesie Rodensi novale propè SPEKHOLT habens tres mansos et dimidium. Fratres vero ejusdem loci non pro precio, sed ad confirmationem ejusdem facti contulerunt mihi XXII marcas et ministerialibus et scabinis dimidiam marcam qui terminos assignaverunt. Huic actioni interfuit abbas Rutgerus, Heinricus cellerarius, Heinricus, Cunradus, Jordanus fratres nostri, Herimannus scoltetus, Godefridus Anstela, Guntardus, Lodewicus et quam plures alii. Igitur ne posterorum memoria vacillet, praesenti cartae sigillum nostrum appendimus. Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis M,CC,XII.

Ex autographo olim in abbatia Rodensi asservato.—A la gauche pend à queue de parchemin le sceau de l'abbé en cire noire, représentant un abbé en habits pontificaux, tenant de la main droite la crosse, et de la main gauche un livre. A l'autre côté pend à pareille queue un sceau ôval du duc en pâte brune.

XCII.

LETTRE DE JEAN I, ROI D'ANGLETERRE, A HENRI III (AL. IV) DUC DE LIMBOURG, PAR LAQUELLE IL LUI MANDE QU'IL LUI RENDRA LE FIEF QUE RICHARD I, SON FRÈRE, ROI D'ANGLETERRE, LUI AVAIT CONFÉRÉ ET POUR CETTE RAISON L'INVITE A FAIRE LE VOYAGE D'ANGLETERRE. 1212.

Rex dilecto amico suo duci Lemburic etc. . . . . : Grates vobis referimus super hoc, quod nobis per comitem Boloniae significastis, scilicet, quod, si vobis *feodum*, quod frater noster Ricardus, vobis contulerat, redderemus libenter ad fidem et ser-

vitium nostrum veniretis, et homagium nobis tanquam Domino ligio, contra omnes de feodo illo faceretis.

Quoniam verò societatem et amicitiam vestram plurimùm diligimus et approbamus, et negotia nostra per consilium vestrum expediri cupimus, sciatis quod servitium et homagium vestrum gratanter recipiemus, et vos in plenam gratiam admittemus, et praedictum feodum vobis restituemus. Et quia hoc negotium desiderat instantiam, et in hoc articulo esse poterit periculosa dilatio, vobis mandamus quatenus dilatione postpositâ, ad nos in Angliam veniatis, ut res ista, quae utrique nostrum, per Dei gratiam, honorabilis erit et fructuosa, ad optatum effectum fideliter perducatur.

Et sciatis quod eo acceptior erit nobis vester adventus, quo magis vos videre et vestro frui colloquio, etiamsi nichil amplius inter nos fieret, desideramus.

Teste me ipso apud London 24 die Maii 1212.

Extat apud Thomam Rymer in opere cui titulus: Foedera, Conventiones, Litterae et cujuscunque generis Acta publica inter reges Angliae et alios quosvis... Principes. Hagae-Comitum, 1739, tom. 1., part. I., pag. 51. *Ibidem legitur sequens epistola regis ad Waleramum filium ducis hoc insignita rubro: Quod Walanus filius ducis de Lemburgh in Angliam cum militibus veniat.* Rex Walamo filio ducis Lemburg Mandamus vobis, rogantes quatenus veniatis ad nos, te decimo milite, in Angliam cum festinatione, bene parati equis et armis, ita quod grates vobis scire debeamus. Teste me ipso apud London 24 die Maii 1212.

XCIII.

Création d'un cens annuel pour la réparation et l'entretien de la chapelle S. Nicolas, a Eupen, et pour le traitement du prêtre desservant cette chapelle. 1213.

In nomine Domini. Ego R. (Rutgerus) abbas ecclesiae Rodensis notum facio universis hanc paginam inspecturis quot parochiani ecclesiae de Balen, Stochem et Oipen et Nurot commorantes communi concilio quandam sibi statuerunt collectam, de qua collecta fecerunt sibi confraternitatem, undè possent capellam Beati Nicolaï in Oipen meliorare. Hujus facti procuratores elegerunt Henricum de Nurot et Heldricum de Einatten. Isti de sua facultate praedictae confraternitati addentes conparaverunt XXX diurnales arabilis terrae Lamberstorp, qui solvunt XIII maldra siliginis annuatim. De his maldris percipit sacerdos quatuor singulis annis, et reliqua cedunt in usus dictae capellae de concilio sacerdotis et parochianorum. Acta sunt haec anno gratiae M, CC, XIII.

Ex chartulario abbatiae Rodensi, p. 116.

XCIV.

HUGUES DE PIERREPONT, ÉVÊQUE DE LIÉGE, DONNE A WALERAN, FILS DE HENRI III, DUC DE LIMBOURG, SIMPELVELD, ESDEN ET HOYENS, OU PLUTOT TROIS FERMES SITUÉES DANS CES ENDROITS, ET EN REÇOIT L'HOMMAGE LIGE CONTRE TOUS, EXCEPTÉ L'EMPIRE, LE ROI D'ANGLETERRE ET L'ARCHEVÊQUE DE COLOGNE. 1213.

Ut ea que fiunt in tempore, non labantur cum tempore, scripto debent commendari. Ea propter ego Hugo, episcopus et ecclesia Leodiensis notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos attendentes probitatem ac strenuitatem viri nobilis domini *Walerundi* filii *ducis de Lemborc,* et tam honorem quam utilitatem que nobis et ecclesie Leodiensi per ipsum possunt provenire, dedimus ei et heredibus suis tres curtes, videlicet *Saint plovoir, Haspere,* et *Hoiens* integraliter in redditibus et proventibus in feodum perpetuò à nobis et successoribus nostris tenendas, homagiis tamen nobis et successoribus nostris retentis. Et ipse dominus W. fecit nobis de predicta terra homagium ligium contrà omnem hominem salvo jure imperii in quantum ipse debet imperio; et nos similiter recepimus eum in hominem ligium salvo jure imperii in quantum debemus imperio. Et quia ipse dominus W. homo erat regis Angliae, dictum regem extràposuit

ubi ipse rex esset personaliter. Et prereà quia ipse similiter erat homo ecclesie Coloniensis, ita inter nos et ipsum est ordinatum, quod si guerra fortassis moveretur inter archiepiscopatum Coloniensem et episcopatum Leodiensem, quod absit, et archiepiscopus vellet intrare episcopatum Leodiensem, ipse juvaret episcopum Leodiensem defendere terram suam. Et similiter si episcopus vellet intrare archiepiscopatum Coloniensem, ipse juvaret archiepiscopum defendere terram suam. Et sciendum est quod episcopus et episcopatus debent juvare et promovere dominum W. bona fide in negotiis suis ubicunque ipsi poterunt; et ipse similiter debet fideliter assistere et servire episcopo et ecclesie in negociis suis. Et inde fecit episcopus ipsum assecurari per prepositum et archidiaconos Leodienses, et per comitem de Los et dominum *Theodericum de Walecuert*, et alios homines suos. Et ipse dominus W. fecit similiter episcopum et ecclesiam Leodiensem assecurari per *filios suos* et alios homines suos qui ibi presentes erant. Et quia acta sunt hec de communi assensu et voluntate ecclesie Leodiensis et tam nobilium hominum nostrorum, quam hominum case Dei, presentem cartam, sigillis nostro et ecclesie Leodiensis et Domino W. et aliorum fidelium nostrorum Ludowici, comitis de Los, et Theoderici de RupeForti, comitis Montis-Acuti, fecimus roborari. Actum anno Domini Millesimo Ducentesimo Tertio Decimo.

Ex autographo quod penès me est. Pendet adhuc ex hac chartâ sigillum episcopi in cerâ albâ expressum, ex superiori parte et à sinistra non nihil mutilum. Praesulem sedentem exhibens dexterâ pedum sinistrâ librum gerentem. Contra sigillum distingui nequid, neque legi potest inscriptio. Aliorum duorum sigillorum tantum modis locus visetur.

XCV.

1214. W. (Waleramus) filius ducis de Lemburg, abbati et conventui Stabulensi vinum ad proprium ipsorum usum per *villam meam* Botdbac, undecunque duxerint, ab omni exactione, teloneo et conductu quietum et liberum transire concessi. Hujus rei testes sunt *Macharius frater meus* Cono de Ledburg etc. Acta sunt hec anno Domini M° CC° XIIII°.

Extat apud Bertholet, Hist. de Luxembourg, tom. IV, preuv. p. XLIV. *Hic excerpsi ad apographum authenticum, quod debeo benevolentiae R. D. Hub. Bottar archivarii Stabulensis.*

XCVI.

1214. Henricus Dei gratiâ dux de Lemborch et marchio de Arlunis filio meo Walramo dedi totam terram de Arlunis et ipsum castellum cum universis militibus et civibus in castello manentibus, advocato tamen excepto. Hoc pacto praehabito quod praedictus Walramus haec dabit in dotem comitissae de Lucelemburg etc. caret dato.

Apud. Bertholet, Loc. cit., p. XLIV.

XCVII.

Contrat de mariage entre Waleran de Limbourg et Ermesinde, comtesse de Luxembourg. 1214.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. . . . .
. . . . sciant ergo universi. . . . .
Quod ego Waleranus filius Henrici ducis de Lemborch et marchio Arlunensis, castrum meum de Arlun, cum omnibus appenditiis tam in hominibus quam casamentis et rebus omnibus ad id castrum pertinentibus, laude et assensu praedicti patris mei ducis et fratrum meorum Henrici de Valckenborcq et Gerardi de Horne, et etiam filiorum meorum Henrici et Walerani, dominae Ermesindae, comitissae Luceleburq et Rupis, uxori meae, in legitimam dotem contuli et concessi, et ex parte meâ in eodem castro meo Arlunensi nemo pro custodia, nisi sit de honore (les vassaux ou sujets) Durbeti vel Rupis, vel Luceleburg, apponetur.

Si autem uxor mea Ermensindis de me prolem susceperit, quilibet haeredum tam illorum, quos de me genuerit, quam ille haeres quem uxor mea praedicta priusquam eam ducerem habebat, in haereditatem habeat id quod de jure debet habere. Si vero de me prolem non habuerit, haere-

ditas sua ad haeredem suum revertetur, haereditas autem mea meis haeredibus remanebit, etc. . . . .

. . . .

Haec omnia sicut in praesenti continentur pagina, ut firma maneant et stabilia me firmiter, et semper servaturum super sacrosanctas reliquias juravi, et in juramenti mei testimonium praesentibus Litteris sigillum meum apposui. Hoc etiam mecum juravit Wilhelmus, comes de Juliaco, Tiricus de Heinsberch, Gerardus de Horne, frater meus, Arnoldus de Herselon, Alexander de Willari (Villers) et Tiric (Theodoricus) de Malberch, qui in juramentorum suorum testimonium sigilla sua praesentibus Litteris apponi fecerunt. Hoc etiam mecum juraverunt supra dicti filii mei Henricus et Waleranus, *qui cum pro nimia juventute suâ eo tempore quo praesens carta composita fuit, adhuc sigilla non haberent,* hac de causâ praesenti paginae illa non apposuerunt. Actum anno verbi incarnati M,CC,XIV mense Maîo.

Ex tabulario Luxemburgensi edidit Bertholet, Hist. de Luxemb., tom. IV, preuv. p. XLV et XLVI. *et ante ipsum Duchesne*, *preuves de* l'Hist. de la maison de Limbourg, p. 63.

XCVIII.

1214. In nomine Patris et Filii et Spiritûs Sancti. Walramus comes Lucelburg, Rupensis et marchio Arlunis, notum facit quod, in suorum hominum tam nobilium quam ministerialium nec non et burgensium praesentiâ, Nicolaus miles de Otinges confessus sit, usurpatam a se fuisse super bona abbatiae Beat. Mariae in Lucelburg sita in Enxeranges (Enschringen) advocatiam, cui renuntians in compensationem damnorum allodium suum in Enxeranges dictae abbatiae donat. Hoc confirmat Walramus anno gratiae M,CC,XIV mense julii.

Legitur apud Bertholet, loc. cit., p. 47.

XCIX.

1215. Walramus, comes Lucelburgis et Rupensis et marchio Arlunensis, ratum habet donum patris sui Henrici ducis de Limborg quod hic de parte

suâ in jure patronatûs ecclesiae de Kettenem (*Kettenhoven*) ecclesiae B. Mariae in Lucelburg (vulgo *Munster* dictae) contulerat (anno 1210). Actum anno gratiae M,CC,XV, mense martio.

Extat apud Bertholet, loc. cit., p. 48.

C.

HENRI III, DUC DE LIMBOURG, FAIT DONATION DE SES FERMES DE MECHELEN, D'UPHOVEN ET AUTRES A L'ORDRE DES FRÈRES HOSPITALIERS DE SAINT JEAN DE JÉRUSALEM. 1215.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Ego *Heinricus, dux de Limburg.* Quoniam in abyssum solent oblivionis defluere gestaque non fuerint scripto ac testium annotacione perhenata, notum esse cupimus tam presentibus quam future posteritati, quod nos curiam nostram MECHELE et quidquid ad eam in agris cultis aut incultis, in hominibus, pratis, nemoribus seu ceteris quibuscunque pertinet aut molendinis, partes quoque ecclesiarum ad nos pertinentes in *Mechele* et *Wylre;* insuper curiam nostram in USHOVEN, quam nos centum marcis comparavimus et partem ecclesie in HENGEN, contulimus hospitali sancti Johannis transmarino, et hoc de consensu et optimâ voluntate *filiorum nostrorum Walrabmi et Gerhardi.* Prætereà fratribus dicti hospitalis nos protestamur premissis obligatos; et ecclesiam in SITERE ad nos feodali ratione pertinentem, ab ecclesiâ Coloniense aliquo restauro etiam rationabiliter abstractam, similiter eis confedere debeamus. Ne itaque hanc nostram donationem quispiam a dicto hospitali quoquo modo valeat alienare, paginam presentem nostro et filiorum nostrorum sigillis munitam eisdem fratribus duximus exhibendam, datum per manum *notarii nostri Johannis.* Testes qui presentes fuerunt hi sunt: Dominus Walramus junior. Arnoldus de Elslo. Alexander de Wylre. Giselbertus de Monte. Willehelmus qui dicitur Mor. Heinricus de Frisheim et alii quam plures *tam femine quam viri.* Istud donum contuli beato Johanni ad hospitale transmarinum pro remedio anime mee, et conjugis mee et filiorum ac ceterorum parentum meorum, in manus fratrum hospitalis, fratris Heinrici tunc magistri summi per Alemaniam et fratris Amilii de Owa, fratris Cunradi, qui dicitur Selavus

fratris Heinrici de Steinebrunnen. Actum anno Dominice incarnationis M°CC°XV°.

Ad autographum descripsi quod in tabulario domûs Melitensi S. Johannis Aquisgrani olim asservabatur.

CI.

HUGUES DE PIERREPONT, ÉVÊQUE DE LIÉGE, FAIT CONNAITRE QUE HENRI, DUC DE LIMBOURG, A DONNÉ A WIDON, ABBÉ DU MONASTÈRE DE SAINTE-AGATHE, A HOCHT, UN TERRAIN POUR L'ÉTABLISSEMENT DE L'ABBAYE DU VAL-DIEU. 1216.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Hugo divinâ favente clementiâ Leodiensis ecclesie episcopus, universis Christi fidelibus ad quos presens pagina pervenerit in perpetuum. Ne rei geste finem consumat oblivio. Litterarum solet indiciis eternari. Quapropter noverit tam presens etas quam successura posteritas. Quod Heinricus dux de Limburch, zelo pie devotionis succensus de consensu filiorum suorum et ministerialium suorum consilio partem quandam allodii sui comitie de DALEHEIM adjacentem terram scilicet et nemus rivo *Berwin* contiguum unum habens in longitudine mansum, et in latitudine dimidium, abbati Widoni et confratribus suis de Sancta Agatha Cisterciensis ordinis pro remedio anime sue ac parentum suorum. per manus nostras liberum et absolutum ab omni jure, censu et exactione contradidit, ut fratres jam dicti abbatiam suam in locum transferant eundem. Tanquam ipsis magis ydoneum et commodiorem. Ut ergò, hoc factum rationabile. ratum permaneat ac inconvulsum. presentem paginam exinde conscriptam. *Sigilli nostri karactere et sigillo prefati ducis* dignum duximus insigniri. sub anathemate districtè precipientes. Ne quis huic facto. ausu temerario contraire presumat. Hujus rei testes sunt. Heinricus de Jacia. Thomas de Hemmericurt. archidiaconi. Petrus. Lambertus. capellani. Nicholaus. Johannes. notarii. Theodricus de Skinne. Godefridus filius ejus. Willelmus de Wilre. Winandus de Lumires. Willelmus advocatus de Gilemont. Winandus frater ejus milites. Preter hosq· alii quamplures. Villici. Forestarii. Man-

sionarii circumjacentes, qui et ipsi pari arbitrio et consensu. Jure suo et usuagio resignato. Sepedictis fratribus terminos et metas ejusdem possessionis consignaverunt. Acta sunt hec anno Dominice incarnationis Mill. Ducent. Sexto Decimo.

Descripsi ex autographo quod mecum communicavit rev. Dominus abbas Vallis Dei.

CII.

1216. Wal. comes Lucelburgensis et Rupensis et marchio Arlunensis, id ipsum, quod Hugo diplomate proxime praemisso, et eisdem fere verbis testatur, patrisque sui factum confirmat, in cujus rei testimonium chartam de super confectam tam suo quàm fratris sui Gerardi sigillo fecit communiri.

L'original de cette charte conservé autrefois à l'abbaye du Val-Dieu était muni de deux sceaux en cire verte sur double queue de cuir blanc. Elle a été imprimée par Jongelin dans son ouvrage intitulé : Notitia abb. ordinis Cisterciensis., lib. IX., p. 48, *et par Foppens,* Miraei Oper. diplom. suppl., tom. III, p. 380.

CIII.

1216. Ego Heinricus Dei gratia dux de Lemborc, marcivus de Arlo, dilectis filiis meis Walramo atque Gerardo, omnibus que Christi fidelibus. . . . . salutem. . . . .
religiosis viris de Valle Dei Cisterciensis ordinis cum suis vehiculis liberum do conductum per omnem locum mei juris, meeque potestatis. . . . . . . etc. etc. *Caret anni indictione.*

Un sceau en cire rouge pendant sur double queue de cordon de lin était attaché à

l'original conservé aux archives de l'abbaye du Val-Dieu. Jongelin a aussi imprimé ce diplôme page 54 de l'ouvrage cité au numéro précédent.

CIV.

1216. Circ. Henricus Dei gratia dux de Lemborch, marcivus de Arlo, dilectis filiis suis Walrano atque Gerardo. . . . . intuitu amoris divini fratres de nova abbatia Vallis Dei sub nostram tuitionem atque protectionem suscepimus. Undè. . . . . eosdem fratres ac eorum bona sollicitè defensare. . . . . curetis. Plurimum namque in loco predicto, quem incultum, et ab omni colono vacantem adepti sunt, laboraverunt, etc. . . . . *caret notis chronicis.*

Legitur apud Jongelinum ubi suprà, p. 55.

CV.

Henri III, duc de Limbourg, fait donation d'un bois au prieuré de Beaufays, dans le pays de Liége, vers 1216.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Notum sit universis Christi fidelibus quod nobilis dux de Lembor pietate motus super paupertate domûs de Beaufays eidem domui in eleemosynam contulit pro salute animae suae ad faciendam refectionem conventui in die anniversarii sui, silvam quae est a domo de Beafais usque ad prata de Prailhon in longum et in latum a rivo qui defluit ab ipsâ domo in aquam de *Vesdre* usque ad rivulum qui dicitur *Waltenne* in perpetuum possidendam et super ltare Sanctae Dei genitricis Mariae quod est in loco praefato propriis manibus quidquid in nemore determinato juris habebat deportavit, et ipso praesente et omni familiâ suâ ex parte Dei excommunicatum fuit et interdictum ne quis eleemosynae hujus donationem a modo violare praesumat. Testes autem hujus rei sunt. *Dominus Henricus advocatus nepos ejus*, dominus Bonefacius de Mońces et dominus Gerardus de Hornes et Johannes et Riqnus armigeri et alii multi.

Pour copie conforme à l'original, écrit sur

vélin, au pied duquel se trouve attaché un grand sceau imprimé sur cire couleur de chair représentant l'effigie d'un homme à cheval. Ce que j'atteste (était signé) *Jean Andernach, notaire immatriculé de Liége in fidem.*

CVI.

1217. Waleramus comes Lucelburgensis. . . . . Notum facimus quod Philippus de Alta Ripa domini Clarembaldi filius de ipso castro quod Alta Ripa dicitur, factus est homo noster ligius, nos quoque tale feodum et casamentum, quale pater suus et alii antecessores sui tenuerunt ab eis, qui usque in hodiernum diem in Namurco domini fuerunt, eidem Philippo in hominium reddidimus. . . . . etiam hoc notum facere volumus quod ego Walleranus comes Lucelburgensis, Ludovicus comes de Los, Gerardus de Horne, Thiricus dominus de Hinsberch, *Henricus et Walleranus filii mei*, predicto Philippo aut patri suo, si guerram habuerint vel obsessi fuerint tenemur subvenire. . . . . in cujus etiam conventionis testimonium dominus Adolphus de Monte, dominus Willelmus Juliacensis, dominus Henricus de Zine (*leg. Seyne*), dominus Fridericus de Altenay et dominus Theodericus de Cassele (Kessele), comites, ipsam eandem paginam sigillorum nostrorum (leg. *suorum*) munimine roborarunt. Actum anno verbi incarnati M,CC,XVII mense maii.

Edidit Bertholet, Hist. de Luxemb., tom. IV, *preuv.*, p. 40.

CVII.

THIERRY, SIRE DE HEINSBERG, DONNE AU MONASTÈRE DES DAMES A HEINSBERG, CERTAINS BIENS DANS QUELQUES UNS DESQUELS LE DUC DE LIMBOURG AVAIT UNE PART. 1217.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Theodoricus Dei gratia dominus Heynsbergensis, universis Christi fidelibus ad quos scripti hujus

notitia perveuerit salutem in perpetuum. Quia predecessores nostri dignatione divine miserationis opum et dignitatum affluentiam accessisse sibi recognoverunt, pietatis operibus operam impendendo gratos se gratia qua preventi fuerunt se exhibuerunt. Ideo cenobium Heinsbergense in nostro allodio extructum mater Aleidis et soror Agnes monialis ibidem sepulte. . . . . quo circa omne allodium nostrum in *Hunshoven* cum curte nostra et omnibus agris et patronatu ecclesie absque omni contradictione conferimus; item allodium in *Hoengen*, tres partes de jure patronatûs, *quarta ad ducem de Lemburgh spectat,* quatuor solidos censuales curie nostre in *Scaphusen*, cum jure ac debito quod ex morte hominum provenit quod vulgò *Kurmeide* vocatur, patrimonium etiam Sancti Gerlaci quod olim ei cessit jure hereditario, et bonnarium terre quod *consanguineus noster* dominus *Goswinus de Valckenburch* addidit de curia *Holtheim* et nemus nostrum in *Wolvenkrode* domina Isalda, uxore nostra consentiente. Testes. Henricus filius domini Walrami comitis Luzelburgensis et marchionis de Arlo, Walthelmus de Bunde et Reinardus frater suus, Gerardus de Bunde. Acta sunt hec anno Domini M,CC,XVII. Indict V.

Ex Annalibus Gangeltensibus ineditis, *R. P. Jacobi Kritzrad.*, *fol.* 40.

CVIII.

1217. In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Ego Henricus dux de Lemborch et marchio de Arlon, notum facio. . . . . quod Rutgerus abbas in Rode comparavit curtem Arnoldi cognomento Bolce. . . . . idem vero Arnoldus et uxor ejus Uda et filii sui et filie coram altari et fratribus ejusdem loci libera voluntate exfestucaverunt, abbas vero et fratres ejus quod factum fuerat vinculo anathematis confirmaverunt. Item abbas Rutgerus emit triginta jugera arabilis terre à Wilhelmo advocato de Ubach prope villam de Burnesleden pro viginti tribus marcis. . . . . abbas verè ipsa bona insacramentavit. . . . . Haec autem omnia, ut inconcussa et intacta permaneant, sollerti stilo commendare et sigilli nostri impressione munire curavimus. Si quis igitur tam solempniter actum infringere attemptaverit intremendi judicii die dampnationi per-

petuè, nisi resipiscat, subjacebit. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini, Millesimo Ducentesimo XVII.

Ex autographô in abbatiâ Rodensi.

CIX.

Charte d'Engelbert, archevêque de Cologne, touchant la dot d'Ermengarde, sa nièce, mariée a Henri, fils du duc Waleran III ; 30 mars 1218.

Engelbertus, Dei gratia Sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus. Omnibus quibus presentem cartulam contigerit intueri salutem in vero salutari. Vestre duximus universitati presentibus declarandum quod dominus Walramus comes de Luzelenburch curtim in *Rudensheym*, quam a nobis in feodo tenuit, in manus nostras cum omnibus attinentiis suis resignavit, et nos ad ejusdem petitionem ipsam cum omni jure *Irmengardi cognate nostre* uxori filii sui Heinrici concessimus quo ad vixerit possidendam. Insuper antedictus Walramus coram nobis pollicitus est, quod bona, que de manu domini Leodiensis episcopi habet in feodo, eidem resignabit, praefate uxori filii sui concedenda, ut ipsa tam diu eadem possideat quousque memoratus comes Walramus castrum in Munjoie et terram Cumeze cum suis pertinentiis sibi assignat. Et in hoc factum apud aliquem in posterum veniat in dubium sed debitam obtineat firmitatem, presentem paginam exindè conscriptam sigilli nostri impressione fecimus communiri. Acta sunt hec anno incarnationis Dominice Mill° CC° septimo decimo. (v. s.) Datum Brule III° Kalend. Aprilis.

Extat in Christ. Jac. Kremer, Academische Beitraege zur gulch-und Bergischen geschichte. Mannheim, 1781, tom. III, dipl. 48, p. 71.

CX.

1218. Henricus de Rumigny, dominus de Florinnes, promittit se ex feudo, quod ab episcopo Leodiensi tenet, nullum comiti Walramo dam-

num vel gravamen illaturum esse. Datum anno Domin. Incarn. M,CC,XVIII, mense Augusti.

Bertholet, hist. de Luxemb., t. 4., preuv. p. 51.

CXI.

1218. Conventio inter Waleranum comitem Luceburgensem et capitulum ecclesiae B. Pauli Metensis.—Comes de consensu uxoris suae L. (leg. E) dominae de Luxemburgo et Walerami junioris filii comitis et Elisabethae uxoris ejusdem, sororis domini M. (leg. H.) tunc temporis comitis Barrensis, recognovit se nihil juris habere in praedictis villis, scilicet Basailles et Angodenges, nec in aqua praenominata de Charances. Capitulum vero volens, quod dictus comes, cujus castra praedictis villis adjacebant, eas ab omnibus male factoribus defenderet, statuit ut incolae dictarum villarum comiti dum vixerit, annuum censum persolvant. Ut autem haec rata permaneant dictus comes et uxor ejus et W junior filius comitis, de consensu uxoris suae supradictae, sigillis suis praesentem paginam sigillavit (leg. sigillaverunt). Datum Metis, anno gratiae MCC octavo decimo.

Edidit Foppens in suppl. ad Miraei Oper. diplom., tom. IV., Part. II, cap. 72, p. 230.

CXII.

1218. In nomine. . . . . Heinricus Dei gratia dux de Limburch. . . . . notum facimus. . . . . quod eo tempore, quo bone memorie Wilhelmus comes Juliacensis in peregrinatione Sancte Crucis defunctus est, et nos feodum, quod prefatus comes a palatino comite Rheni tenebat in Briseche et Luzzinc adepti sumus. . . . . curtim ecclesie B. Marie de Lacu in villa de Luzzinc sitam. . . . . ab omni exactione que precaria vocatur. Quam. . . . . indebitè solverant. Libere in perpetuum absolvimus. Quatenus nostri memoria in predicta ecclesia jugiter perseveret. etc. . . . . Acta sunt hec anno verbi incarnati Millesimo CC,XVIII. Hujus rei testes sunt, etc.

Ex autographo editum habetur in Actis acad.

Theodoro-Palatinae, vol. III, *histor.*, p. 130, nº 32.

CXIII.

1219. In nomine. . . . . Ego Henricus dux de Lemburg, notum facio. . . . . quod. . . . . . . mansionarios ecclesie Rodensis in territorio Rodensi manentes liberos ab omni exactione dimisi excepto jure civili, et in altari B. Marie liberaliter sacrificavi. Igitur ne. . . . . hoc factum infringat versutia aliquorum, scriptòris sollertia huic scedule annotari feci, et sigilli nostri et filiorum meorum impressione muniri. Si quis ergo istud tam solempniter, tam rationabiliter factum infringere attemptaverit, in novissimo examine anathema sit. Huic actioni interfuerunt Helmericus abbas ejusdem loci, Daniel prior, Cunradus Cellararius, Wilhelmus Custos et alii quidam ex fratribus. . . . . Theodericus de Schinne et filii sui Godefridus et Johannes et quam plures honesti viri. Acta sunt hec anno Domini M,CC,XVIIII.

Ex autographo quod penes me habeo.

CXIV.

WALERAN, COMTE DE LUXEMBOURG ET DE LAROCHE, MARQUIS D'ARLON, TERMINE, A L'AMIABLE, UN DIFFEREND QUE L'ABBAYE DE ROLDUC AVAIT AVEC UN CHEVALIER VOISIN. 1219.

In nomine Domini. Ego Waleramus comes Luceb. et Rup. et marchio de Arlo. Notum facio tam presentibus quàm futuris, quod cum inter Rodensem ecclesiam et Ruthgerum militem de Bekkendorp disceptatio esset super quadam cappâ, quam sibi hereditario jure annuatim deberi asserebat, nostro et prudentum virorum qui aderant consilio sic convenerint, quod jam dicta ecclesia prefato R. pro compositione duas marcas dedit, et sic ipse renuntiavit omni querimonie et exfestucavit. Huic actioni interfuerunt viri nobiles filius meus Henricus, Alexander de Wilre, Wilhelmus Castellanus, Reinoldus de Lureche, et ministeriales Winandus de Lummirs, Wilhelmus Puls, Herimannus de Eigelshog et fratres ecclesie nostre cum abbate suo

Helmerico et alii quam plures. Hec ut rata permaneant sigilli nostri impressione confirmavimus. Acta sunt hec anno incarnationis Domini Mill°. CC,XVIIII, die festo divisionis Apostolorum. Rode in domo nostrâ.

Ex autographo quod asservo, cui appendet ex filis lineis decussatim inter se implexis sigillum Walerami cerae viridi impressum, similiter et sigillum abbatis Rodensis, cerae infixum albae, et si in charta non promissum, exhibens praesulem stantem dexterâ pedum, sinistrâ librum clausum gestantem, cum epigraphe : IGIL. . . . . ELMER. . . . BATIS IN RODE.

CXV.

Traité de paix entre Engelbert I, archevèque de Cologne, et Waleran de Limbourg, comte de Luxembourg. 1220.

Comes de Lutzenburg, comites de Vianden, quos captiverat, liberos et solutos sine omni conditione dimittet, hoc adjecto, quod si imposterum ergà ipsos actionem ratione hominii, quo ei sunt astricti, eum habere contingerit, per hoc pacem non violabit. Item Henricus filius suus super haereditate uxoris suae se potestati et gratiae domini archiepiscopi praecise submisit, ita quod nunquam illam repetet nisi de gratiâ et voluntate ipsius eam obtinere possit.

Item memoratus comes de Lutzelenburg super causa quae inter ipsum et comites Namurcens. vertitur se domini archiepiscopi submisit arbitrio, ut quicquid ipse mediantibus personis quas ad hoc assumpserit inde duxerit ordinandum, ratum teneat et inconvulsum. Insuper causam quae inter eum et de Hochsteden et Veldenze comites ventilatur, archiepiscopus amicabili compositione vel justitia mediante decidet. Dominus autem Walramus, Henricus et Walramus filii sui, juramentum praestiterunt corporaliter, quod quae praemissa sunt fideliter observabunt. Praeterea Gerardus de Horne, Hermannus de Eylsloe, Alexander de Wilre, Theodericus de Hufalis, Wilhelmus Mor et Udo filius ejus jurarunt, quod si pracnominatus dominus

Walramus, et filii sui contra praescriptam formam venerint, domino archiepiscopo contra ipsos tam diu assistent, usque dum super omissis satisfecerint, condigne.

Ad haec Cuno de Rulant juravit quod bonafide ad observantiam praemissorum ipsos monebit et inducet : ad ampliorem etiam firmitatem dux Brabantiae, Seynensis, de Lon et Fridericus de Isenberg, comites, Theodericus vir nobilis de Heinsberg, fide data in manus domini archiepiscopi promiserunt, quod si dominus Walramus et filii sui quae praenotata sunt infregerint ipsi contra eos sibi usque ad satisfactionem assistent. Ad hujus autem facti robur, et evidentiam praesenti paginae domini archiepiscopi et ipsius comitis de Lutzelenburg sigilla sunt appensa. Datum Coloniae anno Domini M,CC,XX, indictione VIII, mense Augusto.

Fragmentum isthoc diplomatis refertur ab Aegidio Gelenio in notis ad caput IV, libri I, Historiae seu vitae Sancti Engelberti archiepiscopi Coloniensis, p. 79 et 80. *Edit. Colon. anni* 1633. *Notae chronologicae ibidem desunt, has supplevi ex apographo hujus diplomatis in Ferragine Geleniana, vol. II, fol.* 37 *verso.*

CXVI.

1221. Waleramus comes de Luxemborch et de Rupe, marchio d'Arlon et ego G. de Wassemberge ratam et firmam habemus donationem, quam dominus et pater noster Henricus piae memoriae dux de Lemborch ecclesiae B. Servatii contulit, videlicet quod omnia vina sua, etc. . . . . . . Testes hujus eleemosyniae sunt D. Engelbertus archiepiscopus Coloniensis, Arnoldus comes de Los, Henricus et Walleranus junior filii nostri Walerami predicti alii que plures. Acta sunt haec in claustro de Rode. Anno M,CC,XXI.

Excerptum isthoc diplomatis refert Butkens, Trophées du duché de Brabant, tom. II, p. 322.

CXVII.

1221, Waleramus dux de Lemburg, comes de Lucemburg et marchio de Arlon, universis Christi fidelibus. . . . . indè est quod conventui

sancti monialium de Roberti-Monte, Cisterciensis ordinis, nemu sde *Nigerrey*, sicut in spelunca ejusdem loci usque ad nemus earum extenditur, contulimus et concessimus perpetuò possidendum.

Datum Limburg anno gratiae Millesimo Ducentesimo Vicesimo Primo.

Hoc excerptum legitur apud Miraeum Oper. diplom., tom. I., p. 301.

CXVIII.

WALERAN III, DUC DE LIMBOURG, DÉCLARE QU'IL N'A POINT LE DROIT D'EXIGER DES PÉAGES A EISDEN, ET PROMET DE RÉPARER, APRÈS QU'IL EN AURA ÉTÉ REQUIS, LES DOMMAGES QUE L'ÉGLISE DE LIÉGE POURRAIT AVOIR SOUFFERTS PAR LES EXACTIONS QUI POURRAIENT AVOIR EU LIEU. 1221.

Hec sunt danda memorie, quia si casu aliquo oblivionem attingerent nostris forte successoribus et sancte ecclesiae generare possent incommodum vel errorem. Innotescat ergo presentibus et sciant posteri, quod ego, WAL. *dux Lemburgensis comes Lucemburgensis et marchio Arlunensis* in villa meâ de ASPRE nullum thelonium, nullum vectigal, sive pedachium habeo vel requiro, indulgens omnibus mercatoribus seu navigantibus, ut inde apud Visetum liberè transeant sicut antiquitus ab omni exactione injusta a me et a meis absoluti. Si vero ecclesie Beati Lamberti Leodiensis aliquas superdicto thelonio irrogavi injurias, ego postquam ab eadem ecclesie fuero requisitus secundum rei veritatem illatas, sique sunt, injurias emendabo. Ut autem hec perpetue robur firmitatis obtineant presentem paginam sigilli mei appensione roboravi. Actum anno gratiae M,CC,XXI, mense julio.

Extat hoc diploma inter instrumenta adjecta scripto cui titulus : Manifeste et démonstration sincère et véritable de l'usurpation du Thonlieu, entreprinse par les seigneurs gagiers d'Eisden ou Asple sur la rivière de Moeuse au mesme lieu. Liége, 1615,

p. 61. *Hic exactum est ad autographum, quod modò asservatur in tabulario provinciae Leodiensis.*

CXIX.

WALERAN, COMTE DE LUXEMBOURG, ET GÉRARD, COMTE DE WASSENBERG, SON FRÈRE, CONFIRMENT L'EXEMPTION DE PÉAGE DANS LEURS TERRES, ACCORDÉE AU CHAPITRE DE S. SERVAIS A MAESTRICHT, PAR HENRI III, DUC DE LIMBOURG, LEUR PÈRE, DANS UNE CHARTE SANS DATE. 1221.

Henricus dux de Limburg et marchio de Arlon, omnibus ad quos hoc scriptum pervenerit salutem. Universis praesens scriptum inspecturis notum facimus, quod in praesentia et attestatione cognati nostri ducis Brabantiae, filiorum nostrorum assensu H. videlicet de Wassenberg, W. de Mongoue, et . . . . de Hurve, ecclesie Beati Servatii quae est in Trajecto universa conductus jura nobis debita in perpetuum, pro remedio animae nostrae et nostrorum, liberè remisimus, ita quod plaustra ad proprios usus ejusdem ecclesie vinum vehentia potestatis nostrae terminos sine aliqua conductus persolutione quiete pertranseant, et ne hoc devotionis nostrae factum aliqua posterorum nostrorum temeritate violari possit, sigilli nostri confirmatione munivimus.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis amen . . . . Sçiant ergo tam praesentes quam futuri, quod ego . . . . et G. comes de Wassenberg, ratam et firmam habemus donationem, quam dominus et pater noster Henricus piae memoriae dux de Lemburg pro remediae suae et nostrorum ecclesiae Beati Servatii in Trajecto contulit: videlicet . . . . statuentes et mandantes universis potestatis nostrae subditis sub periculo rerum et honoris, ne quis eorum hanc eleemonisam Sancti Servatii pro salute animae dicti patris nostri et totius parentelae nostrae collatam infringere aut perturbare praesumat. Testes autem hujus eleemosinae sunt. Dominus Engelbertus Coloniensis archiepiscopus, abbas H. (Helmericus) de Rode, F. (Fridericus) praepositus de Wassemberg, Arnoldus 'comes de Los, Henricus et Walramus junior, et alii quam plures. Acta haec sunt anno gratiae M,CC,XXI

in claustro de Rode. Ut autem haec rata et inconcussa maneant sigillis nostris hanc cartam fecimus insigniri.

Ex libro copiali capituli S. Servatii, fol. 267 mecum communicavit praeclarus dominus Carolus de Lenarts de Scharpenberg.

CXX.

1222. Ego Agnes ducissa Lotharingiae recepi in feodo castellum de Satenaio cum omnibus appenditiis a comite de Luccellenburch, eo modo sicut pater meus Theobaldus quondam comes Barrensis habuit, etc. . . . . Actum anno M°CC°XXII nonas Julii.

Publici juris fecerunt Bertholet, Hist. de Luxemb., *preuv.* tom. IV, p. 52; *et Lunig* Codex Germaniae diplomaticus. Tom. II, p. 1598.

CXXI.

WALERAN III, DUC DE LIMBOURG, SES FILS HENRI ET WALERAN, ET GÉRARD, SON FRÈRE, SIRE DE WASSENBERG, DONNENT AU MONASTÈRE DE HEINSBERG LE DROIT DE PATRONAGE DE L'ÉGLISE DE HOENGEN. 1222.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Walramus, Dei gratia, dux Lemburgensis, Heinricus et Walramus ipsius filii, Gerardus frater ejus de Wassemberg, tam futuris quam praesentibus. Notum sit omnibus, quod, cum ad nos hereditario jure *una cum domino de Heinsberg* jus patronatûs in ecclesia HUNGENSE esset devolutum, nos considerantes paupertatem et religionem conventus in Heinsberg, liberalitatis motu jus ad nos devolutum cum omni integritate in remedium animarum nostrarum prefate contulimus ecclesie; ut autem liberalis hec nostra devotio nulli futuro in tempore veniat in dubium, et ab haeredibus nostris rata servetur, presentem paginam super eo conscriptam ad ecclesie praefate munimen

sigillis nostris fecimus communiri. Acta sunt hec anno incarnationis Domini, Millesimo Ducentesimo Vigesimo Secundo, mense Januario, indictione Decima. Testes autem sunt hi : Elmericus abbas Rodensis, magister Johannes decanus Aquensis, prepositus Sibodo, Heinricus custos monasterii, Tiricus de Hufalize, Alexander de Wilre, Herimannus de Eleslo, Willelmus Moer et sui filii Udo et Tiricus, Willelmus Poels, Herimannus de Echelsoze.

Ex chartulario nobilis Parthenonis in Heinsberg, ubi exstat sub n° 25, mecum communicavit amplissimus D. Kreetz dicti Parthenonis Praepositus.

CXXII.

1223. Instrumentum pacis inter Joannam, Flandriae et Hannoniae comitissam ac Philippum marchionem Namurcensem ex unâ parte, et dominum Waleranum, ducem de Lembourg ac dominam Ermensindem uxorem ejus ex alterâ parte. Actum apud Dionatum feria secunda post *Invocavit* anno Millesimo Ducentesimo Vicesimo Secundo, mense Martio.

Extat mutilum apud Miraeum, Oper. diplom., tom. I, p. 301; *et Dumont,* Corps diplomatique etc., tom. I, part 1, p. 162.

CXXIII.

122... In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Notum sit . . . . me Henricum dominum in Monio ac filium ducis in Limburg, Gerardo militi in Sinzeka ob devotionem hominii michi factam contulisse quinquaginta marcas, pro quibus sibi inpignoravi annuatim quinque marcas census, quas solvere tenentur de vineis homines in Linsse. XXXVIII solidos de vineis in Saffenberg . . . . . de Telonio in Sinzeka VII solidos, etc. . . . . Sigillum hanc praefert inscriptionem : Sigillum Heinrici filii domini Wallerami.

Ex autographo, quod notis chronicis destitutum est, edidit de Gudenus, Codicis diplomatici, etc., tom. II, p. 934.

CXXIV.

Gérard de Limbourg, seigneur de Wassenberg, confirme la donation que Rutger de Merhem, son beau père, avait faite a l'abbaye de Camp, des biens qu'il possedait a Bleric. 1223.

Gerardus de Wassenberg ducis de Lymburg filius . . . . Notum igitur facimus omnibus presentem paginam inspecturis, quod cum bone memorie vir nobilis *Rutgerus de Merhem* pia ductus consideratione spontaneam fratrum cenobii Campensis attenderet paupertatem, bona sua quecunque in Blereke possidebat, cum omnibus attinentiis suis memorate contulit ecclesie, amicos sibi per hoc facere cogitans à quibus in tabernacula reciperetur eterne felicitatis. Cujus pie donationi nos et *uxor nostra Beatrix ejus filia*, quam eadem bona jure hereditario contingere videbantur ex animo congaudentes, eam gratanter acceptavimus et nostro ipsam favore confirmavimus et assensu. Hoc autem in eorum fecimus presentia quorum nomina subsecuntur: Godefridus et Gerardus monachi Campenses. Winricus de Dithim. Jacobus de Mirlar et frater ejus Hermannus. Waltgerus de Merhem, Theodericus frater prefati Rutgeri, Rutgerus de Herthem, Jacobus de Rothem milites. Porrò ne inposterum aliquis (sic) successorum nostrorum aut etiam extraneorum prefatam ecclesiam in predictis bonis molestare aut injuriam ipsis facere presumat presens inde pagina conscripta est et nostro sigillo communita. Acta vero sunt hec anno gratie M.CC.XIII (1223).

Ex autographo abbatiae Campensis.

CXXV.

Thierry, archevêque de Trèves, donne l'investiture d'Arlon a Ermesinde et a ses enfans, pour qu'ils en aient l'usufruit après la mort du duc Waleran, époux d'Ermesinde. 1223.

Theodericus Dei gratia Trevirorum archiepiscopus universis presentes litteras inspecturis notum facimus, quod nos ad petitionem dilecti fidelis et conpatris nostri karissimi Walerami ducis de Limburg et comitis de Lutselimburg omne feodum suum videlicet de Arluns et Luzelliburg dilectissime uxori sue et conmatri nostre Ermegardi, prolibusquoque suis

Henrico, Gerardo filiis, Catharine etiam filie sue sollempniter jure feodali concessimus obtinendum; ita, quod dicta domina, si dictum ducem et comitem maritum suum supervixerit, diebus vite sue usum fructum obtinebit. In cujus rei testimonium presens scriptum nostro sigillo patet communitum. Actum anno Domini M,CC,XXIII in die S. Clementis.

Edidit Hontheim, Hist. Trevir. diplom., t. 1, p. 699.

CXXVI.

WALERAN III, DUC DE LIMBOURG, DONNE A L'ABBAYE DE WADEGOTZ LE DROIT DE PATRONAGE DE L'ÉGLISE DE BLIDERSDORF. LE 2 FÉVRIER 1223. (V. S.).

Ego Walramus, dux de Lemburg, comes de Lucelburg et marchio de Arlun. Universis tam presentibus quam futuris, ad quos presens scriptum pervenerit, facio manifestum, quod patronatum ecclesie de Bliterstorff et quidquid juris habebam in ejusdem ecclesie patronatu pro anime mee, nostrorum predecessorum et successorum meorum remedio ecclesie Wadegozingen in perpetuum contuli et concessi, et super altare dicte ecclesie ramo et cespite resignavi. Ut autem hec donatio mea rata et inconvulsa permaneat, nec ab aliquo possit in posterum ausu temerario violari, presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Datum Wadegozingen anno ab incarnatione Domini Millesimo Ducentesimo Vigesimo Tertio in die Purificationis beate Marie.

In lucem ex tabulario Wadegotiensi protulit J. M. Kremer, Genealogische geschichte des alten Ardennischen geschlechts etc., 1785, *Chart. Saraepontan.*, n. 26, p. 310.

CXXVII.

1224. Henricus de Duna notum esse volo . . . . quid dominus meus Walramus, dux de Lemburga . . . . . . et domina Ermesindis ejus

uxor, marscalcciam comitiae Lucelburgensis mihi et haeredibus meis in feodo et hominio contulerunt in perpetuum possidendam, etc. . . . . . . Actum anno Domini M,CC,XXIII (v. s.) mense februario.

Apud Bertholet, Hist. de Luxemb., tom. IV, *preuv.* p. 52.

CXXVIII.

VIDIMUS DU CHAPITRE DE LA CATHÉDRALE DE LIÉGE, D'UNE CHARTE DE GÉRARD, SEIGNEUR DE WASSENBERG, PAR LAQUELLE IL CONFIRME UNE DONATION FAITE AU PRIEURÉ DE BEAUFAYS, AU PAYS DE LIÉGE, PAR L'ÉVÊQUE DE VERDUN, AVEC LE CONSENTEMENT DE HENRI III, DUC DE LIMBOURG. 1224.

Universis presentes litteras inspecturis capitulum majoris ecclesie Leodiensis salutem in Domino et cognoscere veritatem. Noveritis nos litteras infrà scriptas non cancellatas, non abolitas, nec in aliquâ sui parte vitiatas, veroque sigillo (supple cujus) in ipsis mentio habetur, prout primâ facie apparebat sigillatas, vidisse, tenuisse et legisse de vèrbo ad verbum in hec verba:

G. dominus de Wassenberg omnibus ad quos presens scriptum pervenerit in Domino salutem. Sciant omnes tam futuri quam presentes, quod nos eleemosynam factam a domino Virdunensi episcopo domui de Bellofageto de sylvâ, que adjacet eidem, que eleemosyna facta fuit de consensu, licentia et ratihabitione patris nostri H. domini ducis bone memorie de Limborg, et sigillo suo et prefati domini episcopi roborata, concedimus liberè et absolutè, et ratam habemus, volentes esse participes orationum et bonorum ejusdem domûs. Insuper omnia bona jam dicte domûs sub dominio nostro sita sub protectione nostrâ ponimus tuentes ea tanquam advocatus bonâ fide, et promotioni ejusdem domûs modis quibus poterimus insistemus. Et ut ratum et firmum hoc fiat presentes litteras sigillo nostro roboravimus. Actum anno gratiae M° CC° XX quarto.

In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum ecclesie nostre ad causas duximus apponendum. Datum anno Domini M° CCC quinto,

sabbato ante dominicam Invocavit me. Et infra in medio erat S. Floris p. cop.

Pour copie conforme à l'original, écrit sur velin, ce que j'atteste, (signé) *Jean Andernach notaire immatriculé de Liége, in fidem. Communiqué par M. Stembier, prieur du monastère de Beaufays.*

CXXIX

WALERAN III, DUC DE LIMBOURG, RESTITUE A L'ÉGLISE ROYALE D'AIX-LA-CHAPELLE, LE DROIT DE PATRONAGE DE L'ÉGLISE DE MONTZEN, DONT IL AVAIT CRU ÊTRE LE PROPRIÉTAIRE LÉGITIME. 1225.

W. dux de Lemburg, comes de Lucelburg et marchio Arlunensis, universis ad quos notitiam presens scriptum pervenerit. Pie vivere et veritatis in Christo testimonium acceptare. Eaque juste fiunt et racionabiliter ob cultum et reverentiam Dei et beatissime Marie genitricis ejus. Ne processu temporum ex fragili hominum memoria in oblivionem deveniant vel aliquorum malicia recindatur litterarum memorie convenit comendare. Ea propter universis Christi fidelibus futuris et presentibus notum esse volumus quod cum in ecclesia de MUNCHERHEIM jus patronatus nos habere crederemus et tam per jus evidens quam per multorum assertionem qui de ipso jure dicebant se plene instructos fuisse nobis constaret evidenter quod jus patronatus ejusdem ecclesie ad capitulum beate Marie in Aquis pertinet et spectat specialiter, ob salutem anime nostre opinionem nostram omnimode deponentes et omni juri quod in supra dicta ecclesia putabamus habere renunciantes, jus plenum et integrum super patronatum ipsius ecclesie jam dicto capitulo beate Marie recognoscimus et confirmamus. Devote petentes quatenus dominus noster H. Leodiensis episcopus in cujus diocesi eadem sita est ecclesia, et dominus noster E. Coloniensis archiepiscopus, racione imperii quod ei commissum est et racione sui archiepiscopatus, factum nostrum ratum habeant et confirment. Ad cujus rei certam in posterum evidenciam presentem kartam

inde conscriptam, sigillo nostro fecimus roborari. Datum anno Domini M.°CC.°XXV.° mense Julii.

Ex autographo mecum communicavit admodum R. D. Hof abbatiae Brunwilleranae olim alumnus.

CXXX.

1225. Sciant omnes . . . . quod ego Waleramus dux de Lemburg . . . . conտuli domino Matthaeo, duci Lotharingiae cum filia mea Catharina ter mille libras Metenses a proximo festo Beati Remigii in annum persolvendas : pro quibus nisi eas infra praedictum annum ei persolvero, ego sibi trecentas libras terrae ad Metenses ad dictum considerationem quatuor proborum hominum et comitis Sarapontensis assignabo de super... Actum anno Domini MCCXXV mense Septembri.

Extat, cum apocha Matthaei ducis anno 1229 *feria tertia ante festum B. Michaelis data* (25 sept.) *apud Duchesne*, Preuves de l'histoire de la maison de Luxemb., p. 73; *Bertholet*, Hist. de Luxemb., tom. IV, *preuv.* p. 54 et 57; et *Joh. Christ. Lunig.*, Cod. Germaniae diplom., tom. II, p. 1598 et 1930. *Vide etiam Calmet*, Hist. de Lorr., tom. II, *preuv.*, p. 437.

CXXXI.

1225. Walramus dux de Lembourch . . . . monasterium S. Mariae de Luxemburch (vulgo Munster dicti) . . . . liberum esse sub tuitione apostolica statuimus, liberum que abbatem illic esse . . . . statuimus etiam ut abbatem aliunde non habeant . . . . advocatum in eadem abbatia esse prohibimus . . . . advocatus autem hujus castri (Lucemburch) nullum gravamen eis inferat . . . . si pugna duelli adjudicata fuerit, in curia abbatis

fiat . . . . cuncta quae a praedecessoribus nostris inibi Deo famulantibus donata sunt . . . . sive ab aliis . . . . libera esse omnino et inviolata conservari decernimus. Et ut ibidem specialiter perpetua nostri recolatur memoria, de nostro super addimus viginti solidos Trevirensis monetae de consensu dilectae conjugis nostrae et liberorum nostrorum . . . . annuatim . . . . Acta sunt haec Lucelburch anno verbi incarnati M,CC,XXV.

Apud Duchesne, loc. cit., p. 64; *Bertholet*, t. IV, *preuv.* p. 53.

CXXXII.

GÉRARD DE LIMBOURG, SIRE DE WASSEMBERG, FAIT RENONCER, EN FAVEUR DE L'ABBAYE DU VAL-SAINT-LAMBERT, QUELQUES UNS DE SES SUJETS AU DROIT QU'ILS AVAIENT DE COUPER DU BOIS DANS LA FORET D'OLENHEIZ. 1225.

Ego Gerardus, dominus de Wassemberg, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Notum vobis facimus quod constitutis omnibus hominibus nostris coram villicis et justitiis nostris ad hoc specialiter à nobis destinatis, qui habebant in nemore, quod est super ULTRAM fluvium quod vocatur OLEINHEIZ, quod ecclesia vallis Sancti Lamberti ex donatione viri nobilis Aegidii comitis *Duracensis* et heredum suorum domini scilicet Werrici de Wallecourt et filiorum ejus et preclari *ducis* domini *Henrici de Lemborg patris nostri* possidet, easdem aisantias predicti nemoris tam in mortua sylva quàm in aliis omnibus divine remunerationis nostre precis respectu ecclesie vallis Sancti Lamberti assensu communi et voluntate spontaneâ in perpetuam eleemosynam contulerunt et easdem aisantias ad opus ecclesie prefate unanimiter werprerunt nullam proprietatem, nullum jus, nullum usum in eodem nemore sibi penitus retinentes. Nos etiam et successores nostri in sepè dicto nemore nihil juris possumus vindicare nec aliquid in eo poterimus accipere; prefatum vero nemus à *Trefalise* usque ad viam qua ascenditura *Plana valle* apud *Rosier* protenditur, nos igitur illius facti testimonium et firmitatem, et ut ista donatio hominum nostrorum rata et in-

convulsa perseveret presentem cartam sigillo nostro qui sum dominus et judex hominum supra dictorum fecimus roborari.

Actum anno incarnationis verbi M,CC,XXV.

Ex autographo mecum communicavit Reverendissimus Dominus Falla, abbas Vallis Sancti Lamberti.

CXXXIII.

In nomine Domini. Ego Henricus de Limburc, dominus de Munjoy. Ea quae juste et rationabiliter ad cultum et reverentiam Dei fiunt, ne processu temporum valeant malitiose rescinde litterarum memoriae expedit commendare. Qua propter notum facimus presentibus et futuris, quod nos et uxor nostra Irmingardis pari consensu ratam habemus et scripto presenti confirmamus eam donationem, quam D. noster Engelbertus Coloniensis archiepiscopus super bonis in Lo (Lon) pertinentibus ad dominium castri de Monte, quae ab haeredibus ejusdem loci emit pro LX marcis, dedit hospitali Sti. Johannis in Jerusalem. Ut autem hoc factum nostrum in perpetuum ratum permaneat, praesentem cartam inde conscriptam sigillo nostro fecimus communiri. Actum anno Domini MCCXXV.

Ex autographo.

CXXXIV.

HENRI DE LIMBOURG, COMTE DE BERG, RENONCE, EN FAVEUR DE L'ÉGLISE ROYALE DE NOTRE DAME A AIX-LA-CHAPELLE, A UN DROIT NOMMÉ ROSTANT, DONT IL JOUISSAIT A SINZIG. 1226.

In nomine domini Jesu-Christi. Heinricus comes de Monte, universis Christi fidelibus in perpetuum, cum domnus imperator Fridericus et filius ejus Heinricus rex Romanorum ad honorem Dei et Beate Marie virginis matris ejus ob salutem animarum et promotionem imperii jus quoddam quod dicitur ROSTANT apud Sinceke, quod hactenus imperium ibidem

habuit, et nos ipsius nomine tenebamus, pro cujus absolutione secundum statutum imperatorum imperio solvebantur sex solidi Colonienses et Burcravio de Hamerstein tres solidi pro tertia parte, quam ab imperio tenet, ecclesie beate Marie et canonicis ejus de Aquis dederint liberaliter et ab hoc servicio vel jure eosdem ex toto absolverint. Nos ipsorum vestigiis inherentes idem jus ob salutem patris nostri Walerami illustris ducis de Limburc, per quem illud tenemus, ob nostram et successorum nostrorum salutem jam dicte ecclesie et canonicis ejusdem stabiliter indulgemus, quamdiu contingit nos vel aliquem per nos eadem bona tenere. Ut autem hoc firmum et ratum permaneat, presentem cartam inde conscriptam sigillo nostro communivimus. Hujus rei testes sunt : *Macharius avunculus noster*, Willelmus Maurus et filius ejus Thidericus. Heinricus de Bernesole. Willelmus de Stocheim. Gerardus Melkop. Heinricus forestarius. Johannes Villicus, et alii quam plures. Acta sunt hec anno Dominice incarnationis Millesimo Ducentesimo Vigesimo Sexto. Datum apud Monjoie X kalendas Junii.

Ex autographo mecum communicavit admodum Rev. Dom. Hof.

CXXXV.

HENRI IV, DUC DE LIMBOURG ET COMTE DE BERG, DONNE A L'ABBAYE DE ROLDUC UNE FERME NOMMÉE RUTZERFELD. 1226.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Ego Heinricus dux de Limburg et comes de Monte. Notum facio omnibus hanc paginam perlecturis, quod pro remedio anime patris mei et matris mee, curtem RUZELVELT inferiorem cum omnibus suis appendiciis, pascuis, nemoribus, agriculturâ, de consensu uxoris et filiorum ecclesie Rodensi libere condonavi. Hujus rei testes sunt *frater meus Walleramus*, Alexander de Wilre, Willelmus Maurus et filii sui Udo et Theodericus, Willelmus Puls, Giselbertus de Berge et alii quam plures. Ne vero tam solempnis donatio possit aliquorum versutia perturbari, sigillo nostro et fratris mei statuimus roborari. Acta sunt hec anno Domini M° CC° XXVI° mense Julio 1 non̄ ejusdem mensis.

Ex autographo in abbatia Rodensi olim asservato. appendent ex membranis duo sigilla cerae flavae impressa.

CXXXVI.

1227. Henricus Dei gratia Romanorum rex . . . . notum igitur esse volumus, quod nos ad preces devotas fidelium nostrorum Henrici ducis Limburgensis et Walrami de Mungoien fratris sui, dilectorum consanguineorum nostrorum, qui domino genitori nostro Romanorum imperatori semper augusto, et nobis in agendis et promovendis negociis imperii grata et accepta obsequia sepius impenderunt. . . . . indulsimus liberaliter nobili viro, fideli nostro, WILHELMO COMITI JULIACENSI, nostro et eorum consanguineo, et suis heredibus, ut omnes Judaeos, quid ad terram suam se transtuleriut ad manendum, libere a nobis et ab imperio teneant, et de eisdem, eorum omni contradictione postposita disponant libera voluntate. etc. . . . . Acta sunt hec anno Domini M,CC,XXVI, indictione XV regni nostri anno sexto.

Editum est hoc diploma in J. C. Kremer, Academische Beitræge, tom. III, *dipl.* n° 51, p. 72.

CXXXVII.

1227. Concordia inter Ermesendem comitissam Luceburgensem et abbatem Stabulensem coram rege Henrico et suis principibus Aquisgrani inita. Comitissa abbati et conventui castrum suum de *Longia* et domum de *Comblens* liberè restituet, et ipsos de cetero terra sua quiete gaudere permittet de damnis eisdem illatis stabit dicto archiepiscopi Trevirensis et episcopi Leodiensis vel alter utrius eorum. Super hoc fidejusserunt pro comitissa dominus W. de Lemburg . . . . abbati et conventui. Ordinationem indemnitatis faciendam dicti praesules sibi reservant. Datum Aquisgrani dominica isti sunt dies, anno Domini M,CC,XXVII.

Extat apud Martene et Durand, Veterum scriptorum et monument. amplissima collectio, tom. II, p. 132 *et ex eo Bertholet*, tom. IV, *preuv.* p. 56, *ac Hontheim,* Hist. Trevir. dipl., Tom I, p. 702.

CXXXVIII.

1227. Henricus dux de Lymburch et comes de Monte . . . . nos Rudolfum de Wistubbe, attinentem novo castro . . . . et ad petitionem dilecti et familiaris nostri Arnoldi, monachi de Brunwilre, scolteti in Wistubbe, de consensu Yrmingardis uxoris nostre, tradidimus Beato Nicolaó in Brunwilre liberè et absolutè . . . . in cujus rei testimo nium presentes litteras conscribi fecimus et sigillo dicte uxoris nostre roborari. Actum anno Domini MCCXXII (leg. 1227.)

Ex autographo mecum communicavit adm. R. D. Cramer, abbatiae Brunswileranae alumnus et ibidem SS. Theologiae professor. Extat etiam in C. J. Kremer Academische Beitrage etc., Tom. III, *diplom.* n° 49, p. 71.

CXXXIX.

1227. In nomine . . . . Heinricus D. G. dux in Limburch et comes de Monte . . . . noverint igitur . . . . quod bone memorie comes Adolphus, eum ad Terram Sanctam proficisceretur. . . . . curtem in Meirhem tali conditione ecclesie contulit Bergensi, ut si . . . . eum ad propria remeare non contigeret, si heredes sui eam vellent possidere, pro centum marcis a dicta ecclesia redimerent. Nos vero, qui providentia divina defuncto A. comite cum uxore nostra Yrmingarde quondam filia sua jure hereditario successimus, dictam curtem . . . . una cum uxore nostrâ sepedicte ecclesie liberaliter et benigne contulimus, in usus ecclesie, pro ut conventui placet . . . . et totius conventûs orationum participes esse mereremur. Hujus rei testes sunt . . . . presentem paginam sigillo nostro et uxoris nostre confirmamus. Acta sunt hec anno Domini Millesimo CC,XXVII.

Kremer, Loc. Laud. num. 52, *p.* 73.

CXL.

Rescript de Henri VII, roi des Romains, qui enjoint au

DOYEN DU CHAPITRE DE NOTRE DAME, A AIX-LA-CHAPELLE, AINSI QU'A L'AVOUÉ DE CETTE VILLE, DE REQUÉRIR LE COMTE DE JULIERS, DE FAIRE CESSER LES VEXATIONS FAITES PAR QUELQUES UNS DE SES OFFICIERS AU CHAPITRE DE L'ÉGLISE COLLÉGIALE DE S. ADALBERT, A AIX-LA-CHAPELLE, AU SUJET DE QUELQUES BIENS QUE CE CHAPITRE POSSÉDAIT A BAESTWILER; ET D'ENGAGER WALERAN DE MONTJOIE D'AFFRANCHIR, AU NOM DU DUC DE LIMBOURG, SON FRÈRE, LE MÊME CHAPITRE D'AUTRES VEXATIONS QUE DEUX INDIVIDUS SE PERMETTAIENT DANS SES POSSESSIONS DES VILLAGES D'OLNE ET DE SOIRON. 1228.

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, fidelibus suis S. decano Beatae Mariae et W. advocato Aquensi, gratiam suam et omne bonum, quia specialiter ad nos pertinet, quod ecclesias nostras, et imperii in jure suo et pace tranquillâ debemus conservare, mandamus vobis, et sub fidelitate, quâ nobis tenemini, firmiter precipimus, quatenus ex parte nostrâ moneatis et inducatis comitem Juliacensem, ut deponat et emendet dampna et gravamina, que homines sui pincerna et dapifer vel aliquis, que ad nos specialiter pertinet, in bonis suis apud *Bastwilre* inferunt, vel actenus intulerunt, et eandem ecclesiam faciatis bona sua eadem et alibi sine impedimento aliquo dicti comitis vel suorum integre percipere et in pace possidere. Et si comes de aliquo jure confidit, hoc in presentiâ ipsius comitis et canonicorum Beati Alberti auctoritate nostra cognoscatis, et justè vel amicabiliter determinentis. Sub eadem etiam fidelitate vobis districtè precipimus, ut virum nobilem Walramum de Munjoie ex parte nostrâ efficaciter inducatis, quatenus ipse deponat, et emendet gravem et inauditam injuriam, quam predicta ecclesia nostra Beati Alberti sustinet in bonis suis apud OLNE et SORON per Ludewicum et Theodericum monachum, quorum uterque se facit ibidem advocatum, cum nullus ibi possit, vel debeatesse advocatus, nisi solus liber homo, videlicet, Theodericus de Hoffalis, secundum privilegia ecclesie predicte et principum imperii sententiam. Unde volumus precisè, et efficaciter laboretis, quatenus idem Walramus tantam injuriam et inauditam omninò deponat ex parte fratris sui ducis de Limburg, ad quem jurisdictio communitatis terre illius dignoscitur pertinere. Datum apud Wetzlar X kalendas Maii.

Ex tabulario ecclesiae collegiate S. Adalberti.

CXLI

1229. Forma compositionis inter dominum ducem de Limburch et ejus uxorem dominam comitissam de Monte, et filios eorum ex parte unâ, dominum abbatem et conventum de Syberg ex alterâ super advocatia Sibergensi etc. . . . . Actum anno gratie M,CC,XX nono.

Publici juris facta est à C. J. Kremer, Academ. Beitrage etc., tom. III, *diplom.* n° 54, p. 75.

CXLII.

HENRI IV, DUC DE LIMBOURG ET COMTE DE BERG, CONFIRME A UN CERTAIN DANIEL, LE DROIT DES OFFICIERS, JUS MINISTERIALIUM, DU COMTÉ DE BERG. 1229.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Henricus Dei miseratione dux Lemburgensis et comes de Monte, omnibus in Christo fidelibus in perpetuum. Quia nihil adeo solenniter agitur, quod calumnia non impugnet, vel oblivio non sepeliat, necessarium est scripti remedium quo utrique vitio sit occursum; notificandum itaque duximus tam presentibus quam futuris, quod nos Danieli ad ditionem Bergensis dominii *jure ministerialium* justissime pertinenti plenam justitiam recognovimus et concessimus tam ex parte nostrâ, quam ex parte domine Ir. illustris et nobilis conjugis nostre, nec non et liberorum nostrorum, ejusdem fidelitatem, quam jurejurando recepimus, omni evo stabilientes. Ut autem exhibitio et concessio nostra sine omni calumnia in posterum maneat confirmata, et ne obtrectio aliqua super conditionem juris predicti Danielis aliquando suboriri possit, sigillum nostrum et sigillum domine Ir. venerabilis matrone et conjugis nostre, in testimonium et munimen recogniti sibi juris a nobis et nostris predecessoribus huic pagine est appensum. Affuerunt his gestis Adolphus dapifer, etc. Actum Greveraidh anno gratie Millesimo Ducentesimo Vicesimo Nono.

Ex originali.

CXLIII.

L'ARCHEVÊQUE DE COLOGNE FORME, AVEC DIFFÉRENTS PRINCES, UNE CONFÉDÉRATION CONTRE LE DUC DE LIMBOURG. 1230.

H . . . . Colon. ecclesie archiepiscopus . . . . notum facimus quod cum contra nos (leg. *inter nos*) et ducem de Limberc guerra moveretur, volentes fidelem nostrum palatinum comitem Rheni et marchionem de Bade mediantibus de Seyne, de Eversteyn (Eberstein)| de Spanheim, de Hostaden et Castele comitibus, in auxilium nostrum trahere. Ipsi vice nostra sic convenerunt quod predictis comiti palatino et marchioni infrà festum Nativitatis Domini proximè venturum MCC marcas . . . . debent etiam predicti Palatinus et Marchio à data istarum litterarum ad mensem unum esse apud Mosellam cum CC militibus in auxilium nostrum . . . . processuri, ibidem eos ad deducendum secundum quod nobis congruerit, recipimus. Quamdiu autem gerra inter nos et ducem de Lymberc duraverit sepedicti Palatinus et Marchio non cum numeri expressione militum in auxilium nostrum et ecclesie Colon. sunt processuri, sed secundum quod decet ipsorum honestatem et fidelitatem. Acta sunt hec anno Domini Millesimo CC.XXX in die beati Severini.

Ex autographo editum reperitur, in Actis Academiae Theodoro-Palatinae., vol. III, *histor.* p. 99.

CXLIV.

1231. Ermesindis, comitissa Lucelburgensis et marchionissa Arlunensis . . . . Notum facio quod Henricus dominus de Lucemburg filius meus, ducere debet in uxorem Margaretam filiam Henrici comitis Barrensis, et idem comes dedit filio meo praedicto in maritagio Lyneyum et castellaniam, cum appenditiis, hominiis et domenniis, ita quod Lineyum et castellania cum supradictis omnibus eidem tenetur facere valere septingentas libras parvorum fortium annuatim, tali conditione etc. . . . . Actum anno Domini MCCXXXI mense Julio.

Extat apud Duchesne, Preuves de l'hist. de la

maison de Luxembourg, p. 74; *Berthulet*, loc. cit., tom. IV, *preuv.* p. 58; *Miraeum* Opera diplom., tom. I, p. 305 et 599. *Dumont* Corps diplomatique, tom. I, part I, p. 170.

CXLV.

HENRI, COMTE DE LUXEMBOURG, RECONNAIT QU'IL A REÇU EN FIEF DE HENRI, DUC DE LIMBOURG, SON FRÈRE, LE COMTÉ D'ARLON, LA QUATRIÈME PART DU CHATEAU DE GUEMUNDE, ETC., ETC., ET QUE SES SUCCESSEURS DOIVENT RECEVOIR CES FIEFS DES DUCS DE LIMBOURG. 1235.

Ego *Henricus comes de Lucemborc* omnibus presentes litteras inspecturis, notum facio, quod à *domino et fratre meo H. duce de Lymborc et comite de Monte* castrum de ARLUNO et omnem terram, nec non omnes ministeriales dominio de Arluno attinentes, et medietatem quingentarum librarum Metensium, que ei et fratri suo Wal. (Waleramo) debebantur apud Syrke, pro quibus annuatim XL libre in curte de *Bucsenges* eisdem solvebantur, et quartam partem castri de GUEMUNDE et medietatem totius terre illi castro attinentem, quam dicti fratres mei possederunt in feodo recepi. Omnia vero feoda supradicta H. dux, frater meus, etiam contra omnes homines tenetur garendire, quicunque verò heredum dicti ducis ducatum de Limborc obtinuerit, ego et heredes mei, ab eo et heredibus suis omnia feoda pretaxata feodali jure hereditariè tenebimus. Quia vero proprium sigillum in conscriptione istarum litterarum non habui, sigillo matris mee Erm. (Ermesindis) donec sigillum habuero presentem cartam sigillavi. Actum anno Domini M°. CC°. XXX° Quinto dominica proxima ante festum beate Katherine.

Copié sur l'original, conservé autrefois à l'abbaye de Rolduc; le sceau de la comtesse Ermesinde, fort endommagé, pendait à un morceau double de parchemin et représentait une dame debout, il n'avait pas de revers.

CXLVI.

1235. Ego G. dominus de Wassenberg . . . . notum esse volo . . . . quod cum ecclesia Beate Marie in Aquisgrani in pago Galopiensi prope villulam, que dicitur Welpdal, haberet terram incultam frutectis et vepribus obsitam et sibi inutilem, ego utilitate predicte ecclesie providere cupiens . . . . omni juri quod habebam vel habere videbar ratione advocatie eisdem bonis liberè et absolutè ad opus ejusdem ecclesie . . . . renuntiavi . . . . si quid vero questionis vel injurie fratribus ejusdem ecclesie in predictis bonis aliquis de meis vel ecclesie hominibus inferre presumpserit, quod absit, hoc me depositurum fideliter repromitto, et ut hoc factum firmum et ratum permaneat . . . . presens scriptum sigillis domini H ducis Limborgensis cognati mei et matris mee et meo feci communiri. Acta sunt hec anno Domini M° CC° XXXV.

Ex autographo descriptum debeo benevolentiae R. D. Hof.

CXLVII.

ERMENSINDE, COMTESSE DE LUXEMBOURG, ET HENRI, SON FILS, TRANSPORTENT A L'ÉGLISE DE LIÉGE, LE DROIT DE TAILLE QU'ILS AVAIENT SUR LE VILLAGE DE BUENS. 1237.

Nos Ermensindis comitissa Lucemburgensis et Rupensis et Henricus dicte comitisse filius, omnibus presentes litteras inspecturis, Notum facimus quod quidquid juris habebamus in *tallia villae de* BUENS, quam hactenus percepimus, magistro Lamberto scholastico majoris ecclesie Leodiensis et ipsi ecclesie acquittavimus et contulimus in hunc modum, quod nos, nec nostri heredes, de cetero in dicta tallia aliquid poterunt reclamare vel debebunt. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine dignum duximus roborare. Datum Durbet anno Domini MCCXXX° Septimo, sabatho proximo post Nativitatem Beate Marie.

Ad autographum ecclesiae cathedralis sancti

Lamberti Leodii, quod nunc in tabulario provinciae asservatur, descripsi.

CXLVIII.

TRANSACTION PROVISOIRE FAITE ENTRE L'ÉVÊQUE DE LIÉGE ET WALERAN DE LIMBOURG, PAR L'INTERVENTION DU DUC HENRI IV DE LIMBOURG, FRÈRE DE WALERAN, RELATIVE AU DIFFÉREND QUI EXISTAIT ENTRE EUX AU SUJET DES AVOUERIES D'ASSÈCHE ET DE GEIVE. 1237.

Tele est li forme de le peis entre monsaignor le veske de Liege et monsaingnor Walleran que des doys avoweries d'*Aisseiche* et de *Geive* ki sont del fieu le veske, que li veskes dist qu'ilh at achateies sain se los que li dus de Braibant et li dus de Lembor les doivent prendre en lors mains, et quant ilh en seront saisit li veskes les doitb soubmettre à une de ses maisons ù ilh arat de se gentishomes, et ilh i doibvent faire venir monsaingnor Walleran, et ilh i doibt dire le mis qu'ilh set, et li veskes le mis qu'ilh set. Et se li gentilhhomme le veske diroit que messires Wallerans les ait si bien aquises que demorer li doibvent, se li demoreront et sen li foringe cilh a ques ilh les achata, li renderont ses denirs et ilh raroit lors fieus ensi come ilh les avoient avant, et de totes les autes entrepresures que messires Wallerans a fait envers le veske puis qu'ilh fu veskes, ne li veskes envers li : de ce ont ilh pris monsaingnor *Gobier de Wellin* et monsaingnor *Antone de Warfeseis* et monsaingnor *Wati Bertaut* le tierçh soverain, et eilh doibvent jurer sor sains et prendre sor le foi quilh doibvent lors lieges saingnors quilh le hasteront, quant quilh poront en bonne foi, et si saveront le veske son droit, et monsaignor le sen et se . . . . . . (il manque ici quelques mots) premirs en guerre de le maison de Walesin, et se messires Wallerans a nient entrepris envers le veskes de Liege, ancois que li veskes venist à terre, mesires Wallerans en ferat droit la ù ilh deverat se li veskes len arainet et les pannies serront rendues, et d'une part et d'autre, et les costeinges des pannies iront par le dit de ces trois, et par ces dois proithommes monsaingnor Gobiert et monsaingnor Antone, doibt mes-

sires Wallerans asener le veskes de Liege cinqant marchies de terre à ligois quilh doibt tenir de li en fieu solonc ce que se lettre devisent, et ce doibt estre asome de ci a lan renuef et se messires Antones moroit ancois que ce fust terminet, li veskes devant dist i metteroit un autre, et se messires Gobier moroit, messires Wallerans i metteroit un autre en li de li, et se messires Wathirs Bertaus moroit, li dus y metteroit le tierch soverain, et en tesmoignage de cestte choese, je Henris dus de Lembor et cuens del Mont ai fai sailler ces lettres de mon saial. Ce fut fai le vigile de monsaingnor saint Lambiert lan del incarnation Mil et Dois Cent et Trentes Set.

Copié sur l'original conservé aux archives de la province de Liége. Le sceau du duc de Limbourg, en cire jaune, pend à double queue de parchemin, et le représente à chevals sans écu. Au contre scel on voit les armes du comté de Berg.

CXLIX.

HENRI IV, DUC DE LIMBOURG, DÉCLARE QU'IL S'EST ENGAGÉ A FAIRE OBSERVER PAR SON FRÈRE LA PAIX FAITE AVEC L'EVÊQUE DE LIÉGE. LE 16 SEPTEMBRE 1237.

Je Henris dus de Lembor et cuens del Mont, fai savoir a toz ceis ki ce lettre verront, ke li peis qui est fai entre monsignor le veske de Lige d'une part et Waleran mon frère d'atre, ki est saelé de mon sael suie tenes a fair garder en tel manire ke se mes freres vennoit encontre li peis u encontre akan puint de le peis, ke je le feroi amender, et se mes freres nel voloi amender, et messires le veske men rekeroi, je seroi tenus de li a aidier contre mon frère de moi et de tot mon poir tant que ce seroi amendet, et en testmoigne de ce aie doné ce letre overtes sailés de mon sael, lan del incarnation noste Signor M et CC et XXXVII en le vigil de sainct Lambiert.

Copié sur l'original, reposant au dépôt des archives de la province de Liége; le sceau en est détaché.

CL.

HENRI IV, DUC DE LIMBOURG, GARANTIT LA PAIX CONCLUE ENTRE WALLERAN, SON FRÈRE, ET L'ÉVÊQUE DE LIÉGE. 1237.

Je Henri, dus de Lembor, cuens del Mont, fait scavoir à tous ceulx qui ces lettres verront, que teile peis qui est devisée entre mon signor le veske de Lige et mon signor Walleran, mon frère, qui est saiellée de mon saiel, ferat je jurer mon signor Walleran, et doner se lettre overte juré de cest peis a tenir entre ci et la feste Tossaincts, et se je ne le faisoi, j'ai fiancé mon signor le veske de Liege mile mars de ligeoi a paier dedont en avant, sen venroi en ostage a Lige et ne men mouveroi se li seroi paiet. et si je defaloie de ce, je li met en abandon de touttes mes choeses a prindre taut qu'asses li soi fai mile mars. et silh avoi leal esloîngne (lisez *essoigne ou excuse*) de son cors dedens le quinseine apres nen seroi je mie atain, me silh ne le faisoi dedens le quinseine, je doi venir a Lige et tenir osetage, insi que devant et dict. et si mes sires Walerans fai ces choeses dedens ces termine, je doi ravoir ce letre quittes. et en tesmognaige de cest choese, ai donée (à) le veske che letre saiellé de mon saiel lan del Incarnation mil dois cens et trengte set le vigil mon signor sainct Lambiert.

Extrait d'un livre fort curieux intitulé : Manifeste et démonstration sincère et véritable de l'usurpation du Thonlieu, entreprinse par les seigneurs gagiers d'Eisden ou d'Asple etc. in-4° *où cette charte se trouve parmi les pièces justificatives*, p. 62.

CLI.

1237. Henricus Colon. archiep . . . . notum esse volumus. Quòd Daniel, miles de Erkerode, proprietatem domûs sue, quam habet apud Waldorp, resignavit in manus domini H. illustris ducis Limburgensis, comitis de Monte, ac ipsam ab eodem duce in feodo recepit, tali

pacto etc. . . . . Actum anno Dom. M. CC. XXX septimo, in die sabbati post Lamberti.

Extat apud Kremer, Acad. Beitraege,tom. III, dipl. nº 61., p. 80.

CLII.

Henri IV, duc de Limbourg, fait une donation a l'abbaye de Vrundenberg, située dans le comté de la Marck. 1237.

In nomine Domini Amen. Heinricus Dei gratia dux *in Limburg et comes in Nienbr* (Nienbrugge), et *Ermengardis* ducissa et comitissa ibidem, universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis in perpetuum . . . . innotescimus igitur universis, quòd ecclesia Beate Marie gloriose semperque virginis genitricis Dei in Wrondeberg, Cisterciencis ordinis, predium quoddam dictum *Bodinchusen*, quod certis terminis suis tam in silvis, quam frutectis, et in campis tam fertilibus quàm sterilibus, tam sationalibus quàm pascualibus, ex parte australi cujusdam rivuli qui preterfluit limitatum est, habens ex parte aquilonari ejusdem rivuli agros aliquos qui in sui satione capiunt duos maltos avene, à quodam famulo dicto Wilhelmo Rucen, qui hoc ipsum à nobis in feodo tenuit, centum et triginta quinque marcis emptione videlicet legitima comparavit. Idem vero W. cum heredibus suis prefatum predium in manus nostras liberè resignavit. Nos verò, de consensu heredum nostrorum *Walrami* videlicet et *Adolfi*, pro remedio animarum nostrarum sepedictum predium prefate ecclesie absolute contulimus in perpetuum possidendum. Eadem autem ecclesia accepti à nobis beneficii non immemor, omnium progenitorum nostrorum defunctorum, animarum videlicet beate memorie venerabilis domini Engelberti Colo niensis archiepiscopi, sed et patrum et matrum nostrarum, scilicet Walrami et Cunegundis, Adolfi et Berthe, nec non et nos ipsos cum nostris heredibus supra nominatis et eorum successoribus, et in vita et post mortem plenarie inscribens fraternitati in omnibus benefactis preteritis, presentibus et futuris suis, ipsorum fratribus et sororibus sociavit. Ut autem hoc factum nostrum nulla possit a posteris temeritate violari, sed

semper ratum et inconcussum permaneat, presentem paginam exindè conscriptam nostri sigilli appensione duximus roborandam. Hujus rei testes sunt Everardus de Benrodhe, Adolphus de Stamheim . . . . : . . . . . . milites. Werhnerus Capellanus, Yngebundus notarius et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie Millesimo Ducentesimo Tricesimo VII°., indictione XI, epacta XXII, concurrente III, presidente Sancte Romane sedi Gregorio papa VIII (: leg. VIIII :) imperante Fredherico Romanorum rege et semper augusto, pontificatûs venerabilis Heinrici sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi anno ultimo (*).

Sigillum decidit loco superstite. Ex autographo edidit Nicol. Kindlinger Munsterische Beitraege zur geschichte etc., t. II, *diplom.* p. 46.

(*) Inde editor colligit diploma isthoc non eo, quo res acta est, tempore conditum fuisse; ast id planum non est, dixerim potius illud exaratum fuisse paulo post Henrici archiepiscopi excessum, qui desinente anno 1237 accedisse videtur. In hunc certe annum quadrant Epacta et concurrens, quin et Indictio XI, si, ut hisce in regionibus frequens erat, ejus initium a mense septembri ducatur.

CLIII.

Béatrix, dame de Wassemberg, fait une donation a l'abbaye de Camp. 1237.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Beatrix dicta domina de Wassenberch, omnibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Cum juxtà preceptum evangelicum quisque salutem eternam desiderans pauperibus Christi et maxime religiosis de sua temporali substancia quantum valet ministrare teneatur, ut in celis metat que in terris seminaverit, ego hac consideratione ducta summam quandam pecunie de mobilibus,

que ex parte bone memorie domini Rutgeri de Merhem patris mei me contingebant, receptum, ob remedium anime meo ac meorum contuli ecclesie Campensi, Cisterciensis ordinis, in agris vel vineis seu quibuslibet bonis aliis collocandam. Hac tamen conditione, quod pars aliqua bonorum, que ex eisdem denariis comparata fuerint, in usus meos cedat annuatim quamdiu vixero, post mortem autem meam prefata ecclesia bona eadem jure hereditario et absque ulla contradictione in perpetuum liberè et integraliter possideat; ita etiam quod non alicui heredum meorum. . . . . de hijs de cetero teneatur respondere. Cujus rei testes sunt domnus Hartlinus abbas, ... Godescalcus, ... monachi Campenses. . . . . et alii quam plures. Acta vero sunt hec anno Domini M.CC.XXXVII.

Ex autographo Campensi descriptum ad me direxit vir nobilis dom. Van Spaen. Le sceau, pendant à un cordon de soie verte, est de forme ovale, et représente une dame debout posant la main gauche sur la poitrine et tenant une fleur dans la droite.

CLIV.

Henri duc de Limbourg, accorde et confirme des privilèges a l'abbaye d'Altenberg. 1238.

In nomine Domini. Ego Henricus dux de Limburg et comes de Monte una cum uxore nostra Irmingarde ducissa . . . . notum esse cupimus, quod nos cum liberis nostris indulsimus fratribus de Veteri Monte . . . . ut si eas (:*grangias suas*:) hominibus nostris exponant, nos ab eisdem hominibus nullas penitus petitiones exigamus ratione bonorum fratrum. Si vero adventitiis hominibus exponant, nos similiter ab eisdem hominibus nullas petitiones vel servitium exigemus occasione eorumdem bonorum, nec eos post mortem ipsorum ad jus, quod vulgò dicitur *Ervedeil*, nec omninò ad aliquod jus cogemus. Preterea quicquid antecessor noster B. M domnus Adolfus comes eisdem fratribus pie indulsit, nos et heredes nostri ratum

tenebimus in perpetuum . . . . Hujus rei testes sunt Adolphus et Walramus filii ducis . . . . Udo dapifer de Rode . . . . Wernerus capellanus ducisse, Hermannus capellanus ducis et Ingebrandus notarius . . . . et alii quam plures. Datum in Novo Castro, anno Dom. M. CC. XXXVIII in die Sanctorum Innocentium.

Edidit C. F. Kremer, Academ. beitraege, t. III, *diplom.* n° 62, p. 81.

CLV.

1240. Otto comes Gelrensis . . . . noverint universi, quod castrum de Daelem cum omnibus suis appenditiis est exclusum a formâ pacis factae, inter ven. Conrardum S. Colon. ecclesiae archiepiscopum et suos coadjutores ex unâ parte, et virum illustrem Henricum ducem Lotharingiae et Brabantiae, karissimum avunculum nostrum, et suos coadjutores ex alterâ, etc. . . . . Datum in Vigilia B. Egidii, anno Domini M. CC. XL.

Extat apud Butkens, Trophées de Brabant, tom. I, *preuv.* p. 82.

CLVI.

L'EMPEREUR FRÉDÉRIC II, PROMET A HENRI, DUC DE LIMBOURG, A WALERAN, SON FRÈRE, AINSI QU'A D'AUTRES PRINCES ET SEIGNEURS, D'EMBRASSER LA DÉFENSE DE LEURS DROITS ET DE LES INDEMNISER DES SECOURS QU'ILS POURRAIENT LUI PRETER, COMME AUSSI S'IL VIENT A FAIRE SA PAIX AVEC LE PAPE, DE LES COMPRENDRE DANS CET ARRANGEMENT; IL LES EXEMPTE EN SUS DE TOUT SERVICE AU DELA DES ALPES A MOINS QU'ILS NE S'Y PORTENT VOLONTAIREMENT. 1241.

Ediderunt Butkens, *loc. cit.*, *p.* 84; *Mantelius*, Hist. Lossens., p. 187; *Brosius*, Annal. Juliae Montium etc., tom. I, p. 33; *Ber-*

tholet, His. de Luxemb., tom. IV, p. 69; *Bondam,* Code diplom. de Gueldre, p. 434; *Lunig,* Cod. Germ. diplom., tom. II, p. 1099.

CLVII.

HENRI IV, DUC DE LIMBOURG, CÈDE, POUR QUARANTE MARCS DE COLOGNE, A L'ABBAYE DE ROLDUC LES DIMES DES NOVALES DANS LES PAROISSES D'AFDEN ET DE KERKRODE. 1241.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Ego Henricus, dux de Lymburg, comes de Monte, notum facio omnibus tam presentibus quam futuris, quod de consensu uxoris mee et filiorum meorum pro nostrarum et parentum nostrorum remediis animarum, omnem decimam novalium in duabus parrochiis meis AFDEN scilicet et KIRCHRODE, tam extirpatam quam extirpandam ecclesie sancte Marie virginis sanctique Gabrielis archangeli in Rode in perpetuum liberè et absolutè contuli possidendam. Ad hujus vero facti confirmationem abbas et conventus predicte ecclesie quadraginta marcas Coloniensium michi contulerunt. Et ne ea que tam solempni contracta peracta sunt, perque mee devotionis sinceritas et ecclesie, quam diligo, proveniat prosperitas, aliqua volubilitate temporum vel varietate morum vacillent : diligenter conscripta sigilli mei appensione roboravi, et posteris meis integrè conservanda reliqui. Actum Rode anno ab incarnatione Domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Primo, tertio decimo kalendas Junii.

Ad autographum, quod conservo, descripsi.

CLVIII.

LETTRE DE CONRAD, ROI DES ROMAINS, PAR LAQUELLE IL REQUIERT HENRI, DUC DE LIMBOURG, SON COUSIN, D'EMPÊCHER L'ARCHEVÊQUE DE COLOGNE DE CONSTRUIRE UN FORT A REUMAGEN. 1241.

Cunradus divi augusti imperatoris Friderici filius, Dei gratiâ Romanorum in regem electus semper augustus, et heres regni Jerusalem, duci de

Limburc, fideli et consanguineo suo, gratiam suam et omne bonum. Confidentes de tua constancia, rogamus attentè, quatenus, si Coloniensis electus aliquod castrum apud Rimage edificare cogitaverit, ut illud impedias toto posse, sicut imperio es astrictus; et Gerhardum de Sinzche, sine tuo tamen dampno, in nostris negotiis habeas commendatum. Datum apud Hall. XI Septembris, XIIII[e] indictionis.

Ex autographo archivi Landscronensis edidit Val. Ferd. L. B. Gudenus in Codice diplomatico anecdotorum., t. II, p. 941. n[c] XII.

CLIX

HENRI II, DUC DE BRABANT, CONFIRME LA DONATION QUE DANIEL, CHEVALIER DE FORON, AVAIT FAITE DE TOUS SES BIENS A L'ORDRE TEUTONIQUE. LA COMMANDERIE DE CET ORDRE A FORON SAINT PIERRE, LUI DOIT SON ORIGINE. 1242.

Henricus Dei gratia dux Lotharingiae et Brabantiae, omnibus praesentes litteras inspecturis salutem et scire voluntatem; noverint universi quod nobilis vir Daniel miles de FORON, in praesentiâ nostrâ et hominum nostrorum constitutus allodium suum haereditatem et omnia bona tam mobilia quàm immobilia quae habebat in comitatu de Dalhem liberè et absolutè contulit domui fratrum Theutonicorum in perpetuam elemosynam possidenda. Praeterea quidquid juris in praedictis bonis habebamus ob salutem animarum nostrarum et praedecessorum nostrorum, eidem domui contulimus praedictam collationem ratam et stabilem praesenti scripto approbantes, hujus autem collationis, testes sunt Arnoldus, comes de Los, H. de Altenhoven, magister Daniel, Gerardus de Yska, dapifer noster, et alii quam plures; in cujus etiam rei testimonium praesentem paginam, munimine nostri sigilli et praedicti comitis de Los, duximus sigillandum. Datum Lovanii in crastino Beati Joannis Baptistae, anno Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Secundo.

Concordantiam hujus copiae cum vero suo originali in pargameno scripto attestor, erat

signatum : G. F. Clanner bailliviae Juncctenae O. T. secretarius, ac deinde erat : Concordantiam cum suâ copiâ authenticâ testor et erat signatum Nicolai nots pbs, quod attestor et concordare et signatum Burgers, nots pbs.

CLX.

THIERRY, SEIGNEUR D'ISENBERG, DÉCLARE AVOIR REMIS A HENRI DUC DE LIMBOURG ET COMTE DE BERG, LE CHATEAU DE LIMBOURG SUR LA LENNE (LA LAHNE) AINSI QUE LES FERMES DE HUFELE ET DE WAMEMEEL, ET DE LES EN AVOIR REÇU EN FIEF POUR LUI ET SES DESCENDANS DES DEUX SEXES. 1242.

Ego Theodericus, dominus de Isenberg, omnibus presens scriptum inspecturis notum facio, quod allodium castri dicti LIMBURG SUPRA LENAM et duarum curtium HUFELE (1) et WAMEMELL (2) allodium cum omnibus attinenitis illustri viro dilecto domino et avunculo meo *Henrico comite de Monte*, avunculis (*seu potius patruis infrà nominatis*) meis consententibus, contuli liberè et absolutè, et ab eo recepi in feodo prestita fidelitate hereditariè possidendum, conditione tali adjecta, quod idem comes vel suus heres in comitia de Monte postquam viam universe carnis fuero ingressus proli mee, sive fuerit masculini sive foeminini sexûs omni contradictione exclusa porriget liberè et absolutè. In hujus rei testimonium presentem cedulam sigillo meo commpunivi. Nos vero Engelbertus Dei gratia Osnabrugensis episcopus, Philippus majoris ecclesiae in Susato praepositus, Bruno praepositus Osnabrugensis, Godefridus prepositus Sancti Martini Monasteriensis, Wilhelmus dictus de Isenberg, Adolphus de Holte, fratres, manifestè profitemur nos dicta allodia cum omnibus attinentiis effestucasse, et Theodericum cognatum nostrum de consensu et voluntate nostrâ, domino Henrico, comiti de Monte, contulisse,

(1) C'est apparemment le *Huvili* dont Adolphe, comte de Berg, a été nommé par l'annal. saxon ad an. 1126.

(2) Et mieux *Wannemal* comme on lit dans d'autres chartes publiées par Kremer.

et prefatum Theodericum ab ipso in feodo recepisse. Hujus rei veritatem scripto et sigillis nostris praesentibus protestamur. Actum apud praenominatum castrum anno Domini MCCXLII, proxima feria quinta post festum Margarethae virginis.

Extat sub n° III, inter diplomata ad historiam comitum et dominorum in Limburg super Lennum pertinentia, apud C. J. Kremer, Academische Beitraege etc., tom. II, p. 123, *ex Theodorici Von Steiuen* Versuch zu einer westphaelischen geschichte, part. XXI, p. 1434.

CLXI.

HENRI IV, DUC DE LIMBOURG ET COMTE DE BERG, CONSENT A LAISSER DÉMOLIR LES FORTIFICATIONS FAITES PRÈS DE L'ABBAYE DE DEUTZ, ET PROMET DE NE PAS LES FAIRE RECONSTRUIRE. 1242.

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis; H. Dei gratia dux de Limburg, comes de Monte, Irmengardis uxor ejus et Adolfus primogenitus eorumdem salutem in Domino. Quoniam sancte fidei devoti sumus zelatores honori Dei et sacrosancte matris ecclesie et saluti animarum nostrarum et pacis totius patriae intendentes sollicite providere, scire volumus universos et presentes scripti testimonio protestamur, quod venerabilis pater C. Sancte Coloniensis ecclesie minister et nos una cum ipso, pensato, quod propter tumultuationes multiplices devotio tepuerit et religionis sit minoratus affectus in Tuiciensi cenobio propter ibidem inhabitatium laicorum frequentiam pari voto, communicato consilio de bona nostra et spontanęa voluntate pro animarum nostrarum remedio, muros et turres circà claustrum Tuiciense funditus destrui. Fecimus et mandavimus et turrim monasterii usque ad interiorem testudinem humiliari. Ita quod deinceps turris eadem per abbatem ipsius ecclesie sive per quemcunque alium non debent elevari et emunitas ipsius ecclesie

absque murorum ambitu sepibus aut asseribus tantum muniatur, et ut ibidem domino famulantes viri religiosi absque impedimenti scrupulo et strepitu seculari juxtà sui ordinis observantiam liberè valeant Domino famulari, promisimus data fide et promittimus pro nobis et successoribus nostris et heredibus quod nullas de cetero munitiones vel firmitates nec in territorio nec in jurisdictione, nec in villa vel in claustro aut monasterio Tuiciensi faciemus, nec ab aliquo quantum in nobis est fieri permittemus ut autem hec tum a nobis quam a successoribus nostris et heredibus rata serventur et firma presentem paginam fecimus conscribi et sigillorum nostrorum appensione roborari. Actum et datum presentibus hiis testibus : Friderico de Riferscheit, Waltero de Brunshorn; viris nobilibus Theodorico de Elneve, Adolpho de Stamheim, Udone Mauro, Gozwino de Alftra marscalco, Herimanno Vlecke pincerna, Herimanno de Burnheim camerario, Godescalco notario et pluribus aliis. Anno Domini M°CC°XLII°.

Appendent ex duplici cauda pargamena tria sigilla cerae viridi impressa, 1um Henrici ducis, 3um Adolphi, ut illa quae pendent ex charta ejusdem anni in vigilia B. Ceciliae. 2um ducissae exhibens feminam paludatam (manteau fourré d'hermine) *circulo ducali in capite, dextra tenentem lilium, sinistra ad pectus apposita. Ad pedem dextrum sedet canis venaticus.* † ERMEGARD. DUCISSA DE LIMBURG ET COMITISSA DE MONTE. *Ad autographum descripsi in archivis urbis Coloniensis.*

CLXII.

HENRI IV, DUC DE LIMBOURG, PROMET AUX HABITANS DE COLOGNE DE LES INDEMNISER DES PERTES QUE SES CHATELAINS DE DEUTZ POURRAIENT LEUR CAUSER. 21 NOVEMBRE 1242.

Nos H. Dei gratia dux de Lemburg, comes de Monte, et primogenitus noster notum facimus universis, quod cum nos pro animarum nostrarum remedio et terre tranquillitate turres et muros oppidi Tuiciensis de con-

sensu domini Coloniensis archiepiscopi funditus dirui mandavimus et cives Colonienses pro diruendis muris et turribus predictis nobis et prefato archiepiscopo quandam pecunie summam se largituros promiserint, nos dictorum civium indempnitati precavere volentes in nos recipimus quod si quid gravaminis et adversitatis eis motum fuerit hac occasione vel dampni irrogatum a nostris castrensibus, nos eis restaurationem condignam faciemus. In cujus rei testimonium presens pagina est conscripta et sigillis nostris communita. Datum anno Domini M°CC°XLII° in vigilia Beate Cecilie virginis.

Descripsi ad autographum asservatum in archivis urbis Coloniensis.

CLXIII.

GILLES, SIRE DE ROCHEFORT, DÉCLARE AVOIR CÉDÉ A ROBERT, ÉVÊQUE DE LIÉGE, L'AVOUERIE DE ASSÈCHE, QU'IL AVAIT ACHETÉE DE LA DAME DE POILVACHE, VEUVE DE WALERAN DE LIMBOURG. 1243.

Universis presentes litteras inspecturis, Egidius dominus Rupisfortis salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod ego advocatiam de ASSECHE, quam ego redemi seu recuperavi adversus dominam de Poilevache, dedi et concessi cum omni jure, quod in ea habebam, venerabili patri et domino meo Roberto, Dei gratia Leodiensi episcopo, et suis successoribus in perpetuum possidendam. In cujus rei testimonium presentes litteras feci sigilli mei munimine roborari. Datum anno Domini M°CC° Quadragesimo Secundo, mense Februario. (*Anno* 1243 *juxtà novum stylum.*)

Ex autographo, quod in tabulario publico provinciae Leodiensis nunc asservatur.

CLXIV.

ERMESINDE, COMTESSE DE LUXEMBOURG, ET HENRI, SON FILS,

RECONNOISSENT AVOIR REÇU DE L'ÉVÊQUE DE LIÉGE, SIX CENTS MARCS, SUR QUELQUES UNES DE LEURS TERRES, QU'ILS TIENDRONT EN FIEF DE L'ÉGLISE DE LIEGE. FÉVRIER 1243.

Nos Ermensindis comitissa de Luceleborc et Henricus filius ejus. Notum facimus universis presentibus et futuris quod nos a reverendo patre et domino nostro Roberto, Dei gratia Leodiensi episcopo, in bona et numerata pecunia et cum omni integritate recepimus sexcentas marchas Leodienses quibus mediantibus a reverendo quondam patre Johanne bone memorie et postmodum a dicto Roberto successore ejus episcopis Leodiensibus de terra nostra pro ut in aliis litteris continetur in feodum et homagium accepimus. Volentes quòd, sique littere testimoniales super dicta pecuniae quantitate sigillo dicti J. episcopi seu capituli Leodiensis alteriusve cujuslibet persone processu temporis invente fuerint, nullius obtineant roboris firmitatem. Actum anno Domini M°CC° Quadragesimo Secundo mense Februario feria sexta post Purificationem Beate Virginis. (6 *Februarii anni* 1243 *secundum novum stylum.*)

Descripsi ad autographum, quod nunc in tabulario publico provinciae Leodiensis prostat.

CLXV.

THOMAS DE SAVOIE, COMTE DE FLANDRE, ET JEANNE, SON ÉPOUSE, DÉCLARENT AVOIR CONSENTI A CE QUE ERMESINDE, COMTESSE DE LUXEMBOURG ET HENRI, SON FILS, REÇOIVENT DORENAVANT EN FIEF DE L'ÉGLISE DE LIÉGE, LES DIMES DE THOIGNE ET DE WERICHE, QU'ILS TENAIENT DE FLANDRE ET LEUR ASSIGNENT EN COMPENSATION LE VILLAGE DE LINIÈRES POUR LE TENIR DE LA FLANDRE. 1243.

Thomas Flandriae et Hannoniae comes et Johanna uxor ejus comitissa, omnibus presentes litteras inspecturis salutem. Noverint universi quod nos concedimus et volumus quod dilecta et fidelis nostra E. comitissa Luceleborgensis et fidelis noster Henricus filius ejus et eorum heredes

decimam de Thoogne et de Weriche quam de nobis tenent in feodum, de carissimo domino nostro. . . . . episcopo Leodiensi dictam decimam in perpetuum teneant. Et eidem episcopo et suis successoribus episcopis Leodiensibus inde homagium faciant. Nos autem bonâ voluntate in hiis consentimus. Quoniam in recompensationem feodi decime predicte dicta E. comitissa et H. filius ejus receperunt in feodum et homagium villam de Linières a nobis et successoribus nostris perpetuo tenendam; in cujus rei testimonium presentes litteras sigillorum nostròrum munimine duximus roborandas. Datum Querceti anno Domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Secundo in crastino Annunciationis (26 *Martii anni* 1243 *secundum novum stylum.*)

Ex autographo asservato in tabulario publico provinciae Leodiensis descripsi. Appendent in membranis duo sigilla.

CLXVI.

Traité de paix entre l'évêque d'Osnabruck, le duc de Limbourg et autres parens de Thierry d'Isenberg, d'une part, et Adolphe, comte de la Marck et ses alliés de l'autre, pour terminer la guerre qu'ils se faisaient pour la succession de Frédéric, comte d'Isenberg, père de Thierry. 1243.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis, Amen. *Engelbertus* Dei gratia (1) Osnabrugensis ecclesiae episcopus, Henricus dux de Limburg comes de monte, omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. . . . . Noverint igitur tam posteri quam presentes quod inter nos ex unâ parte, et *comitem Adolphum de Marka* ex alterâ discordia fuit exorta occasione illius quod *Theodericus de Isenburg consanguineus noster* repetiit bona patris sui, quae dominus comes de Marka in feodo receperat a venera-

(1) Frater is erat Friderici homicidae.

bilibus sanctae ecclesiae Coloniensis episcopis Henrico et Conrado et in possessione tenuit quodam jure, propter quod Theodericus de Isenberg, consanguineus noster ex nostrâ habito matura voluntate et consilio praefato comiti Adolpho recognovit quaedam bona quietè possidenda, videlicet duas curtes BRENE et SWERTE, advocatiam ecclesiae, et judicium villae UNNA, undè ortum habuit illud quod appellatur *Wicbelde* et omnem jurisdictionem infrà villam et omnia judicia ex ea parte *Rurae*, ex qua parte *Hatnecke* est situm, et quidquid juris habuit comes Fridericus in mircia sita inter rivum, quae (leg. *qui*) fluit per Genegge, et inter villam Hesne, ita quod de ista mircia comes de Marcka Theoderico recompensationem aequivalentem faciat tempore opportuno. Item in comitia judicio et curte *Cobuchem* (Kochim *V.* ex Teschenm. p. 264 Koffbucheim) et patronatum ecclesiae ejusdem, similiter etiam *Halvere* et *Kerspe* (Halveren et Kirspen) in judicio quod *Wicbelde* dicitur causa amicitiae conservandae aequaliter condivident comes Adolphus et Theodericus. Item castellani de Marcka. . . . . de Altena. . . . . de Blankenstein. . . . . feoda, quae a comite Adolpho receperunt, licet comitis Friderici fuerint, ab eodem Adolpho comite, et non à Theoderico deinceps tenebunt, excepto Arnoldo milite de Didinchoven. . . . . versà vice castellani Novi Castri Lymburg super Lennam. . . . . Feoda sua quae à comite Adolpho tenuerunt à Theoderico de caetero tenebunt. . . . . Item omnia bona quae comes Fridericus liberè et absolutè possedit, si comes Adolphus obligavit vel in feodo (*hic aliqua desunt*) ab omni obligatione et impedimento infrà annum absolvens dictus comes Adolphus eadem bona Theoderico libera dimittet. . . . . Concambia autem sive donationes ministerialium vel etiam concambia bonorum quae comes Adolphus fecit in suo vigore manebunt, alios homines et ministeriales comitis Friderici Theodericus retinebit, indivisi autem amborum sicut ante permanebunt. . . . . item nec comes de Marcka, nec Theodericus homines, vel ministeriales, vel castellanos sive etiam alienos ad bonum vel ad malum contrà alium manu, tenebit. Neuter etiam in opidis suis ab isto die in anteà litones vel homines ad advocatias alterius pertinentes recipiet. Item Theodericus, de Blankenstene inferius per miliare integrum et amplius munire castrum poterit, et non superius ad comitem revertendo. Similiter inferius à Lünen in quocunque loco voluerit super Lippiam et non superius ad comitem revertendo. Item Theodoricus de Isenberg nullam construet munitionem novam vel veterem reparabit, nec comes Adolphus aliquid muniet nisi Camene et Hammone, nec

Theodoricus oppidum muniet ante castrum super Lennam Lymburg. Item Theodoricus de Isenberg concambia bonorum judiciorum, advocatiarum et quorumcunque per consilium nostrum et comitis de Marcka communiter celebrata et (leg. *ut*) per litteras de praedicto concambio confectas sigillis nostris et comitis de Marcka et Theodorici roboratas patere potest, rata habebit inviolabiliter observabunt (sic). Ut igitur haec ordinatio et forma compositionis inter nos et fratres nostros tam clericos quam laicos *Theodericum* et *Fridericum fratres de Isenberg* amicos et adjutores et haeredes ex unâ parte, et comitem de Marcka et suos adjutores et haeredes ex alterâ, rata in perpetuum maneat et inconvulsa, clerici prescripti fide data promittentes et laici memorati firmiter in sacro sanctis reliquiis jurantes se nunquam formam compositionis praescriptam infracturos, sigilla sua cum nostris praesenti paginae addiderunt; *tres etiam sorores Theoderici de Isenberg* pro firmitate concordiae bonis, quae Theodoricus comiti de Marcka divisit plenius renunciarent. . . . . insuper ad hujus facti firmitatem sigilla aliorum principum et magnatum huic litterae rogavimus apponenda. Acta sunt haec anno Domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Tertio, die Philippi et Jacobi Apostolorum et Sanctae Walburgis virginis coram nobis et illis quorum sigilla appensa sunt, et aliis quam pluribus, in nomine Domini Amen.

Ex autographo, extat etiam apud Kremer loco proximè laudato inter diplomata, nº 4 p. 124-127 *et Von Steinen, loc cit., p.* 1435-1438.

CLXVII.

Création du monastère de Sinnigh. 1243.

Robertus Leod. episcopus. . . . . accedens ad nos. . . . . abbas de Rode, ordinis S. Augustini, nostre diocesis, nobis humiliter supplicavit, ut cum ipse moniales suas intra septa monasterii de Rode, commorantes, nec non moniales de Scarne ejusdem ordinis, propter earum commodum ac honestatem ordinis, ad

locum qui *Fons B. Mariae* dicitur, intendat transferre, et ibidem monasterium idoneum instituere, nos eidem super hoc licentiam concedere paterna sollicitudine curaremus. Nos autem. . . . . eidem authoritate presentium concedimus ut. etc. . . . . Datum anno Domini MCC Quadragesimo Tertio, feria quinta post Trinitatem. (11 *junii*).

Ex autographo, extat etiam apud Foppens, Miraei, Opera diplom., tom. III, p. 715.

CLXVIII.

Arrangement qui concerne l'avouerie de l'abbaye de Siberg. 1243.

Inter virum nobilem dominum Henricum ducem de Limburg, comitem de Monte, ejus uxorem dominam Irmingardam ducissam de Limburg, comitissam de Monte et filios eorum Adolfum et Waleramum ex parte unâ, et dominum Godefridum abbatem de Siberg et suum conventum ex alterâ, super advocatia Sibergensis monasterii, compositio talis intervenit. . . . . Actum et Datum anno Domini MCCXL Tertio, feria quarta proxima post octavam passionis apostolorum Petri et Pauli (8 *julii*).

Exhibet C. J. Kremer, Academ. beitraege, tom. III, *dipl.* n° 70. p. 89.

CLXIX.

Ermesinde, comtesse de Luxembourg, et Henri, son fils, font connaitre qu'ils ont fait hommage a l'Église de Liége, pour les fiefs de Natoie, de Hotton, de Melroy, etc. 1243.

Je Ermessens, comtesse de Luceleborg et de la Roche et marchise de Erlons et je Henris, ses fyz, cuens de Luceleborg et marchis de Erlons,

faison connoissant a tous céaus ki ce letres veront, kc nos avons fai homage à nostre seigneur le vesque de Liege et à l'englise del fief de *Natoie* si come il es a touttes ses apartenences et del fief de *Notton* et de *Meleroy* et des apendises ki i sont et avecques ces choeses devant dites avons nos repris en fief et en homage de li e de l'englise de Lige la disme de *Tohoigne* et de *Wyrice* par lassens et loctroi et la volente le conte et la contesse de Flandres et de Haynau des ques nos la solions tenir en fief, en tele manir ke il en puent joir par loi avecques touttes se choese nos avons promi et jurci ke nos aideron le veske et lenglise de Lige, de se droicturs a meintenir enver tos homes fors ke envers lemperor, et se il avenoi ke li veske se plenjist ke onc li feist tor, nos devons envoie deis de no homes ù onc li feroi tort por scavoir se onc li feist tor u non, et se il raportoi seur lurs seirmens, que onc li feist tor nos li eideron.

Et se il avenoi ke la terre ki es entre Ciney et Muese revenoi à nos, ù une parte de la terre, nos devon le veske e lenglise remetre en tele teucure come il fu au tens le conte Thyebau de Bar, le pere le conte Henris ki es mors otremer, e ce prometon nos à fair des englise ki son dessos eaus e tot ce fiez ki es devant dis doi estre liges e ne le poera nus otre tenir se al non ki serat sir e cuens de Luceborg et porce ke nos volon ke tos ce choese seient estubes a tosjors, mais nos avon meis no saiauz a ce letre. Ce letres futz donéez lan de lincarnation Mil et Dois Cenz e Karante Trois el moit de Joilliet, le joediz apres les octave Seint Pier et Seint Pol. (9 *juillet*).

Descripsi ex autographo ecclesiae cathedralis Sancti Lamberti Leodii, nunc in tabulario publico provinciae ibidem reposito.

CLXX.

HENRI IV, DUC DE LIMBOURG, ET ADOLPHE, SON FILS AINÉ, REMETTENT A LA DÉCISION DE TROIS DÉPUTÉS LE DIFFÉREND QU'ILS AVAIENT AVEC L'ABBAYE DE KNECHSTEDEN TOUCHANT LE DROIT DE PATRONAGE DE L'ÉGLISE DE ROMERSKIRCHEN. 1243.

Henricus, dux de Limburg et comes de Monte, et Adolphus primogenitus ejusdem ducis, universis has litteras inspecturis salutem et omne bonum.

Universitati vestrae praesentibus notum esse volumus, quod nos dilectis nostris magistro Arnoldo scholastico S. Mariae ad Gradus, et magistro Ulrico SS. Apostolorum et magistro Sibodoni S. Severini canon. Colon. commisimus caussam, quae vertitur inter nos, et ecclesiam *Knechsteden*, de jure patronatûs ecclesiae in *Romerskirchen*, ut ipsi secundum jus et suas conscientias definiant dictam caussam. Et ne hujus commissionis dubium oriatur, praesens scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum Coloniae, anno Domini M.CC.XLIII. in festo ad vincula S. Petri.

Aegid. Gelenius in Auctario Historiae S. Engelberti, p. 325-327, *edidit hanc chartam cum aliis ad eandem causam attinentibus.*

CLXXI.

HENRI IV, DUC DE LIMBOURG, DE CONCERT AVEC GÉRARD, COMTE DE WASSENBERG, SON COUSIN, ET OTTON, COMTE DE GUELDRE, MÉNAGENT UNE TRÈVE ENTRE L'ARCHEVÊQUE DE COLOGNE, LE DUC DE BRABANT ET LEURS ALLIÉS, D'UN COTÉ, ET LE COMTE DE JULIERS ET SES ALLIÉS DE L'AUTRE, ET ASSURENT CETTE TRÈVE PAR DES MESURES PARTICULIÈRES. 1244.

Henricus, dux de Limborch et comes de Monte, Ottho, comes Gelrensis, et Gerardus comes de Wassemberge, omnibus praesens scriptum inspecturis, notum facimus, nos apud illustrem principem dominum Henricum ducem Lotharingiae et Brabantiae multiplicibus precibus obtinuisse, quod inter venerabilem dominum Cunrardum Dei gratiâ Coloniensis ecclesie archiepiscopum, et praefatum Henricum ducem Brabantiae, Henricum comitem Seynensem et eorum adjutores ex unâ parte, Wilhelmum comitem Juliacensem, Walleramum fratrem ejus et eorum adjutores ex alterâ, legitimas treugas usque ad Epiphaniam domini proximè venturam dedimus tota die Epiphaniae duraturas. . . . .
. . . .
. . . . praetaxatas vero treugas faciemus inviolabiliter observari et omnium aliorum praedictorum sumus etiam fidejussores. In cujus fidejussionis testimonium, presentes litteras sigillorum

nostrorum munimine duximus roborandas. Actum et datum apud Loithe juxta Venlo, anno Domini MCCXLIV. mense Julio, feria quarta ante festum Beatae Mariae Magdalenae (20 *Julii*).

Legitur integrum apud Butkens, Trophées du duché de Brabant, tom. I, *preuv.* p. 87.

CLXXII.

Les chatelains de Limbourg sur la Lenne, renouvellent par lettres, lors de la construction du chateau, la promesse faite a Henri, duc de Limbourg en qualité de comte de Berg, de ne rien faire ni ordonner sans son aveu. 24 aout 1244.

Nos castellani de Lynberch super Lenam. . . . . notum facimus nos in domini Henrici ducis de Lymborch et comitis de Monte. . . . . Adolphi praefecti novi castri. . . . . manus fidem dedisse et assecurasse salva per omnia hereditate domini nostri Theoderici filii sororis ducis de Lymborch, quod dictum castrum Lymborch ita tenebimus et fideliter observabimus, quod dicto duci et comiti de Monte et pueris suis et omnibus eorum adjutoribus de praefato castro Lynborch nec dampnum nec gravamen aliquod inferetur, nec nos aliquid cum praehabito castro Lynborch ordinabimus, attemptabimus vel faciemus nisi sit de consensu, voluntate et consilio ducis de Lynborch vel puerorum suorum, supradicta in constructione castri praedicti duci et comiti de Monte et pueris suis promiseramus, et ne talis promissio oblivioni tradatur eam per litteram praesentem innovavimus. . . . . datum Lynnepe anno Domini M°CC°XL Quarto in die Bartholomei Apostoli. (24 *Augusti*).

Extat apud Kremer, Academische beitraege etc., *inter diplomata*, n° VII, p. 128.

CLXXIII.

Droit de glandée accordé a l'abbaye de Robermont par Henri IV, duc de Limbourg, et par son épouse. 25 septembre 1244.

Henricus dux de Lemburg, comes de Monte et Kunigardis (leg. *Ermengardis*) ducissa et comitissa ibidem, praesentium inspectoribus notum facimus, quod sororibus de *Roberti-monte* pro nostrarum et successorum nostrorum remediis animarum, quolibet anno, dum glandes in nostris nemoribus creverunt, quinquaginta porcos. . . . .
Datum anno Mill. Ducent. Quadrag. Quarto, dominica post Matthaei apostoli. (25 *septembris*).

Excerptum istud diplomatis exhibet Miraeus, Oper. diplom., tom. I., p. 316.

CLXXIV.

THIERRY D'ISENBERG PROMET A HENRI, DUC DE LIMBOURG, ET A SES SUCCESSEURS, COMME COMTE DE BERG, DE NE POINT DISPOSER NI DU CHATEAU NI DE LA TOUR DE LIMBOURG SUR LA LENNE ET DE NE POINT Y ÉTABLIR DE CHATELAIN SANS SON CONSENTEMENT. 24 OCTOBRE 1244.

Ego Theodoricus de Isenberg. . . . . notum facio quod in manus dilecti avunculi mei ducis de Lymborch et comitis de Monte data fide promisi quod cum castro de Limburg suprà Lenam vel cum turri ejusdem castri nihil disponam vel ordinabo quin sit de voluntate et consensu illius quicunque est vel erit comes de Monte; insuper nullum castellanum dicto castro de novo imponam. . . . .
hujus rei veritatem scripto et sigillo meis praesentibus protestor, ad petitionem vero meam sororius meus dominus Henricus de Volmuntstene. . . . . sigilla sua ad habundantem cautelam praesenti cartula apposuerunt. Actum et datum in dicto castro anno Domini M°CC°XLIIII° in crastino S. Severini (24 *Octobris*).

Apud Kremer, Academ. Beitr., tom. II, p. 127. *Diplom.* n° *VI.*

CLXXV.

1244. Ego Wilhelmus Scholtetus de Eschwilre, notum facio universis, quod capitulum Coloniense officium villicationis in Eschwilre quod ego et progenitores mei ab antiquo ab ipsa ecclesia tenuimus, mihi concessit jure hereditario possidendum, ita quod officium ipsum in plures personas non dividatur. . . . . In cujus rei testimonium sigillum domini Henrici ducis de Limburg praesenti scripto appendi rogavi. Actum anno Domini M°CC°XLIIII.

Apud Kremer loc. proximè laud. inter diplomat. Coloniens., *n°* 44, *p.* 256.

CLXXVI.

Acte de rénonciation faite par Louis de Ravensberg, aux biens de Barme qu'il avait vendu a Henri, duc de Limbourg. 1244.

Ludewicus comes de Ravensberg. Noverint universi has litteras visuri quod nos renunciamus bonis de *Barme* que domino duci Limburgensi vendidimus, eidem domino duci et suis heredibus liberè et absolutè possidenda, et quod eadem bona in futurum libera ab omni impetitione dimittimus presentibus litteris protestamur. Datum anno Domini MCCXLIIII.

Evulgavit Andreas Lameius in Cod. dipl. Ravensberg *ad calcem suae historiae veterum comitum Ravensbergensium germanicè editae*. 1779. *n°* 26. *p.* 31.

CLXXVII.

Acte de rénonciation aux biens de Barme par Godefroi, comte d'Arnsberg, en janvier 1245 (n. s.)

Ego Godefridus, comes de Arnesberg, omnibus imposterum. Sciant presentes et cognoscant posteri, quod ego Godefridus, Dei gratia comes de Arnesberg nomine filii mei Henrici et uxoris sue Hadewigis abrenunciamus bonis de *Barms*, que dominus Ludovicus comes de Ravensberg ven. (*venerabili*) domino Henrico duci Limburgensi, comiti de Monte, vendidit, eidem domino duci et suis heredibus liberè et absolutè possidenda. Hec autem ne ab aliquo heredum nostrorum sive aliquo errore possint infringi presentem cedulam sigilli nostri munimine fecimus firmiter roborari. Actum et datum anno Domini MCCXLIIII post octavas Epiphanie.

Habetur apud Lameium, loc. cit, n° 28, p. 32.

CLXXVIII.

JACQUES, ÉVÊQUE DE METZ, TÉMOIGNE QUE, SELON LA COUTUME DE L'EMPIRE, LES FIEFS OUVERTS PAR LE DÉCÈS D'UN VASSAL MORT SANS LIGNAGE MASCULIN, DOIVENT RETOURNER AU SUZERAIN. 28 FÉVRIER 1246. (N. S.)

Jacobus Dei gratia Metensis episcopus. Universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus quod nos à predecessoribus nostris et aliis principibus imperii didicimus hanc consuetudinem et tale jus per imperium observari quod si vassallus, quispiam debitum carnis solverit herede masculo non relicto, sine omni contradictione feudum ejus ad dominum suum redit nec de jure defunctis parentibus vel cognatis femine in hujusmodi feudis succedere consueverunt. Datum anno Domini M°CC°XL° Quinto II kal. Martii. (28 *Februarii anni* 1246 *juxtà novum stylum*).

Ex autographo depromsi in tabulario provinciae Leodiensis. Appendet sigillum episcopi cerae flavae impressum.

CLXXIX.

ROBERT, ÉVÊQUE DE LIÉGE, DONNE LE VILLAGE D'ASSÈCHE

A ÉLISABETH, DOUAIRIÈRE DE WALERAN DE MONTJOIE, EN ÉCHANGE DES BIENS QU'ELLE ET SES ENFANS AVAIENT A DINANT. 1246.

Robertus Dei gratia Leodiensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noveritis quod nos de assensu et beneplacito majoris et Sancti Martini in Leodio ecclesiarum, nobili mulieri karissime ac fideli nostre Elisabeth, dominae de Monjoye, relicte domini Walrami de Lemborch, et liberis ipsorum Walerami et Elisabeth, villam de Asseche cum omnibus bonis que habebat ecclesia supradicta Sancti Martini in villa et appenditiis, ejusdem ad custodiam ejusdem ecclesie spectantia contulimus et concessimus in perpetuum, pro communi utilitate totius nostri episcopatûs pro bonis aliis omnibus que habebat in villa Dionantensi, tam ipsa domina quam liberi supradicti, pro cujus quidem ville de Asseche et bonorum recompensatione de consensu totius capituli majoris ecclesie contulimus et assignavimus XII marcas annui reditûs ad hallam nostram Leodiensem. etc. . . . . In recompensam autem praedictorum nos eidem ecclesie Sancti Martini contulimus viginti quatuor bonuaria de culturis nostris de Warene estimata ad octoginta modios spelte annos. etc. . . . . Datum anno Domini M.CC.XLVI in crastino Ascensionis Domini.

Extrait du recueil inédit de Lungius intitulé : Collectio variorum diplomatum etc., *déjà cité, p. 20 verso et 21 recto.*

CLXXX.

CONFÉDÉRATION ENTRE CONRAD, ARCHEVÊQUE DE COLOGNE, ET ADOLPHE, FILS AINÉ DU DUC DE LIMBOURG, CONTRE L'EMPEREUR FRÉDÉRIC II. 20 JUILLET 1247.

Cunradus. . . . . S. Colon. ecclesie archiepiscopus. . . . . cum dilectus sororius et fidelis noster Adolfus vir nobilis, primogenitus ducis de Limburg, comitis de Monte, contra Fridericum quondam imperatorem, Cunradum natum ejus et fautores ipsorum nobis assistere

promiserit. . . . . nos eidem versa vice promisimus fide data, quod. . . . . nos et ecclesia nostra potenter et patenter auxilio et consilio ipsum juvabimus contra eos, nullamque sine ipso inibimus pacem. . . . . cum predictis. In cujus rei etc. . . . . Datum Colonie anno Domini MCCXLVI. XIII kal. Augusti. (20 *Julii*).

Edidit C. J. Kremer, Academ. beitraege, t III, *diplom.* n° 72, p. 91.

CLXXXI.

1247. Conradus Coloniensis archiepiscopus Henrico II duci Brabantiae denunciat, se protulisse sententiam divortii inter virum nobilem Gerardum de Wassenberge et dominam Elisabeth sororem ducis praefati, relictam Theodorici nati comitis Clivensis, eo quod factâ secundum mandatum apostolicum diligenti inquisitione invenerit Gerardi avum et praefatae Elisabeth aviam fuisse fratres et sorores, et ipsos se invicem in tertio gradu consanguinitatis attingere. Datum Coloniae anno Domini MCCXLVI. in vigilia Palmarum. (23 *Martii, anni* 1247 *secundum novum stylum*).

Edidit Butkens, loc. cit., suprà p. 76.

CLXXXII.

1247. Nos Adolphus, comes de Monte, ... notum facimus, nos ab illustri viro Henrico Thuringiae Lantgravio et duce Brabantiae Castrum nostrum WINTECKEN in pheodum recepisse. . . . . Datum et actum anno Domini MCCXLVII. Apud Marburg in Beato Servatii. (13 *Maii*).

Butkens, ibid, p: 89.

CLXXXIII.

TRANSACTION ENTRE ERMENGARDE, DUCHESSE DE LIMBOURG, ET

ADOLPHE, SON FILS AINÉ, POUR LE PARTAGE DU COMTÉ DE BERG ENTRE EUX. 16 JUIN 1247.

Nos Conradus Dei gratia Sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, Italie archicancellarius, Otto, comes Gelrensis, Arnoldus, comes de Los, Wilhelmus, comes Juliacensis, omnibus hoc scriptum inspecturis; notum facimus, quod inter illustrem ducissam de Limburg, comitissam de Monte et Adolphum primogenitum ipsius nobis mediantibus talis ordinatio intervenit, quod ipsa ducissa *Novum Castrum* et castrum *Angermunt* retinebit, Adolphus vero filius ejus castra *Windecke* et *Bensbure* retinebit. Ipsa etiam ducissa et filius ejus compromiserunt in Henricum de Lohusen, Engelbertum de Bodelberch, Adolphum de Stamheym, Adolphum dictum Burefoit, Adolphum de Elnere et Albertum Zobbonem, qui exceptis feodis, que debentur castrensibus et aliis fidelibus, universos reditus et proventus totius Comitie et terre de Monte equaliter in duas partes divident, et unam ducisse, et alteram filio ejus predicto tribuent, secundum quod castris predictis magis sunt convenientia et propinqua. Nec etiam ducissa in bonis filii, nec filius in bonis ducisse hospitabitur, nec eorum aliquis bona sibi deputata in divisione alienabit, et bona, que cedunt in divisionem ducisse, ad filium ejus Adolphum, post obitum ducisse revertentur. Uxor etiam ipsius Adolphi, si ipsum, quod absit, sine prole decedere contigerit, suam *Lifzuc* coadvixerit, in bonis sibi deputatis obtinebit, et bona alia residua, que in partem ipsius Adolphi in divisione cesserunt, ad proprios heredes revertentur. Debita vero contracta usque ad diem conscriptionis hujus carte, ipsa ducissa solvet duas partes, et prefatus ejus filius tertiam partem, et quilibet ipsorum satisfaciet de debitis scultetis in parte sue divisionis. Quecunque partium predictarum ordinationem non servaverit, nos cum vasallis et ministerialibus comitatûs de Monte auxilio et consilio servanti predicta contra alium assistemus. Hujus rei veritatem scripto et sigillis nostris presentibus protestamur. Actum apud *Gotumsheym* in crastino Viti et Modesti, anno Domini M.CC.XL Septimo.

Extat apud Kremer, Academ. beitraege. etc., nº 75, p. 94.

CLXXXIV.

1248. Adolphus primogenitus, bone memorie Domini Heynrici ducis de Lymburg et comitis de Monte. . . . . Theodericum de Goslar. . . . . cum omni prole suâ tam natâ quàm nasciturâ super Altare S. Marie in *Doenwaldt* tradimus ceraecensualem. . . . . actum et datum anno Domini MCCXL Septimo, mense Januario. Testes sunt. etc.

Apud. C. J. Kremer., ibidem., nº 74, *p.* 93.

CLXXXV.

Mathieu II, duc de Lorraine, cède Daelhem et Belrain a la duchesse Catherine, fille de Waleran III, duc de Limbourg, sa femme, en compensation de Guemunde, qui était son propre héritage. Avril 1248.

Noverint universi praesentes litteras inspecturi, quod ego Matthaeus dux Lotharingiae et marchio, in recompensationem de *Guemunde* et de appenditiis ejusdem, quae pertinebant karissimae uxori meae Katherinae ex parte haereditatis suae propriae, assignavi et cencessi eidem *Dale* et *Bellum-ramum* cum omnibus appenditiis earumdem villarum, post decessum meum liberè et pacificè possidendum. In cujus rei testimonium praesentem paginam sigilli mei munimine feci roborari. Actum anno Domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Octavo, mense Aprilis

Apud Calmet, Hist. de Lorraine, *1ère édit. preuv.* tom. II, p. 463.

CLXXXVI.

Guillaume de Hollande, élu roi des Romains, engage la ville de Duisbourg a Waleran, duc de Limbourg, pour en être assisté contre ses ennemis. 29 avril 1248.

Willelmus Dei gratia Romanorum in regem electus et semper Augustus, universis sacri imperii fidelibus graciam suam et omne bonum. Universitati vestre tenore presentium nostra duxit serenitas intimandum, nos dilecto ac fideli *nostro consanguineo* Walerano *de Lymbourch* opidum nostrum, dictum Duspurg, cum omnibus redditibus et proventibus, nobis et imperio ibidem cedentibus ob servicium contra inimicos ecclesiae sanctae et nostros, ac contra omnem hominem, nobis sine omni dolo fideliter inpendendum, in *elemosinam* et feodum pro mille et ducentis marcis titulo pignoris obligasse. Dum autem excellentia nostra premisso Waltero prefatum (*leg. prefatas*) mille et ducentas marcis (*leg. marcas*) cum integra summa persolverit, pretaxatum opidum cum omnibus redditibus et proventibus nobis et imperio cedet liberè et absolutè. Quicquid autem predictus Walterus, titulo pignoris durante, in prefatis redditibus colligerit, hanc (*forte leg. hoc*) summam non diminuet prelibatam. Volumus etiam, quod consuetudinis approbate et jura, que opidanis de *Duspurg* ab imperio sunt hactenus observata, nobis et ipsis sine diminutione qualibet observentur. Ut autem contractus supradictus robur firmitatis sine calumnia habeat, presentem paginam conscribi et sigilli nostri fecimus munimine roborari. Nos Conradus Coloniensis Archiepiscopus, Th. Clevensis et Otto Gelrensis comites dicto tractatui interfuimus, unde ipsum, prout dictus est in antecedentibus, protestamur presenti scripto ad mandatum Domini nostri Willelmi Romanorum regis illustris nostra sigilla unanimiter opponentes (*leg. apponentes*) datum in castris apud Werden III Kalend. May; indictione quinta anno Domini. M° Ducentesimo XLVIII° anno secundo (sic). regni nostri primo.

Ex registro camerae rationum Brabantiae scripto: Hic incipiunt diversa privilegia illustr. Princ. duc. reg. et imp. concess. fol. 10. *in lucem protulit liber baro de Meerman in codice diplomatico. Quam subtexuit* Historiae Guilelmi Roman. Regis. *Hollandorum linguâ ab se editae* n° XXIV, p. 327 et seq. *et ex eo pet. Bondam. in* Cod. diplom. ducum Gelriae et comitum Zutphandae., sect. III, n° 54., p. 466.

CLXXXVII.

Waleran IV, duc de Limbourg, et Jutte, son épouse, abandonnent en faveur du monastère de Heinsberg, la prétention qu'ils avaient formé sur une dime. 24 juillet. 1251.

Nos Walramus dux de Limburg una cum uxore nostra, nomine Jutta, notum facimus. . . . . quod nos unanimi consensu pro salute animarum parentum nostrorum et nostrarum, decimam, quam curti nostre de Teveren attinere diximus, et nostram esse conventui de Heinsberg liberè dimisimus et absolutè. et quem admodum dictus conventus hactenus ab antiquo ipsam cum suis attinentiis integrè possidebat, a nobis, et a nostris successoribus pacificè et quietè eandem de cetero possidebit. ut autem. . . . . actum et datum Coloniae anno Dōmini MCCLI. In vigilia S. Jacobi apostoli.

Ex autographo mecum communicavit amplissimus D. Kreet, nobilis parthenonis in Heinsberg praepositus. Appendent duo sigilla.

CLXXXVIII.

Waleran IV, duc de Limbourg, moyennant vingt marcs, consent, sous forme de donation, a ce que le monastère de Heinsberg possède certains biens situés a Geilenkirchen, qui y formaient un alleu de ce prince, venant de sa femme. 1252.

Waleramus dux de Limburg universis presens scriptum inspicientibus cognoscere veritatem. Cum Arnoldus dictus Bolte bona sua, que dicuntur Mons et Silva Boltonis cum suis attinentiis, jacentia in parochia de *Geilenkirchen*, Otto vero de Hommerschen bona sua sita apud Hommerschen ecclesie beate Marie in Heynsberg ordinis Premonstratensis vendiderint; allodium jam dictorum bonorum ad nos ratione Jutte uxoris nostre dignos-

citur pertinere, et ob hoc tam nos, quàm prefata uxor nostra Jutta certà quantitate pecunie, scilicet viginti marcis coloniensibus, a jam dicto conventu recepta nec non pro salute animarum nostrarum ac predecessorum nostrorum predicte emptioni favorabilem et legitimum adhibemus consensum obligamus etiam nos. . . . . ad Warandiam sepe dictorum bonorum. . . . . ut autem hec nostra donatio. . . . . rata permaneat. . . . . acta sunt hec anno Domini Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Secundo.

Ex autographo tabularii nobilis parthenonis de Heinsberg. Appendent duo sigilla.

CLXXXIX.

1252. Walramus dux Limburgensis. . . . . nos compositionem, quae super juribus advocati Porcetensis, qui ejusdem loci advocatiam a nobis tenet in feodo, ex commissione Domini Henrici tunc Romanorum regis. . . . . facta fuit. . . . . inter abbatissam et conventum Porcetensem ex unâ parte, et Gerardum militum, tunc advocatum ejusdem loci ex alterâ. . . . . approbamus. . . . . volentes eam ab Arnoldo, nunc advocato, fideli nostro, filio scilicet Gerardi et suis successoribus perpetuo observari. . . . . datum ann. Domini MCCLII.

Habetur apud Foppens in supplem. ad Miraei Opera diplom., tom. IV, part. IV, cap. 41. p. 540.

CXC.

Arrangement entre Otton, comte de Gueldre, et Waleran IV, duc de Limbourg, concernant le droit de conduite ou de direction des voitures. 10 mars. 1253.

Nos *Otto comes Gelren.* notum facimus universis presens scriptum inspecturis et audituris, quod omnis controversia que ventilabatur inter nos ex unâ parte, et nobilem virum dominum *Walleramum ducem de Lymborch*, ex alterâ, mediantibus amicis nostris et suis taliter est sopita et ordinata : quod Burgenses nostri de Ruremonde cum curribus et carrucis nulla vina deducent à festo Beati Remigii usque ad quindenam post Pascha Domini ultrà Mosam. Sed dicti Burgenses nostri poterunt sine calumpnia Domini Wallerami ducis de Lymborch vel suorum hominum tantum vini omni tempore adducere aput Ruremunde quantum eisdem complacebit. Transactis vero antedictis quindecim diebus post Pascha antedicti Burgenses de Ruremunde liberè poterunt deducere vina cum curribus et carrucis ultrà Mosam usque ad festum Beatii Remigii superius annotatum, sed nullum mustum. Item dicti Burgenses de Ruremunde per alveum Mose omni tempore in conductu nostro quo ad usque extenditur, et alii etiam sine calumpniâ cum vinis suis et aliis rebus suis poterunt ascendere et descendere; item quidquid transit à Lurchke inferius liberè per terram nostram poterit transire (1). Item si aliquis fuerit arrestatus vel detentus in terrâ nostrâ à dicto domino duce de Lymborch, vel à suis qui conductum suum violenter (2), vel furtivè subtraxerit, de illo faciemus dicto duci de Lymborch plenitudinem justitie (3) predictos vero articulos sine malâ arte faciemus observare. In cujus rei testimonium sigilla venerabilis fratris nostri et Domini Henrici Leodiensis electi, illustris principis Domini nostri Henrici ducis Lotharingie et Brabantie, Domini Willelmi comitis Kestelen, Domini Willelmi de Authona, Domini Gosewini de Borne, Domini Willelmi dicti Schillinchs cum sigillo nostro huic scripto fecimus apponi. Actum et datum aput Echte anno Domini Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Tertio feria secunda post Invocavi. (10 *Martii* 1253).

Ex autographo, lectu difficillimo, quod apud me repositum teneo, descripsi. Appendent adhuc septem sigilla.

(1) Apud Bondam legitur in hunc modum : quidquid transit à Lurxe inferius comitis poterat transire per terram liberè.

(2) Bondam male violaret.

(3) Bondam de illo faciet notis praedictus comes justitiae complementum.

CXCI.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, FAIT CONNAITRE LE DOUAIRE QUE GÉRARD, SEIGNEUR DE WASSENBERG, A ASSIGNÉ A ÉLISABETH DE BRABANT, SA FEMME, A LAQUELLE IL EN DONNE L'INVESTITURE. 13 MARS 1253. N. S.

Waleramus, dux Limburgensis, notum facimus universis praesentibus et futuris quod nobilis vir *Gerardus dominus de Wassemberg* de castro de Spremont, et omnibus suis attinentiis, de bonis suis Golopen, quae a domino Henrico patre nostro bonae memoriae duce Lemburgensi aliisque praedecessoribus nostris tenebantur et a nobis tenentur in feodo, de castro etiam de Wassemberg et omnibus suis attinentiis homo noster ligius existit, de consensu et bona voluntate Gerardi primogeniti sui, postquam ad annos discretionis pervenerat, et hoc facere poterat secundum communem legem terrae, dominae Elisabeth uxori suae, sorori scilicet Henrici piae memoriae quondam ducis Brabantiae suisque liberis, praedictum castrum de *Sprimonth* cum vasallis, ministerialibus, aliisque omnibus bonis eidem castro attinentibus, et praedicta bona omnia *Golopen* cum vasallis et ministerialibus aliisque omnibus suis attinentiis, cum omni etiam praedio suo quod habet in terra Golopen, conductum etiam sive theloneum in Dobach, et insuper omnia bona sua integraliter tam *Linne* quàm *Pere* et alia bona sua quae habet ex ista parte Qure (1) versus Spremonth, cum vasallis et ministerialibus suis omnibus, ex eadem parte Qure manentibus, et insuper omnia bona quae praedictus G. dominus de Wassemberch comparaverit vel acquisierit ex eadem parte Qure ex nunc in antea, coram nobis nostrisque vasallis et ministerialibus, et coram suis vasallis et ministerialibus liberè tradidit et donavit praedictae dominae Elisabeth uxori suae suisque liberis jure hereditario in perpetuum possidenda, quibus bonis omnibus antedictis praedictus *Gerardus primogenitus domini Gerardi domini de Wassenberg*, cum ad annos discretionis pervenerat et hoc facere poterat secundùm communem legem terrae, effestucando renuntiavit, ad opus praedictae dominae Elisabeth, et liberorum suorum, renuntians etiam omni auxilio juris canonici et civilis quod ei competere

(1) Quareux, village à une lieue au dessus d'Aywaille.

posset vel competere videretur supra praedictis contra praedictam dominam Elisabeth et liberos suos; reservatis tamen sibi castro de Wassemberg cum vasallis et ministerialibus omnibus ex illa parte Qure versus Wassemberch positis et commorantibus, ac etiam omnibus castrensibus residentiam habentibus in castro de Wassemberch ubicunque sint manentes, et reservatis sibi omnibus bonis quae praedictus G. Dominus de Wassemberg ex illa parte Qure versus Wassemberch comparavit vel comparabit, quae omnia erunt primogeniti sui antedicti. Omnes vero castrenses quos comparaverit ex istà parte Qure ex nunc in ante, erunt praedictae dominae Elisabeth et liberorum suorum: Et nos bona praedicta omnia ex ista parte Qure sita, ut supradictum est, et quae a nobis tenentur in feodo, ad petitionem praedicti G. Domini de Wassemberch de consensu et liberâ voluntate et etiam petitione Gerardi primogeniti sui in feodum concessimus dominae Elisabeth praedictae uxori suae suisque liberis, hominibus nostris legiis existentibus de praedictis bonis. Hujus rei testes sunt: nobilis vir Theodoricus dominus de Valckenburg, Hermannus de Wilre, Udo dapifer de Rode, Gislebertus filius ejusdem dapiferi, Wilhelmus dictus Mulrepach, Wilhelmus de Wemmis, Alexander marescallus de Lemborch, Simon de Reynberzdale, Adam de Sledenake, Giscunus de Golopia milites. etc...

Actum et datum Golopiae anno Domini MCCLII, mense Martio in crastino Gregorii papae. (13 *Martii* 1253 *secundum novum stilum*).

Refertur a Christ. Butkens, Trophées du duché de Brabant, tom. I., *preuves* p. 77.

CXCII.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, RENONCE EN FAVEUR DE L'ABBAYE DU VAL-BENOIT, PRÈS DE LIÉGE, AU DROIT QU'IL AVAIT A LA DIME DES TERRES SITUÉES A BOCHOLZ. JUIN 1253.

Waleramus dux Leymborgensis, notum facimus universis quod nos ob remedium patris et matris nostre felicis memorie, nec non ob salutem nostram et uxoris nostre et progenitorum nostrorum renunciamus omni juri decimae duarum partium de quadraginta quinque bonuariis terre

arabilis site in territorio de *Bukehout*, quam abbatissa et conventus *Vallis Benedicte*, juxtà Leodium, Cisterciensis ordinis, acquisiverunt à Theodorico de Fleckendale tenente dictam decimam a nobis in feodum, ad opus predictarum abbatisse et conventus, ut per hec bona in ecclesia ipsarum nostri memoria habeatur. Cui resignationi juris predicti interfuerunt Waleramus consanguineus noster. Udo dapifer Rodensis dilectus noster et fidelis et Wilhelmus miles de Rulandt, cum pluribus viris providis et honéstis. In cujus rei testimonium ne ab aliquo successore nostro infringi valeat vel inficiari presens scriptum praedictis abbatissae et conventui sigillo nostro dedimus communitum, datum et actum anno Domini M°CC°LIII° mense Junio.

Ex chartulario conventûs Vallis Benedictae quod modò asservatur in archivis publicis Leodii. Vol. II, fol. 50.

CXCIII.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, PROMET AUX CITOYENS DE COLOGNE DE LEUR DONNER UN SAUF CONDUIT, AINSI QUE POUR LEURS MARCHANDISES, SUR LA GRANDE ROUTE DE COLOGNE A MAESTRICHT ET SUR CELLE DE COLOGNE A LIÉGE. 1253.

Universis presentes litteras inspecturis, nos Waleramus, dux de Limburg, notum esse volumus et presentis scripti testimonio declaramus. Quod dilectos nostros cives Colonienses universos et singulos per rectam et consuetam viam a Colonia usque Trajectum superiùs et a Colonia usque Leodium, eundo et redeundo, cum personis et rebus suis, sive etiam cum sua prompta pecunia, in nostram protectionem recepimus et conductum, salvo nobis Theloneo nostro, de jure ab eis inde debito et consueto, promittentes ipsis bonâ fide, omnique dolo et fraude exclusis, omnino, quod, quidquid in dicta via nostri conductus lucente die damni seu gravaminis eis accidet, vel etiam de rebus suis, amittent, aut forte noctis tempore de quo nobis constaret, seu posset veraciter demonstrari, id tota-

liter persolvimus eisdem, sub testimonio sigilli nostri presentibus appenso. Ut autem praemissae firmiter et fideliter observentur, indè ipsis statuimus fidejussores, viros nobiles consanguineos nostros dilectos, Wilhelmum comitem Juliacensem, Waleramum fratrem ejus, Walramum dominum de Monsioye, Gerardum dominum de Wassinberg et Johannem dictum de Rifirscheid: qui se ad omnium observationem predictorum nobiscum in solidum obligarunt. Nos vero predicti nobiles confitemur omnia prenotata, sicut prescripta sunt, vera esse et per omnia ita acta et ad ea fideliter observanda tam a dicto domino Walramo duce Limburgensi quam a nobis, nos ad preces ipsius ducis obligavimus et fide jussores super hoc constituimus nos metipsos ita, quod nisi premissa memoratis fuerint civibus observata. Nos Wilhelmus comes Juliacensis et nos Waleramus frater ejus moniti ab eisdem civibus, vel ex parte ipsorum Coloniam intrabimus, ibique jacebimus, indè non exituri nisi de eorum fuerit voluntate. In omnium itaque predictorum testimonium et firmitatem, presentem paginam sigillis nostris fecimus communiri. Actum Coloniae anno Domini Millesimo CC Quinquagesimo Tertio.

Ad autographum descripsi in archivis civitatis Coloniensis. Appenderunt ex pergameno sex sigilla cerae impressa. 1° W. Ducis cerae flavae; 2° Wilh. comes Juliac. cerae albae; 3° Walerami Juliac. cerae flavae; cetera deciderunt.

CXCIV.

1254. Elisabeth domina de Sprimunt quondam comitissa Clivensis donavit ecclesie in Wassenberg quatuor maldra tritici apud Linne . . . . loco unius Mariae Colon. quam eidem ecclesie pro anima mariti sui domini Gerhardi bonae memoriae de Wassemberg dare promiserat . . . . apud Linne anno MCCLIV, mense Septembri.

Excerptum exhibet Gelenius in Auctario Hist. S. Engelberti, p 373 *et ex eo Butkens, loc. cit. p.* 77.

CXCV.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, RECONNAIT AVOIR PROMIS A ELISABETH, VEUVE DE GÉRARD DE WASSENBERG, DE LA MAINTENIR DANS SES BIENS. 1255.

Walleramus dux Lemburgensis notum facimus universis praesens scriptum visuris, quod nos fide data promisimus et tactis sacrosanctis reliquiis juravimus, quod nobilem matronam *Elisabeth* relictam nostri consanguinei Gerardi domini de Wassemberch piae memoriae, in omnibus bonis tam allodiis quam feodis ex ista parte *Quore* jacentibus, quae praedicti domini Gerardi fuerunt, quae etiam primogenitus in nostra nostrorum que fidelium praesentia constitutus, resignavit et effestucavit; et ut ea praedictae dominae Elisabeth praestaremus petivit, conservabimus. Super his autem et super amicabili compositione inter ipsam ex unâ parte et Gerardum primogenitum domini de Wassemberch ex alterâ facta, ejus erimus dominus et warans. etc. Datum et actum Golopiae anno Domini MCCLV.

Extat, apud Butkens, loc. cit. p. 78.

CXCVI.

GÉRARD DE LUXEMBOURG, SEIGNEUR DE DURBUY, DONNE EN FIEF AU CHAPITRE DE S. MARTIN, A LIÉGE, LA DIME DE BORLON. MAI 1256.

Gerardus de Lucelebourc, dominus de Durbui . . . . decimam de *Borlon* donat capitulo collegiatae S. Martini Leodii, eam, inquit, ... decanus et capitulum habeant et teneant pleno jure a nobis et successoribus in feodum perpetuum, ita quod teneantur tradere hominem unum ad voluntatem eorum, a quo homine nec a predictis ratione feudi aut relivii nihil amplius exigere poterimus quam duas libras piperis annui census in castro nostro de *Durbuit* singulis annis in festo Andree solvendis. Actum (anno:) MCCLVI, mense Maio.

Extrait du recueil inédit de Langius, COLLECTIO DIPLOMATUM, *déjà cité, p.* 54.

CXCVII.

ADOLPHE, COMTE DE BERG, ET WALERAN, DUC DE LIMBOURG, S'ENGAGENT A OBSERVER LA PAIX FAITE ENTRE FLORENT, TUTEUR DE LA HOLLANDE, ET MARGUERITE, COMTESSE DE FLANDRE ET DE HAINAUT. 14 OCTOBRE 1256.

Universis presentes litteras inspecturis et audituris, *Adulphus* comes de Monte et *Walramus* dux de Limburgh salutem et cognoscere veritatem. Universitatis vestre notitie cupimus declarari tenore presentium simpliciter et publicè protestantes quod nos pacem, quam nobilis vir dominus *Florentius* tutor Hollandie pro se et *Florentio* nepote suo ac eorum heredibus atque suis cum illustri domina *Margareta* Flandrie et Hainonie comitissa, pro se et suis filiis domino *Gydone* comite Flandrie et domino *Joanne* de Dampetra et eorum heredibus ac suis inivit prout eadem pax cum articulis contentis in ea in litteris domini Florentii continetur simpliciter approbamus eamque tam in se quam in suis articulis bona fide promittimus omni tempore vite nostre firmiter et inviolabiliter observare et quod dicto domino Florentio vel Florentio nepoti suo, aut eorum heredibus sive suis, nullum omnino prestabimus consilium vel juvamen si forte, quod absit, ipsi vel aliquis predictorum predictam pacem in se vel in suis articulis presumpserint vel attemptaverint violare. In cujus rei testimonium presens scriptum sigillis nostris duximus muniendum. Datum anno M°CC° Quinquagesimo Sexto, sabbato post festum Beati Dyonisii.

Apud Kluit, Codex diplom. ad chron. Holland. num. 220, p. 700 *scellé des sceaux du comte Adolphe et du duc Waleran.*

CXCVIII.

1257. Nos Henricus, Dei gratia Trajectensis episcopus, Florentius tutor Hollandie, W. (*Waleramus*) dux Lemborgensis et TH. (*Theodericus*) dominus de Valkenborg, notum facimus universis, quod Otto, comes Gelriae, ex unâ parte, TH. comes Clyvensis, et filii sui, ex alterâ, compromiserunt de omni controversia et discordia, quae vertebatur inter eos,

ordinationi nostrae per omnia stare bona fide. Primo ordinamus et volumus. etc. etc. Acta sunt haec anno gratiae M°CC° Quinquagesimo Septimo, feria quarta ante apostolorum Petri et Pauli, inter Noviomagium et Husen feliciter, amen.

Ad autographum publici juris fecit Petrus Bondam in Codice diplomat. ducum Gelriae, tom. 1, p. 525, sec. III, n° 103.

CXCIX.

Acte de confédération, d'Adolphe, comte de Berg, de Waleran, duc de Limbourg, et de Guillaume, comte de Juliers, en faveur de Conrad de Hostade, archevêque de Cologne. 2 octobre 1257.

Nos *Adolfus*, comes de Monte, *Walleramus* frater ejus, dux de Lymburg, et *Wilhelmus*, comes Juliacensis, notum facimus universis, nos reverendo patri domino nostro *Cunrado* Coloniensi archiepiscopo juramento et fide corporaliter prestita promisisse, quod ipsi in guerra ad presens inter eum et cives Colonienses suborta et in aliis suis et ecclesie sue necessitatibus consilio et auxilio potenter et patenter pro viribus in perpetuum assistemus, nec eum delinquemus (leg. *Derelinquemus*), quin eum ut dominum nostrum, qui vasalli et ligii homines sumus, adjuvemus. In cujus rei testimonium presentem litteram conscribi et sigillis nostris fecimus communiri. Datum anno Domini M°CC°L Septimo crastino Remigii.

Ex autographo descriptum, ad me monasterio Westphaliae transmisit R. D. Nicolaus Kindlinger, editis scriptis historicis clarus. Appendent tria sigilla.

CC.

Elisabeth, veuve de Gérard II, sire de Wassemberg, donne a l'abbaye de Rolduc, la dime de Curtils, dans la commune

DE GALOPPE POUR LA CÉLÉBRATION D'ANNIVERSAIRES POUR SON MARI, LE FILS DE CELUI-CI ET POUR ELLE-MÊME. 14 OCTOBRE 1257.

Nos Elisabeth *domina de Sprimunth, comitissa Cleven* relicta nobilis viri *Domini de Wassenberg* pie memorie omnibus praesens scriptum intuentibus in C. (leg. *Christo*) salutari salutem. Que geruntur in tempore ne tractu temporis a memoria excidant humana, que fragillis est, necesse est scripture testimonio perhennari. Hinc est quod pro remedio animarum prenominati *Domini nostri Gerardi, ejusdem nominis filii nostri*, nec non pro nobis ad eternam beatitudinem consequendam contulimus, in eleemosyna per manum domini Walerami ducis Limburgensis ecclesie beate Marie in Rode, decimam ad nos pleno jure spectantem apud villam sive in campo Curthils sitam in parrochia *Galopen* jure perpetuo possidendam. Hâc optenta predicte decime distributione, ut in anniversariis predictorum domini et filii nostri et nostro post decessum nostrum ad communem utilitatem ecclesie superius nominate fratribus provisio debita exhibeatur. Huic donationi mee interfuerunt testes dominus Carsilius decanus Aquen : Udo dapifer Roden : Alexander marscallus Limburgen : Nicolaus villicus Galepen et alii quam plures. Ne autem hec donatio et factum nostrum posterorum perversis machinationibus possit infringi, presentem paginam exindè confectam sigillorum domini Wallerami ducis Limburgensis et nostri munimine duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Septimo in Die beati Kalisti papae (14 *octobris.*)

Ex autographo apud me reposito.—appendent duo sigilla.

CCI.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, VEND A HENRI III, DUC DE BRABANT, LES TERRES QU'IL POSSÉDÂIT DANS LE COMTÉ DE DAELHEM. 20 MARS 1258. (N. S.)

Walleramus dux de Limborch universis praesentes litteras inspecturis salutem et omne bonum. Universitatem vestram scire volumus, quod nos supportavimus in manus illustris principis karissimi domini nostri Henrici ducis Lotharingiae et Brabantiae, omnia bona allodialia, haere-

ditariae et aliae ubicunque existunt in castellania et comitatu de DALEHEM, quem admodum eadem olim tenuit in feodum comes de Hostade a patre nostro; eisdemque bonis liberaliter et totaliter renunciamus, nihil juris in posterum nobis nostrisque haeredibus sive successoribus in eis retinendo vel reclamando. in quorum bonorum recompensationem praedictus dominus noster dux dabit nobis sexcentas marcas Coloniensis monetae nunc currentis, scilicet ducentas marcas in festo proximo B. Joannis Baptistae, tantumdem in festo B. Remigii nunc adveniente, et ducentas marcas in festo Paschae nunc subsequentis, apud Trajectum super Mosam, praeter aliquod impedimentum et antequam de ipsis denariis pagamentum aliquod capiamus, memorato domino nostro duci Brabantiae trademus patentes litteras germani nostri domini Adulphi comitis de Monte, domini Henrici et domini Gerardi de Lussemborg, fratrum et domini Willelmi, comitis Juliacencis, super eo quod iidem consanguinei nostri, nos et haeredes nostros sive successores compellent et constringent, si opus fuerit bona fide et toto posse, ad observantiam dictae conventionis. In cujus etiam rei testimonium et firmitudinem, sigillum nostrum praesentibus apposuimus, adhibitis his testibus et praesentibus tunc, scilicet domino Wilhelmo comite Juliacensi praedicto, domino Waltero Berthout, domino Arnoldo dapifero de Rochelaer, domino Gerardo de Marbais, domino Arnoldo de Crayhenem, domino Hudone dapifero de Rode, domino Alexandro Marescallo de Limborch, domino Heinrico de Calmont, domino Willelmo de Molrebeys, domino Willelmo et domino Alexandro filiis domini Hermanni de Wilre, et aliis quam plurimis. Actum et datum apud Lovanium mense Martio die Mercurii ante diem Paschae anno Domini MCCLVII (20 *Martii* 1258 *secundum novum stylum.*)

Heinricus, comes de Lussembourch, Gerardus frater suus, Adulphus, comes de Monte, et Willelmus comes Juliacensis universis, etc., ... promittunt compellere haeredes domini Wallerami ducis Limburgensis, ad observandum ea quae in litteris praecedentibus continentur. Datum apud Lovanium mense Martio die Mercurii ante diem Paschae anno Domini MCCLVII.

Apud Butkens, loc. cit. p. 96 *et Luniy.* Cod. Germ. diplom, tom. II, p. 1110.

CCII.

CONVENTION ENTRE ÉLISABETH, VEUVE DE GÉRARD, SIRE DE WAS-

SENBERG, ET OTTON, COMTE DE GUELDRE, TOUCHANT LE BOURG DE LINNE. 24 NOVEMBRE 1258.

Nos Elisabeth, domina de Sprimunth, quondam comitissa Clevensis . . . . dissentio, quae orta fuit inter dilectum consanguineum nostrum, virum nobilem, Othonem, comitem Gelrensem ex unâ parte, Nos et Juttam, filiam nostram, ex alterâ, de opido, quod Linne vocatur, taliter sopita et cedata (leg. sedata) est, quod Nos, et Jutta filia nostra, propter hoc montem circumfossatum, qui *Miemckar* nuncupatur, et aream circumjacentem cum aqua nostra memorato consanguineo nostro, illustri vero, Ottoni comite Gelriae, et suis haeredibus, praecise contulimus in perpetuum habendum . . . . hoc adjecto, quod cum Jutta filia nostra, ad annos discretionis pervenerit, si ipsa illud, quod nos fecimus, praedicto comiti ratum noluerit observare, praedictus comes in omni jure dictorum bonorum erit. Quo ante compositionem praedictam existebat . . . . Datum anno Dom. M°CC° Quinquagesimo Octavo, in vigilia Beate Katerinae.

Ex autographo protulit Petrus Bondam, loc. cit, n. 108, *p.* 532.

CCIII.

ELISABETH, VEUVE DE GERARD II, SIRE DE WASSEMBERG, ASSIGNE LA DOT D'ELISABETH, SA FILLE DU PREMIER LIT. 22 JANVIER 1260. (N. S.)

Nos Elisabeth, domina de Sprimondt, quondam comitissa Clivensis, notum facimus . . . . quod ad petitionem domini Conradi archiepiscopi Colon. firmas et ratas habemus ordinationes, quas comes Clivensis et frater ejus dominus Luf ordinaverit super contractu matrimonii inter nobilem virum dom. Gerlacum de Isenburg praedicti domini Coloniensis sororis filium, et filiam nostram Elisabeth, dantes et manu porrigentes filiae nostrae praedictae dom. Elisabeth voluntarie nomine dotis tertiam partem omnium bonorum nostrorum que possidemus in telonio apud Tyle . . . . insuper tertiam partem in denariis, quos pater noster dom. dux Brabantiae pro parte nostrae haereditatis de dominio Brabantiae nobiscum dedit et dare promisit dom. Theodorico quondam primogenito comitis Clivensis, cum ei nuberemus

non obstante si aliquis alter, vel saltem aliqua de nostris filiabus in tertia parte praedictorum bonorum per instrumênta a nobis extensa, seu per aliquas litteras speciales majorem se habere ostendat veritatem, et juris firmitatem. Ut autem hujus modi donatio et concessio tertiae partis nostrae haereditatis praedictae dominae Elisabeth filiae nostrae dilectae, firma et secura permaneat, et a nulla filiarum nostrarum possit contradici seu ab earumdem conjugibus, dedimus eidem Elisabeth litteram praesentem et suo marito Dom. Gerlaco de Isemburg nostro sigillo firmiter consignatam. Datum et actum Aquisgrani anno Domini Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Nono, tertia die proximâ ante conversionem Beati Pauli Apostoli, praesentibus etc. (22 *Januarii anni* 1260 *secundum novum stylum*)

Edidit Fischerus in Registro genealogico per antiquarum domuum Imperii ordinibus ad scriptarum de Isenburg, Wied et Runkel, *germanicè impresso Manhemii* 1775 *inter diplomata p.* 92, *n°* 76.

CCIV.

Statut de Conrad, archevêque de Cologne, sur la cessation du culte divin et la déposition de la croix. 27 juin 1261.

Conradus Dei gratiâ sancte Coloniensis archiepiscopus, Italie archicancellarius, omnibus presens scriptum visuris salutem in Domino, cum quedam ecclesie et capitulo nostro dioecesis et provincie aliquando pro suâ voluntate, et minus justè cessaverint a divinis et crucem deposuerint, nos huic morbo occurere volentes statutum nuper fecimus super eo in concilio nostro provinciali quod celebravimus anno Domini MCCLXI in die beati Servatii. Per quod tamen statutum ecclesiis et capitulis in hisque ipsa super premissis ab antiquo approbata et hactenus observata consuetudine obtinuerunt, nolumus prejudicium generari. Tenor autem statuti talis fuit : statuimus quod nullum collegium canonicorum vel canonicarum, nec monachorum, nec monialium a cantu divini officii cessare vel crucem deponere nisi prius sui diocesani licentiâ requisitâ et obtentâ

et prioribus super eo consultis, presumat, datum Colonie V kalendas Julii anno predicto.

Extrait du recueil inédit de Langius, COLLECTIO DIPLOMATUM, *déjà cité*, *p.* 74.

CCV.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, CONFIRME UNE SENTENCE PORTÉE PAR LA COUR FONCIÈRE DU CHAPITRE SAINTE CROIX DE LIÉGE, A HERVE, EN FAVEUR DE L'ABBAYE DU VAL DIEU. 1261.

Walęramus, dux Lemborgensis, dilectis suis villico et scabinis curie Sancte Crucis Leodiensis existentis in villa de Herve, salutem . . . . *decem bonuaria terre arabilis sita in territorio de Blaighee* (Blegnez) *à petro de Fossato* collato abbatiae Vallis Dei, huic addixerat curia S. Crucis contra eorundem impetitorem quemdam Gerardum, is autem modis omnibus agebat, ut sententia ab judicibus revocaretur, quá relate exposita, dux ait . . . . inde est quod vobis mandamus ac precipimus quatenus dictam sententiam seu judicium secundum quod à vobis est prolatum inter dictas partes et ritè ut nos à fidelibus nostris et hominibus intelleximus videlicet Alexandro marescalco nostro de Lembor. Alexandro filio Hermanni militis de Viler. Arnoldo de Julemont. Renekino de Tes, militibus et quibusdam aliis fidelibus nostris qui predicto judicio presentialiter interfuerunt sicut nobis retulerunt observetur et observari faciatis illibatè in perpetuum prout decet cum nos predictum judicium à vobis ritè prolatum vobis tamquam dominus superior garandire volumus et garandire repromittimus; maximè etiam cùm idem judicium Winandus miles advocatus dicte curie approbaverit in continenti quando fuit prolatum et predictis religiosis super terris eisdem pacem precepit observari et haberi prout moris est. Et ut predicta ipsis religiosis perpetua firmate sint subnixa presentes litteras eisdem sigillo nostro contulimus sigillatas. Datum anno Domini M°CC°LX° Primo.

Copié sur l'original très-difficile à lire à cause de la multitude des abréviations. Les

caractères sont à peu près effacés dans quelques endroits. Très-peu d'I portent un accent. L'écriture est une petite cursive tenant de la minuscule. Scellé d'un sceau en cire jaune pendant au milieu sur double queue de parchemin.

CCVI.

WALERAN DUC, ET JUTTE, DUCHESSE DE LIMBOURG, APPROUVENT LA DONATION FAITE AU MONASTÈRE DE RICHSTEIN PAR UN DE LEURS VASSAUX. JUIN 1262.

In nomine Domini amen. Nos *Waleramus dux et Jutta ducissa de Lomburg* [leg. Lemburg] notum facimus nos rati habere donatione, Arnoldi militis nostri de Nuerot super Vennam in Attelach sitam factam pro remedio anime sue et fratris sui Simonis, uxoris sue et puerorum suorum, omnibus pueris suis consentientibus, ecclesie et conventui in Richwinestein. Sigillatum et datum anno Domini Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Secundo in medio mense Junio.

Concordantiam suo originali attestatur Philip. Wilh. Francken, notarius, ex libro Reichsteinensi cui titulus : COPIAR *etc.*

CCVII.

LETTRES REMARQUABLES DE VENTE DE LA DIME D'AUBEL A L'ABBAYE DU VAL DIEU, PAR PIERRE D'EYNATTEN, CHEVALIER. 25 JUILLET 1262.

Universis presentes litteras inspecturis, Petrus de Enathe, miles, salutem in Domino sempiternam. . . . . , ... noveritis universi et singuli quod viri religiosi abbas et conventus Vallis Dei Cysterc. ordinis, Leodiensis dioecesis, decimam de ABLE ejusdem dioecesis tam grossam quam minutam, quam a vere religioso abbate Luceburgensi ordinis S. Be-

uedicti Trevirensis dioecesis in feodum perpetuum tenebamus, cum omnibus juribus, pertinenciis et accessionibus ejusdem decime integraliter, interveniente ad hoc a principio auctoritate et consensutam venerabilis patris Henrici Dei gratia Leodii episcopi, quam virorum religiosorum abbatis Luceburgensis praedicti domini feodi et ejus conventus nec non et reverendi patris archiepiscopi Trevirensis ac viri illustris comitis Luceburgensis et Mathei fratris mei majoris natu, militis, legitime acquisierunt a me titulo emptionis, pro trecentis quinquaginta marchis Leodiens, viventibus et in hoc expresse consentientibus Aleyde matre meâ fructuariâ ejusdem decime, Cecilia uxore mea, et liberis meis, qui una me cum et cum fratre meo predicto dictam decimam cum omni integritate . . . . in manus predicti abbatis Luceburgensis domini feodi ad opus dictorum virorum religiosorum abbatis et conventûs Vallis Dei ex causâ predictâ coram hominibus feodatis ejusdem abbatis Luceburgensis reportaverunt, quittaverunt, effestucaverunt ac etiam guerpierunt. . . . . est preterea secundum quod ego Petrus miles predictus de prefata summa pecunie videlicet trecentarum et quinquaginta marcharum tenore presentis carte in pecunia legali proba numerata me confiteor esse a dictis religiosis Vallis Dei ad plenum satisfactum, exceptis octoginta marchis quas dicti religiosi Vallis Dei penes se retinere debent per conventiones inter me et ipsos super premissis habitas quousque calumpnia tertie partis majoris decime predicte quam investitus de *Foron comitis* facere videtur dicendo se in eadem tertia ratione jurium parochialium jus habere fuerit de jure sopita et totaliter terminata. . . . . Interim verò dum dicti religiosi Vallis Dei dictas octoginta marchas penes se detinuerunt ipsi michi *quinque* marchas Leodienses annue pensionis reddere tenebuntur quamdiù ipsos integraliter totam decimam predictam sine impedimento dicti investiti percipere continget. . . . . Hec omnia supra scripta et singula ego Petrus miles prefatus promisi et promitto per stipulationem ritè conceptam me observaturum, facturum et curaturum, fide etiam super hys interposita corporali. Et ad hec omnia et singula me et omnem posteritatem meam tam scriptam quam legitimam nec non et omnia bona mea presentia et futura specialiter obligo. De hys autem omnibus et singulis faciendis, observandis et curandis ac etiam adimplendis, supradictis religiosis Vallis Dei fidejussores ac reos promittendi (sic) constitui, videlicet *Alexandrum Marescalcum de Lemborc*, et *Winandum* filium ejusdem Alexandri, *Renardum de Stokeheim* et *Arnuldum* ejus fratrem, *Petrum de Sckeuere* et *Mattheum de Enathe* fratrem meum, milites,

et *Thomam del Onoit.* Et nos fidejussores prescripti fidejussionis et obligationis principalis predicte onus pro dicto Petro milite suscepisse tenore presentium universis volumus notum esse, renuntiantes expressè *novelle constitutioni* de duobus reis super dividendis actionibus inter reos principales seu etiam inter fidejussores edite ac promulgate. . . . . Nos etiam Mattheus miles frater dicti Petri, Aleydis mater ejusdem fructuaria decime predicte, Cecilia uxor ejusdem ac liberi ipsius Petri contractum venditionis memoratum de voluntate et consensu nostro expresso inter dictum Petrum et dictos religiosos Vallis Dei modo supradicto fuisse celebratum tenore presentium recognoscimus et volumus universis esse notum, renuntiantes expresse omni juri proprietatis, ususfructus, dotis tam constitute quam non solute quàm etiam constituende; propter nuptias, donationis ac successionis cujuscunque quod in dicta decima habebamus vel habere poteramus in futurum, nec non et omni alii juris beneficio tam canonici quam civilis, promittentes nichilominus juramento super hec tactis sacrosanctis corporaliter prestito contractum predictum nos firmiter observaturos. . . . . Et ut haec firma et illibata perseverent ad eternam rei memoriam, ego Petrus miles predictus, nos etiam Aleydis mater, Cecilia uxor, et liberi dicti Petri, et nos similiter fidejussores predicti in testimonium premissorum presenti carte sigilla *viri illustris* WALERAMI *ducis de* LEMBORG, Gerardi de Seyska castellani de Doleheim ac oppidi Aquensis appendi postulavimus. Renuntio autem ego Petrus predictus miles exceptioni non numerate pecunie, non legalis, doli mali tam dantis causam contractui predicto quam incidentis, et omni beneficio juris tam canonici quam civilis tam speciali quam communi, nos autem W. dux de Lemborg. G. castellanus de Doleheim et nos, advocatus, villicus, scabini, totaque communitas ville Aquensis ad petitionem dicti P. militis, A. ejus matris, uxoris et ejus liberorum predictorum presenti carte sigilla nostra profitemur esse appensa. Acta sunt hec in presentia dicti abbatis Lucemburgensis et hominum ejusdem feodatorum videlicet Alexandri marescalci de Lemborg, Willelmi de Villari, Mathei fratris dicti Petri militum. Gossuini et Johannis de Tylia, Petri de Foron filii Eustachii, et Johannis de Foron et testium subscriptorum videlicet Arnuldi sacerdotis, Johannis et Johanni clericorum, Winandi filii dicti marescalci de Lemborc, Hermanni de Villari, Willelmi de Wantes, Renardi de Stokehem, Arnuldi ejus fratris et Petri de Sekeuere militum Martino de Trajecto civis Aquensis, Alexandri, et Franconis et plurium

aliorum. datum anno Domini Mill°. CC°. Sexagesimo Secundo mense Julio in die beatorum Jacobi et Christofori.

Scellé de trois sceaux pendant à queue de soie rouge, dont deux en cire jaune. Celui du châtelain en cire verte représente un lion saillant à queue en sautoir, couvert d'un écu triangulaire, portant trois lys.

CCVIII.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, DONNE A L'ÉGLISE COLLÉGIALE DE S. GEORGE, A WASSEMBERG, TRENTE-QUATRE JOURNAUX DE TERRE ARABLE, SITUÉS A URSBECK ET A WASSEMBERG. NOVEMBRE 1262.

Waleramus dux de Limburg . . . . nos allodium triginta quatuor jurnalium terrae arabilis in decima de *Ursbech*, jacentium, nec non et duorum arearum, una scilicet in *Ursbech*, et alia in *Wassenberg*, quae bona Henricus clericus filius Syberti de *Hugenrode* a castro nostro de Wassenberg in feudo tenuit ecclesie Beati Georgii in Wassenberg, contulimus in perpetuum possidendum. Praeterea praedictorum bonorum possessoribus, et eorum semi-cultoribus, eandem per omnia libertatem concessimus, quam, si a saepe dicto castro nostro de Wassenberg adhuc in feudo tenerentur, essent habituri. In cujus facti robur . . . . Actum et datum apud Wassenberg anno Domini MCCLX Secundo, mense Novembri, testes etiam interfuerunt. etc. . . . .

Ex autographo edidit Aeg. Gelenius in auctario Hist. S. Engelberti, p. 373; *extat etiam apud J. Fr. Foppens in suppl. ad* Miraei, Opera diplomatica, tom. IV, part. II, cap. 92, p. 240.

CCIX.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, DÉCLARE QUE LE CHAPITRE

DE L'ÉGLISE S. ADALBERT, A AIX-LA-CHAPELLE, ET LES HABITANS D'OLNE, DOIVENT FOURNIR ÉGALEMENT AUX FRAIS DE LOGEMENT POUR UNE NUIT, TOUTES LES FOIS QU'IL SE RENDRA SUR LA VESDRE OU SUR L'OURTHE POUR EMPÊCHER L'ENVAHISSEMENT DE LA PÊCHE ET D'AUTRES USURPATIONS. 28 MARS 1263. N. S.

Walramus dux Limburgensis, notum facimus universis, quod dum nos proficisci contingit super Weseram et Urtam ad expediendam aquam de indebitis piscaturis et aliis occupationibus minus justis, nobis ac nostre comitive debentur expense unius noctis apud One, de quarum solutione, cum diu dissentio mota fuisset inter decanum et capitulum ecclesie Sancti Adalberti Aquensis ex unâ parte, et homines parochie ipsius ville de One ex alterâ; nos facta diligenti inquisitione et investigatione invenimus de bonâ veritate seniorum et fidelium terre nostre dictos decanum et capitulum teneri tantum ad dimidietatem dictarum expensarum et homines dicte parochie ad residuam dimidietatem. Unde nos hoc modo rescriptum habere volumus de solutione nobis facienda, et quicumque dictarum partium dimidietatem se contingentem solvere recusavit, ipsam ad debitam solutionem compellemus, et alteram quitam clamabimus, qui suam solvit dimidietatem; in cujus rei testimonium presentem litteram cum appensione sigilli nostri dictis decano et capitulo, nec non et hominibus praedicte parochie dedimus communitam. Datum feria quarta post Palmas. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Secundo. (28 *Martii anni* 1263 *secundum novum stylum.*)

Descripsi ex autographo ecclesiae imperialis S. Adelberti Aquisgrani, quod amplissimus D. Decanus mecum communicavit. Appendet sigillum albae cerae impressum.

CCX.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, ASSIGNE A ABELON DE DISTUIG, UNE RENTE ANNUELLE DE SEPT MARCS A RECEVOIR DE LA DOUANE DE ROLDUC, A LA CONDITION QUE, QUAND LE DUC LUI AURA RENDU LES 70 MARCS DU CAPITAL, ABELON DÉSIGNERA L'UN DE SES ALLEUX DE

CETTE VALEUR POUR LE TENIR EN FIEF DE CE PRINCE. 12 NOVEMBRE 1263.

Universis presentes litteras visuris, nos Waleramus dux Limburgensis notum facimus. Quod cum nos dilecto, fideli nostro *Abeloni de Distuig* militi teneamur in septuaginta marcis denariorum coloniensium, nos de fidelium nostrorum consilio ipsi et suis heredibus, si filii fuerint aut filie, in solutionem dicte pecunie recipiendas deputamus in theolonio nostro apud Rode annis singulis in festo Beati Remigii (forte legendum *Martini*) hyemalis, septem marcas denar. Colonien. tam diu donec ipsi Abeloni aut suis heredibus, sicut supradictum est, a nobis, aut nostris heredibus septuaginta marce fuerint integraliter persolute. Predicte etiam septem marce que recipiuntur annis singulis non sunt a summa septuaginta marcarum aliquatenus defalcande : adjectum est etiam, quod quandocunque nos aut nostri heredes ipsi aut suis heredibus septuaginta marcas assignaverimus et solverimus, dicte septem marce ad nos liberè revertentur, ipsique suum nobis ad valentiam septuaginta marcarum demonstrabunt allodium, quod a nobis et nostris heredibus in feudo perpetuo obtinebunt. Testes hujus rei sunt W. dominus de Vrenze; Th. de Brakell; G. de Kerrege; Udo de Rode, A. Scollec; Johan. Buff aliique fideles nostri. Dantes eis nostras patentes litteras in testimonium super eo. Datum Nussie in crastino Beati Martini, anno Domini M. CC. LXIII.

Ex per vetusto apographo ad cujus calcem legitur : CONCORDAT.

CCXI.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, ET JUTTE, SON ÉPOUSE, PERMETTENT AUX FRÈRES HOSPITALIERS DU COUVENT DE L'ORDRE DE S. JEAN DE JÉRUSALEM A MECHELEN, D'ÉRIGER QUELQUES ÉDIFICES. 29 AVRIL 1264.

Walramus dux de Lymburg et Jutta ducissa, uxor nostra. Omnibus presens scriptum intuentibus notum esse volumus. Et quibus adhuc fuit zelatum (sic) notificamus. quod nostri predecessores fratribus de Mechelen eandem aream cum ecclesiâ quam possident in ante dictâ villâ pro re-

medio animarum suarum liberè contulerunt cum quibusdam attinentiis in perpetuum ab omni vexatione (sic) possidendum. et cum nunc eis sit necesse quedam edificia erigere tangens (sic) pro parte cimiterium in villâ suprà dictâ unde licentiatis à spiritualibus licentiamus et nos. Rogantes universos ac singulos attinentes. ut ipsos in edificio supra dicto non inquietent, et quicunque fecerit quod non credimus se sciat per omnia contra nos excessisse. In cujus rei testimonium presentem cedulam nostrorum sigillorum munimine jussimus communiri. Datum anno Domini M°. CC°. LX°. IIII° in vigiliâ Beati Quirini (29 *Aprilis*)

Ad autographum descripsi quod in domo S. Johannis Melitensi Aquisgrani asservabatur. Appendent duo sigilla.

CCXII.

THIERRI V, COMTE DE CLÈVES, A LA DEMANDE DE SA SOEUR LA DUCHESSE DE LIMBOURG, DONNE QUELQUES DIMES A L'ABBAYE DE ROLDUC. 24 MAI 1265.

Nos THEODERICUS *comes Clivensis* praesenti scripto protestamur, quod cum apud *Lomertzheim* quaedam decima ad nos ratione Wiltbanni nostri castro nostro *Toneburg* annexi pertineret, scilicet de bonis ecclesie in Rode, nos propter Deum et preces dilecte *sororis nostre ducisse Limburgensis*, quidquid de eadem decima citrà tres marcas provenerit annuantim, eidem ecclesie dedimus perpetualiter obtinendum. Datum anno Domini M. CC LXV in festo Pentecostes (24 *Maii.*)

Ex autographo tabularii abbatiae Rodensis.

CCXIII.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, EXEMPTE LES RELIGIEUX DU VAL-DIEU, COMME POSSESSEURS D'UNE TERRE A ROSMEL, DE LA SERVITUDE ATTACHÉE AU PROPRIÉTAIRE DE CETTE TERRE DE CONCOURIR AU SUPPLICE DES CRIMINELS A HERVE. 7 AOUT 1266.

Walleramus, dux de Lemborch . . . . notum vobis facimus quod cum abbas et conventus *Vallis Dei*, tria jornalia terre arabilis et circiter, jacentis in territorio *Rossemelle* diu tenuerint et possiderint, et adhuc teneant et possideant, et qui dictam terram tenet et possidet, ad latrones qui in justitia nostra de *Herves* suspendi debent, occasione ipsius terre manum apponere tenetur, et dictos religiosos a dicti servitii vinculo quod occasione dicte terre nobis impendere tenebantur, totaliter ab hàc die in posterum duximus absolvendos, In cujus rei testimonium . . . . Datum anno Domini Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Sexto, sabbatho post festum B. Petri ad Vincula. (7 Augusti.)

Ex autographo, extat etiam apud Jongelinum in Notitia abbatiarum ord. Cisterc, Lib. IX, p. 49.

CCXIV.

1266. Walramus, dux de Lymburch et Juetha uxor. . . . . conventui dominarum in ecclesia S. Joannis Baptistae apud Porcetum concedimus, quod dictus conventus et nuntii sui cum rebus et personis in *Galopia* et in *Dobath* (Dobach) ab omni jure cujuslibet Thelonii, vectigalis et pedagii in perpetuum liberi sint et exempti etc. . . . . conventus nobis plenam fraternitatem omnium orationum contulit. . . . . Datum anno Domini MCCLXVI. in crastino Assumptionis B. Mariae virginis.

Extat apud Foppens in supplem. ad Miraei Opera diplom., tom. IV, part. II, cap. 95, p. 248; *et Lunig,* Spicileg. eccles., tom. III, p. 310, n. 18.

CCXV.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, RENOUVELLE SON ALLIANCE AVEC LES HABITANS DE COLOGNE. 1266.

Walramus, dux Limburgensis, omnibus ad quos litterae praesentes pervenerint in perpetuum. Ad presentium et futurorum notitiam pervenire volumus, quod quia totius inimicitiae et dissensionis occasiones quae inter nos et cives Colonienses ex quibuscunque causis suscitata fuerant per omnia sunt sopita, per nobis et haeredibus nostris innovamus fidem et juramentum amicitiae et confoederationis quibus ipsis civibus astricti fuimus et sumus per patentes litteras, quas eisdem civibus primo tempore nostrae confoederationis contulimus nostro et multorum nobilium et dilectorum nobis sigillis communitas conditiones inter nos et saepe dictos cives confectas plenius continentes, et obligamus nos et haeredes nostros per presentes in perpetuum, sub debito juramenti à nobis praestiti et ab haeredibus nostris praestandi ab observansiam omnium conditionum, quae in eisdem litteris nostris continentur. Eligentes et arbitrantes, si contingeret quod nos vel haeredes nostri contra fidem et juramentum nostrum quod absit, aliquo tempore imposterum venire praesumpserimus conditiones inter nos et saepe dictos cives confectas violando, ipsi cives reditus centum marcarum Coloniensium quos nobis et haeredibus nostris annuatim solvere promiserunt et tenentur, nobis vel haeredibus nostris tanto tempore subtrahent et solvere non tenebuntur, nec ipsos reditus ab ipsis requirere vel extorquere aliquo modo poterimus vel debemus, quanto in violatione conditionum praedictarum prestiterimus, et de hoc non satisfecerimus secundum veritatem civibus ante dictis, et postquam a nobis vel haeredibus nostris satisfactum fuerit eisdem civibus secundum veritatem ex tunc in antea, et non de tempore infrà quod conditionum violatio est commissa, ipsi cives Colonienses nobis vel haeredibus reditus solvere tenebuntur. In hujus rei testimonium, et munimen, et perpetuam memoriam presentes litteras, super innovatione nostrae fidei et juramenti, saepe dictis civibus Coloniensibus nostro ac venerabilis patris et domini H. Leodiensis episcopi et nobilium virorum Ottonis Geldriae et Wilhelmi Juliacensis comitum dedimus sigillis roboratas. Actum et datum anno Domini Millesimo, Ducentesimo, Sexagesimo Sexto dominica post Annuntiationem Beatae M. V.

Descripsi ex autographo in archiviis urbis Coloniae.

CCXVI.

LETTRES ET CONDITIONS DE LA DÉLIVRANCE DE WALERAN IV,

DUC DE LIMBOURG, FAIT PRISONNIER PAR LES HABITANTS DE COLOGNE. 1268.

Godefridus Dei gratia decanus et archidiaconus, Winricus chori-episcopus Coloniensis, Wilhelmus comes Juliae et Gerardus de Lutzellenbergh, dominus de Durboy, universis nobilibus, castrensibus et militibus qui se pro viro nobili duce Limburgensi, ergà cives Coloniensis obligarunt, et coeteris omnibus, ad quos presens transumptum pervenerit, cognoscere veritatem: ad universitatis vestrae notitiam pervenire volumus quod instrumentum super extraditione viri nobilis ducis Limburgensis praedicti confectum. Sigillis nobilium virorum Henrici de Lutzellenberg, Adolphi de Monte, Henrici de Kessele, comitum nostrorum, Wilhelmi comitis et Gerardi de Lutzellenberg, domini de Durboy praedictorum, Guimonis domini de Brunsbergh, Theodorici domini de Heinsberg, Wilhelmi de Vrentze, Burgardi de Bruchge, Winandi de Schume (leg. *Schinne*) et ministerialium Godefridi de Huckelbach et Wanemari Frambalhi marescalci Juliacensis militum, sigillatum non cancellatum, non abolitum nec in aliquâ parte vitiatum vidimus in hac verba :

Nos viri nobiles, Henricus de Lutzellenbergh, Henricus filius suus primogenitus, Wilhelmus et Wilhelmus primogenitus suus Juliacensis, Godefridus Seinensis, Adolphus de Monte, Henricus de Kessele, comites, Gerardus de Lutzellenbergh, dominus de Durboy, Bruno de Brunsbergh, Theodoricus dominus de Heinsberg, Ludowicus de Randerode, Wilhelmus de Vrentze, Fridericus de Lovenburgh, Winandus de Schume (*Schinne*) et nos Wernerus de Reda, Ludowicus de Berge, Alexander Burggravius de Limburg, Godefridus de Huckelbach, Theodoricus de Elner, Godefridus de Windhuvele, Henricus frater Alexandri praedicti, Wilhelmus Hulrepesch, Winemarus Frambalg, Gisebertus de Wise, Gerardus de Lumirs, Theodoricus de Brakelt, Henricus de Herle et Rensunus dictus antiquus de Roide, milites, partim consanguinei, partim fideles et castrenses viri nobilis Walrami ducis Limburgensis.

Notum facimus universis praesentes litteras visuris et auditutis, quod judices, scabini, consilium caeterique cives Colonienses nobis et fidei nostrae extracrediderunt vel extradiderunt et à vinculis dimiserunt, ducem Limburgensem praedictum, quem in conflictu captivarunt, et captivum detinebant, usque ad dominicam quadragesime instantis, quà cantatur *Reminiscere*, velutque ad ulteriorem terminum, quem ipsi cives duxerint prorogandum sub poena decem millium marcarum Coloniensium, XII

solidis pro marca qualibet computandum, promittentes firmiter, et nos obligantes, et quemlibet nostrum in solidum, testimonio praesentium fide datâ, et juramento prestito corporali, per legitimam stipulationem sub poena decem millium marcarum praedictarum nos effecturos et procuraturos, quod idem dux Limburgensis infrà dominicam praedictam vel terminum ulteriorem, quem ipsi cives Colonienses duxerint prorogandum, revertetur Coloniam, et intrabit captivitatem et vincula civitatis et civium Coloniensium, prout fuit antequam propter nos dimissus, sive extra creditus fuisset, et medio tempore nec à nobis, nec ab aliquo nostrum, nec a dicto duce, nec ab aliquo amicorum, familiarium vel fidelium suorum quidquam procurabitur, vel fiet ullo modo (al. *uliquo modo*) quod vergat in gravamen et praejudicium civitatis et civium Coloniensium, immò firmas treugas hinc indè servabimus sub fide et juramento praedictis, hoc eligentes et promittentes, sub fide et juramento praedictis; si dictus dux Limburgensis infrà dominicam ante dictam vel ejus prorogationem Coloniam non reverteretur, nec intraret captivitatem et vincula civitatis et civium Coloniensium prout est praemissum, quod nos ex tunc, quando cunque moniti fuerimus ex parte civitatis et civium Coloniensium in domiciliis nostris, vel alias ubi inventi fuerimus, nobiles infrà octo dies, et milites et castrenses infrà quatuor dies post monitionem nobis factam, conveniemus insimul apud Juliacum in propriis personis, et ab indè prout nominatim destinati fuerimus, a civibus Coloniensibus, partim Coloniam, partim Aquisgranum, partim Duren, et partim Juliacum, prout hoc dicti cives Colonienses, duxerint ordinandum, nos transferemus et jacebimus personaliter in locis praedictis commedendo, bibendo, et dormiendo, more bonorum fide jussorum per omnia abinde nullatenus recessuri, antequam ipsis civibus Coloniensibus de praefatis decem millibus marcarum a nobis plenarie fuerit satisfactum et quousque à dicto duce Limburgensi a nobis ac aliis omnibus consanguineis, amicis, familiaribus, et fidelibus suis renunciatum fuerit, pure omni ranconi, vindictae, et offensae si quis vel siquae imponi vel imputari possent ipsis civibus et civitati Coloniensi occasione captivitatis et detentionis saepedicti ducis Limburgensis, vel alià quacunque de causà, et ad effectum cautio praedicta fuerit quae vulgariter Uavede appellatur. Si vero ipsum ducem Limburgensem infra dominicam praedictam vel ejus prorogationem mori, quod absis, contigerit, à poenâ pecuniariâ memoratâ erimus absoluti, sed sub debito fidei et juramenti quod praestitimus, moniti, intrabimus ad jacendum in locis antedictis per omnia sicut superius expressum est, ita, quod nullus

nostrum exibit de jacendo, nisi prius dictis civitati et civibus Coloniensibus occasione captivitatis et detentionis saepedicti ducis Limburgensis pro se et suis quilibet cautionem fecerit quae vulgariter *Urveda* dicitur, et renuntiaverit omni ranconi et vindictae sive impetitioni, quae vel quas movere posset dictis civitati et civibus Coloniensibus occasione captivitatis et mortis ducis memorati, et quicunque ex nobis hujusmodi *Urvedam* fecerit et renuntiationem, liberatus erit de jacendo, sed adhuc obligatus remanebit sub fide et juramento quod praestitit, quod eisdem civitatis et civibus Coloniensibus assistent sive assistet potenter et patenter, et eos juvabunt bona fide contra omnes illos qui captivitatem vel mortem dicti ducis vindicare praesumerent, et *Urvedum* facere aliquatenus denegarent, ad praemissa omnia et singula sub fide et juramentis praedictis nos taliter astringimus et ligamus nec quod propter mandatum Sedis Apostolicae aut alterius cujuscunque impetratum vel impetrandum relevari volumus ab obligatione hujusmodi, nec etiam nobis suffragari volumus, si fidem alias dedimus de jacendo vel daturi sumus ante vel praeter hujus modi obligationem per quam jacere teneamur, ipsis civitati et civibus Coloniensibus per omnia sicut superiùs est expressum, renuntiantes singuli et universi expressè per praesentes quo ad praemissa omnia et singula epistolae Divi Adriani, videlicet, ne quis partem suam solvendo libereratur, exceptionibus, doli, mali, metus et aliis omnibus defensionibus et auxiliis juris tam canonici quam civilis, ei nihilominus privilegiis, indulgentiis et gratiis quibuscunque impetratis vel impetrandis a quocunque, quae nobis et alicni nostrûm possent contra praemissa vel aliquem praemissorum aliquo modo suffragari in omnium praemissorum testimonium et munimen nos nobiles, milites et castrenses praenominati qui sigilla habemus praesentibus appendimus, et qui sigilla sub fide et juramentis nostris nos asservimus non habere, sigillis praenominatorum qui nobiscum obligati sunt, nos astringimus ad praemissa et singula praemissorum, tanquam si sigilla propria haberemus. Datum anno Domini M. CC. Sexagesimo Octavo. (*Secunda feria ante festum Purificationis B. M*)

Et quia dilecti nobis judices et scabini, consilium et cives universi Colonienses praedicti, tenorem instrumenti praedicti de verbo ad verbum conditiones continentis, per quas dux Limburgensis extracreditus existit ab eisdem sub testimonio sigillorum nostrorum vobis transmitti petiverunt, presenti transcripto quod de verbo ad verbum continet quidquid in instrumento extracreditionis ducis Limburgensis praedicti continetur, sigilla nostra duximus apponenda, vestrae universitati dirigendo.

Datum anno Domini M. CC. Sexagesimo Nono in vigilia Assumptionis Beatae Mariae Virginis.

Copié sur l'original aux archives de la ville de Cologne. Cette copie m'a été communiquée par M. A. D. Alfter, vicaire de S. André à Cologne. Consultez sur cette charte la note I, page 318, du quatrième volume de cette Histoire.

CCXVII.

Bernard de Castaneto, délégué du S. siége, envoie des commissaires au comte de Juliers, pour le prévenir que s'il ne met point l'archevêque de Cologne en liberté, l'excommunication sera lancée contre lui et contre son fils ainé. 30 juin 1268.

Magister Bernardus de Castaneto, domini PP. capellanus et Sedis Apostolicae nuncius, viris providis et discretis magistro Christiano decano ecclesiae sancti Georgii, A Winrico chori-episcopo majoris ecclesiae nec non religiosis viris Priori fratrum Praedicatorum et Custodi fratrum Minorum Coloniae salutem, et sinceram in Domino charitatem pro statu pacifico et quieto Coloniensium provinciarum, ac liberatione venerabilis patris Coloniensis archiepiscopi procurandis a domino nostro. . . . . summo pontifice destinati recepto ab eo super hoc certo mandato per ejus litteras; ut in ipsis litteris quas vobis tradimus, infrà nominandis nobilibus exhibendas, indè confectis, plenius continetur, desiderantes toto mentis affectu ut rectè procedant omnia, sic in processuum nostrorum initiis nos fundare proponimus in lenitate et mansuetudine; quod non oporteat recurri ad rigorem justitiae, quem nobis pro finali judicio reservamus cum igitur vos, de quorum fide et industria plenam in domino fiduciam obtinemus, participes nobis eligerimus ad opus tam laudabile tanquam Deo gratum et hominibus, necessarium instruendum. . . . . discretionem vestram requirimus et rogamus, vobis qua fungimur autoritate districte et in virtute sanctae obedientiae, nihilominus

injungentes, quod ad nobiles et magnificos viros Juliacensem comitem et ejus primogenitum personaliter accedentes et ex parte nostrâ eos, vel ipsorum alteram si ambos forte non poteritis invenire, salutaribus monitis efficaciter inducere procuretis, utdictum archiepiscopum, quem detinent carcerali custodia mancipatum sine difficultate aliqua restituant pristinae libertati, ipsos super hoc eadem ex parte nostra nihilominus commonentes. Nos enim si in praedictam liberationem se promptos reddiderint eis offerimus per praesentes, quod scilicet sumus parati bonam et firmam pacem facere et firmare cum archiepiscopo memorato, quod ratione captionis presentis per se vel alios, ipsos vel eorum alterum de coetero non offendet, intengentes et volentes nihilominus hinc inde requirere fidejussorum et aliorum, de quibus nobis videbitur, cautiones; quod mandato nostro pareat super omnibus quaestionibus quae ortae erant vel usque ad praesentem diem exquacunque causà oriri poterant inter eos, ut sic deinde dicto archiepiscopo liberato cognitis causarum meritis per justitia tramitem incedentes reddamus cuilibet, quod est suum. Quod si forte noluerint acceptare ex parte nostrà praedictatis eisdem, quod exequi proponimus circà hoc mandatum apostolicum nobis factum, quae omnia supra dicta vos, vel alter vestrum nihilominus exequatur; datum Bunnae, II calend. Julii pontificatûs domini Clementis PP. Quarti, anno quarto; actum Bunnae in capellâ palatis archiepiscopi Coloniensis praesentibus . . . . .

Copié sur l'original conservé aux archives de de la cathédrale de Cologne et au 2e volume du Ferrago Gelenii.

CCXVIII.

1269. Theodoricus, dominus de Heinsberg, declarat controversiam, quam habuit cum Adolpho, comite de Monte, finitam esse interventu *Walrami ducis Lymburgensis* et aliorum virorum nobilium, qui inter alia statuerunt, ut omnis compositio olim ordinata inter filicis memoriae Henricum ducem Lymburgensem ex parte unâ et comitem Seynensem ex alterâ, pro omnibus suis articulis, secundum quod facta fuit et in scriptis redacta in perpetuum inviolabiliter observetur, etc . . . . actum et datum Tuitii anno Domini Mo. CCo. LXo. Octavo,

feria secunda proxima post dominicam, quà cantatur *Reminiscere*. (*18 februarii anni 1269 juxtà stylum novum.*)

Extat apud Kremer, Academ. Beitraege, tom I, diplom. nº V, p. 8-10.

CCXIX.

Lettres par lesquelles Waleran IV, duc de Limbourg, mande que Henri, comte de Luxembourg, son vassal par le chateau d'Arlon, lui a remis ce chateau pour garantie des conventions qu'il avait faites avec Waleran, sire de Fauquemont, a l'égard des chateaux et des terres de Marville et d'Arancy, et ou il consentait, au cas de contravention, que le sire de Fauquemont en soit investi par le duc de Limbourg, a quoi ce prince s'engage éventuellement. 22 mai 1269.

Universis praesentes litteras inspecturis, *Walramus, dux Lemburgensis*, salutem et cognoscere veritatem. Noveritis quod *Henricus*, comes Luxemburgensis, homo noster ratione castri Arlunensis, et quarundam ejusdem castri appendiciarum, coram nobis et hominibus nostris propter hoc constitutus se et haeredes suos comites Luxemburgenses ad observationem omnium et singularum conventionum contentarum in conventu inito inter ipsum *Henricum*, suo et haeredum suorum parentorum (leg. *praedictorum*) nomine ex unâ parte, et *Waleramum, dominum de Faucumont et de Monjoie*, et haeredum suorum nomine ex alterâ, super castro *Marcivillae* et de *Arciali*, ac eorumdem castrorum appendiciis, obligavit sub poenâ amissionis castri Arlunensis, ac earundem appendiciarum, quae de nostro sunt feodo, et ob causam praedictam dictum castrum cum dictis appendiciis in manus nostras liberè reportavit, ad hoc, ut si forsan ipse comes Luxemburgensis, aut aliquis suorum haeredum praedictorum, dictas conventiones non servaret, vel earum aliquam, aut eisdem in aliquo contravenerit, nos aut heres noster, qui pro tempore fuerit dux Limburgensis, eundem Waleranum aut ejus heredem dominum de Faulcoumont ad homagium et fide-

litatem dicti castri et pertinentiarum praedictarum ratione poenae commissae admittamus. . . . . et ad id nos et haeredes nostros, duces Limburgenses tenore praesentium obligamus. In quorum testimonium et munimentum praesentes litteras dicto Waleramo et suis haeredibus contulimus, sigillo nostro et sigillo dicti comitis Luxemburgensis sigillatus. Datum anno Domini M° CC° LXIX. feria quarta post Trinitatem. (22 *maii.*)

Ex archivis Luxemburg. Edidit Andreas Duchesne, Preuves de l'hist. de la maison de Limbourg, p. 70 *et ex eo, Lunig,* Codex germaniae diplom., tom. II, p. 1607.

CCXX.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, ET JUTTE, SON ÉPOUSE, PERMETTENT AUX RELIGIEUX DE L'ABBAYE DU VAL-DIEU DE DÉTOURNER LE RUISSEAU QUAITEBACH VERS LEUR MOULIN D'ONDORP, MOYENNANT UNE RENTE ANNUELLE; ET LEUR DONNENT, EN OUTRE, LE DROIT DE PATURAGE DANS LE DUCHÉ DE LIMBOURG. JUIN 1270.

Waleramus, dux de Lemborgh, et Jutta ejus uxor Ducissa. Universis presentes literas inspecturis, agroscere veritatem cum salute. Quoniam contractus et collationes cum piis lòcis et maximè à principibus providè ritèque celebratas stili convenit officio perpetualiter confirmari. Noveritis quod dilectis nostris viris religiosis abbati et conventui *Vallis Dei* Cysterciensis ordinis, Leodiensis Dyoecesis. Rivum qui dicitur QUAITEBEC per terram nostram defluentem ad ipsorum religiosorum molendinum de ONDORPT, per novum alveum prout commodius ipsum inducere potuerint inducendum jure perpetuo contulimus ad trecensum. Itaque pro ipso rivo nobis denarium aureum vel viginti denarios Leodienses pro valore. Et ecclesie Sancti Jacobi de *Claromonte* cerc libram nomine trecensus quamdiu pacificè dictum rivum tenuerint singulis annis solvere tenebuntur. amplius eisdem religiosis auctoritate presentium irrefragabiliter conferentes vi lelicet jus perpetuo ducendi greges suos, armenta, et ceteras pecudes suas quas in terra nostra habuerint in totius terre nostre pascuis

omnibus secundum quod eis visum fuerit expedire. . . . . renunciamus etiam, bono animo omnibus occasionibus, calumpniis et querelis quas habebamus vel habere poteramus contra dictos religiosos nec non et omni exceptioni et rei per quam presentis litere effectus per nos vel per alium posset in posterum impediri, ad majorem securitatem dictis religiosis fide bonâ promittentes nos dictum contractum cum collationibus predictis contra quoscunque dictis religiosis jure perpetuo firmiter garandire. Quare vobis omnibus terre nostre hominibus precipimus quatenus dictis religiosis super omnibus premissis nichil omnino molestie inferatis vel inferri permittatis in quantum potueritis in suis agendis semper ipsos viriliter promoventes. . . . . in cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presentem paginam dictis religiosis sigillorum nostrorum patrocinio tradidimus roboratam. Datum anno Domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo mense Junio.

Ex autographo descripsi, cui ex membrana appendent duo sigilla cerae viridi impressa.

CCXXI.

Bernard de Castaneto, délégué du saint siége, réaggrave la sentence d'excommunication lancée contre le comte de Juliers et son fils ainé, au sujet de la continuation de la captivité d'Engelbert, archevêque de Cologne; et étend cette censure sur ceux qui y avaient coopéré. 23 aout 1270.

Magister Bernardus de Castaneto, Domini P. P. Capellanus et sedis apostolicae nuntius, ad perpetuam rei memoriam.

Licet ex praecepto dominico etiam inimicos diligendo recipiat sinus latitudinis charitatis, sunt tamen corripiendi errantes non solum verbis sed virgà etiam disciplina ut hoc saltem modo delinquentibus praebeat salutifera vexatio intellectum et disciplinà per charitatem praeposita de corde lenitas non recedat.

Cum itaque *comitem Juliacensem et primo genitum ejus* propter detentionem sacrilegam, quà venerabilem fratrem dominum archiepiscopum Coloniensem squalores diri carceris non absque infidelitatis rubigine ac

in grave universalis ecclesiae scandalum faciunt experiri, excommunicationis astrinxerimus vinculo, eorum terras et loca, adquae eos declinare contingeret, subjicientes ecclesiastico interdicto, et his contenti, *jam elapso bienno* rigorem cum mansuetudine, prout nobis honeste licuit, quantum fuit nobis, possibile, semperantes in anguscià cordis, labore corporis, ac damno rerum non modico, ut apud se causam suam colligentes domesticè converterentur ad deum, exspectando patienter spectavimus in bono malum vincere cupientes, verum exspectatione nostrà in suam abusi perniciem, corde indurati superbo, magis ac magis emungendi, ebrieti cupidine sibi Coloniensem ecclesiam in sponsi ejus redemptione gravando, nequiter subjicire cupientes. Timore Dei post posito ecclesiae honore abjecto, fidelitatis negato debito, multa loquendo, fallaciter tempus infructuosè, suas continuando nequitias dolosis à te perfidà, deduxerunt, quae propter duritiae suae licet inviti aquas amaritudinis propinantes, ut eis saltem vel emolliti per congruam conversionem vivant in domino aut retenta cordis sui duritie, tempestate valida id est justa demergantur.

Monemus omnes et singulos, cujusque gradus, ordinis, conditionis aut dignitatis existant, et eis districtè praecipiendo mandamus, ne dicto comiti aut ipsius primogenito communicent, verbo, esu, potu, famulando, obsequendo, emendo, vendendo, aut sibi quoque modo alio ministrando, vel participando publicè vel privatè, alioquin eos et eorum quemlibet incurrere volumus excommunicationis sententiam, quam ex nunc ut ex tunc in casum praedictum contra tales ferimus in his scriptis, subjicientes loca, ad quae ipsum comitem vel ejus primogenitum declinare contigerit, ecclesiastico interdicto. Quod post eorum ab indè recessum etiam durare volumus, per quindenam, omnes homines et singulos, terrae, quam regunt insimul vel divisim, sive sit sua, aut cujusdam alterius, scriptis praesentibus afficientes sententia ecclesiastici interdicti, ut ubi libet sicut interdicti habeantur a sacramentis ecclesiasticis alieni. Fideles insuper ipsorum, comitis et ejus primogeniti vasallos et homines omnes et singulos a juramento fidelitatis absolvimus, quo eis et eorum cuilibet tenentur adstricti, ipsis praecipiendo districtae, ne eis vel alicui eorum quocunque modo de coetero obediant et intendant, alioquin excommunicationis incurrant sententiam, quam in casum praedictum ex nunc ut ex tunc contra eos vel eorum quemlibet fecimus in his scriptis, et ut in poenà participes habeant, quos habuerunt in delicto fautores, monemus omnes et singulos, cujuscunque gradus, ordinis, conditionis aut

dignitatis existant et eis districtè praecipiendo mandamus, ne *comiti Gelriae* jam propter captionem dicti archiepiscopi cui interfuit excommunicationis vinculo innodato communicent verbo (*et cetera ut suprà usque ad verba* a sacramentis ecclesiasticis alieni *inclusivè.*) . . . . denunciantes judices, scabinos et consiliarios Colonienses propter favorem, quem dicto Juliacensi comiti et ejus primogenito patenter praestiterunt, et praestant. In jam dudum contra tales à nobis latam excommunicationis sententiam damnabiliter incidisse. Ac civitatem Coloniam et ejus suburbia, nec non omnes et singulos utriûsque sexûs laicos habitantes in eis, subjicientes ecclesiastico interdicto, clero seculari in dictis civitate et sub urbis commoranti sub poena excommunicationis ex nunc si contrarium fecerint, ut ex tunc contra eos, et eorum quemlibet ferimus in his scriptis districtè praecipiendo mandantes, ut a civitate et sub urbis praedictis infrà duorum mensium spacium à publicatione praesentium computandum omnino discendant. Illic ante liberationem dicti archiepiscopi nullatenus reversari. Omnibus et singulis, undecunque sint praecipientes firmiter et districtè, ne per terram aut aquam portent vel ducant portari vel duci faciant merces quascunque aut virtualia quaelibet ad civitatem Coloniam praedictam, si poenam excommunicationis quam contra tales ex nunc ut ex tunc in his scriptis ferimus, voluerint evitare; Monasteriensem quoque episcopum, qui sub juramenti praestiti debito a nobis receperat in mandatis, ut toto posse suo et bona fide faceret et curaret, quod dictus Coloniensis archiepiscopus, cujus captione interfuit, liberaretur, cum in hoc procurando, negligentiam suam deprehenderimus, manifestè excommunicationis sententia scriptis praesentibus innodamus terram suam supponentes ecclesiastico interdicto. Verum, ne sub praetextu pietatis committatur iniquitas, et velamento voluntatis, ut liberetur archiepiscopus supradictus, Coloniensis ecclesia patiatur irreparabile detrimentum, ac detentores ipsius majorem, more solito, per tractatores sibi propitios, habeant materiam emungendi, firmiter inhibemus, ne deinceps quisquam clericus saecularis, cujuscunque gradus, conditionis, aut dignitatis existat, aut religiosus cujuscunque ordinis, vel etiam laicus de praedicti archiepiscopi liberatione tractans aut aliter det vel promittat sub colore restitutionis damnorum, aut redemptionis, vel quâcunque alia summam aliquam pecuniae, vel aliud loco pecuniae, aut castra Coloniensis ecclesiae vel terram tradat seu obliget dicto comiti, vel alii aliquà ratione, aut ipsi archiepiscopo mittat occasione victus pecuniam, vel aliud de redditibus suis seu etiam

bonis ecclesiae, cum hoc praetextu absque ipsius commodo dicta ecclesia enormiter sit gravata, et dictus Juliacensis comes tantum de Coloniensis ecclesiae fructibus rapiendo percipiat, quod abunde potest sufficere, ut dicto archiepiscopo existenti in carcere necessaria subministret, in facientes contrarium ex nunc et ex tunc scriptis praesentibus excommunicationis sententiam promulgantes.

Mandamus insuper omnibus et singulis tam clericis saecularibus quam religiosis, quorum religio in apostolicis litteris, quarum auctoritate fungimur, nominatur, ut dictas interdicti sententias districtè teneant et observent ex nunc ut ex tunc infacientes contrarium omnes et singulos excommunicationis sententiam promulgando scriptis praesentibus. Ad haec cum saepedictus archiepiscopus detinentur captivus, nec compos sit sui corporis aut usum habere valeat exercitii liberae voluntatis districtè praecipiendo mandamus, ne qui sigillum suum detinent, eo signent aut sigillent aliquid nec ei in aliquo pareatur, quamdiu sic captivus manebit, etiam si ipse archiepiscopus hoc mandet et praecipiat excerta scientia fieri et propria voluntate. Eisdem sigilli detentoribus insuper praecipientes districtè, quod si quas post dictam captionem ipsius archiepiscopi literas aut aliud sigillarunt illud omnino rumpendo revocent et annullent. Nos autem ex abundanti id ex nunc, quantum possumus in irritum revocamus, ipsum quoque sigillum in duas partes quam primum opportunitatem habebunt dividant per fracturam, unam partem sic fracti Coloniensis ecclesiae preposito et aliam Coloniensis ecclesiae capitulo assignantes, in illos vero qui contra aliquod ex omnibus supradictis mandatis fecerint ex nunc ut ex tunc excommunicationis sententiam scriptis praesentibus promulgamus

Ego Joannes quondam Oddonis Blanchi, cives Parmensis, apostolicâ auctoritate notarius, una cum infrà scriptis testibus, harum sententiarum prolationi interfui et has praesentes litteras ejusdem domini magistri *Bernardi de Castaneto* munimine roboratas de voluntate et mandato ipsius scripsi et eas redigi ad formam publici instrumenti meo que signo signavi; actum est hoc in ecclesiâ *Ivodiense*, diocesis Trevirensis, praesentibus venerabilibus viris domino, Arnoldo de Lor, majori praeposito et archidiacono Coloniensi, domino fratre Wolfardo de Domo Theotonicâ, domini P. P. poenitentiario et capellano, domino Bertrando de Malomonte canonico Lemovicensi et nonnullis aliis clericis et laicis ad hoc vocatis specialiter et rogatis, anno Domini M° CC° LXX°, X calend. Septemb. in quorum omnium testimonium et pleniorem evidentiam praesentes literas

fieri fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Actum et datum Ivodii X calendas Septembris, anno domini M° CC° LXX.

Copié sur l'original conservé aux archives de la cathédrale de Cologne et au 2e volume du FERRAGO GELENII *inédit.*

CCXXII.

1270. Fridericus dominus de Ryferscheyt. . . . . duci Brabantiae promittit quod ipse nec fratres sui in praebenda villae quae dicitur vulgariter VORREN juxta DAELHEM nihil juris in laicali justitia de cetero petent, sed si per justitiam ecclesiasticam in dicta praebenda aliquid juris acquirant, dux eos dimittet. Promittit etiam, quod de captivitate sua. . , ... ipse nec sui fratres. . . . . nullam vindictam sument. Plegios constituit dominum *Walleranum ducem de Lemborch*, Willelmum comitem Juliacensem, Adolfum comitem de Monte, Gerardum de Lucelborch, dominum de Durbuio, Henricum comitem de de Kessele. Datum in die decollationis B. Joannis, anno MCCLXX.

Apud Butkens, Trophées de Brabant, *tom. I, preuv. p.* 104.

CCXXIII.

1270. Joanni Brabantiae duci, *Walleramus dux de Lymburch,* suus consanguineus et fidelis, significat communitatem civitatis Leodiensis, coram se et militibus suis ac castellano de Daelhem, et ejus militibus in crastino B. Catharinae declarasse, quod jus summae advocatiae ad ducem Brabantiae jure hereditario dignoscitur pertinere. Datum anno Dom. MCCLXX feria quinta post festum B. Catharinae (27 novembris.)

Apud Butkens, ibid. p. 104.

CCXXIV.

Waleran IV, duc de Limbourg, donne a l'abbé du Val-Saint-Lambert le fief de Rimière et le rend ensuite son alleu. 1270.

Walerans, duz de Lemborc, a toz ceaz ki ces letres veront et oront, saluz et conisance di veritet; je vos fac asavoer ke *Johans li fius Thomas de Huloir* ki fu, ki astoit venuz a ses jors après le mor de son pere vient par devan mi et pardevan mes homes et me requist ke je li rendiss le fiez des Rimières tot entierment en tel manire ke ses peres lavoit tenu de mi et lavoit acquis a Lowi de le Noueville et a Ernu le damoseal des Rimières et je par lensengnement de mes homes li rendi cest fiez a tenir de mi si com a drois hoir de Thomas, devant dit, et cis Johan, quant ilh ont le fiez de mi releveit et je li ou rendi, ensi com je diu par lesengnement de mes homes si com drois et lois porte, mon sangnor Ernu del Charnoir, mon senescal, mon saignor Winan, mon marescal, mon saignor Colette de Wodemont et Makare Dongnhies, et ilh en fu bien ahyreteis par lensengnement de mes homes, devant dis, si com drois et lois porte, reportat cest meimes fiez tot entierment en mes maens avez labeit et le covent dil Vaus Saint Lambert, del ordène de Cisteuz, en amoene por sarme et de ses antesors et le werpi et le festua et en fist de quant ke fåere enduit, a lensengnement de mes homes desordis, si com drois et lois porte, por miez ahyretier labeit et le covent devant dit. et je tel fiez ki reporteis mastoit en amoene de Johan, le fiu Thomas devant dit, rendi entierment ke je bien pou faere par drois et par loi, a lensengnement de mes homes, a dont *Anthone de Termong*, cellerier del maison del Vaus Saint Lambert et leu pris a home avez labeit et le covent del maison devant ditte et cis dans Anthones desordis entre Sainte Marie et Saint Lambert à Lige le reportat en mes maens devant les aluens et les homes del chise deu de par labeit et le covent devant dit, si ke cis ki bien le poet faere et en avoit letres et mandement special de son abeit et de son covent, et le clamat quitte et le werpit de par eas en tel manire ke li abes et li covens ni retienvent riens qui fust, ains demorat mes frans aluez et je, quant totes ces choeses furent faetes, par devant les aluens et les homes del chise deu, por larme de mi et de madame la duchoese et de toz nos anchesors donai en amoene ke je bien pou faere par droit et par loi, a lensengnement des alueus, et

des homes de le chise deu, et de mes homes fiucez desordis, ki furent la present, al abbeit et a covent del Vaus Saint Lambiert desordis, tel alue ki astait en ma maen et ke li celleriers, devant nomeis, mavoet rendu et quitte clame et lor affaitai en totes manires, ensi com je dui entre sainte Marie et saint Lambiert, a tenir frankement a toz jors, mais en alue, par lenseignement des aluens ki present astoent, mon sangnor Ernu del Charnoir, mon senescal, mon sangnor Winant, mon marescal, mon sangnor Colette de Wodemont, kevaliers, Johan Kokelet, eskevien de Lige et Gilon le prechoer, et Henris le Vowé de sor Mose, le filh Piron Boveal et en avesti dant Anthone le Cellerier, devant dit, avez le maison del Vaus Saint Lambiert, par lensengnement des aluens devant nomeis, si com drois et lois porte, et por ce ke totes ces choeses soent plus fermes et plus stables, ai pendu mon saeal et ai fait pendre mon sangnor Ernu, monsaignor Winant, et mon saignor Colette, kevaliers, lor saeas a ce presens letres en tesmongnage de veritet avec le saeal maistre Johan Leroi, archeprestre de Lige, et nos Ernus, Winans et Colette, kevalier et nos maistres Johans, archeprestres de Lige, devant nomeit, tesmongnhons ke nos avons pendu nos saeas avec le saeal le gentilh home mon sangnor Walran, duz de Lemborc, devant nomeit. Ce fu fai lan del incarnation nostre Sangnor M CC LXX le vendredi devant la feste sainct Thomas lapostole (19 *décembre*).

Cette charte copiée sur l'original, m'a été communiquée par M. Falla, abbé du Val St-Lambert; des cinq sceaux qui y appendaient, il n'en reste que deux, dont l'un est celui du duc de Limbourg.

CCXXV.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, ATTESTE LE MESURAGE D'UNE FORÊT QU'IL AVAIT FAIT FAIRE POUR TERMINER UN DIFFÉREND QU'IL AVAIT AVEC L'ABBAYE DE VAL-DIEU. 1270.

Waleramus, dux de Lemborc, universis presentes litteras inspecturis pie vivere et veritatis in Christo testimonium acceptare. Noveritis quod cum inter nos et dilectos viros religiosos, abbatem et conventum Vallis-Dei, Cistercien. ordinis, Leod. dyoeces. in dubium verteretur an de dimidío mansu nemoris abbati tunc Widoni de Sta Agatha et confratribus ejus nunc

CCXXIV.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, DONNE A L'ABBÉ DU V
LAMBERT LE FIEF DE RIMIÈRE ET LE REND ENSUITE SON A

Walerans, duz de Lemborc, a toz ceaz ki ces letres
saluz et conisance di veritet; je vos fac asavoer ke J
mus de Huloir ki fu, ki astoit venuz a ses jors après
vient par devan mi et pardevan mes homes et me re
le fiez des Rimières tot entierment en tel mani
tenu de mi et lavoit acquis a Lowi de le Noue
seal des Rimières et je par lensengnement d
fiez a tenir de mi si com a drois hoir de
Johan, quant ilh ont le fiez de mi relevei
je diu par lesengnement de mes homes
sangnor Ernu del Charnoir, mon sen
marescal, mon saignor Colette de W
ilh en fu bien ahyreteis par lensen
si com drois et lois porte, repor
mes maens avez labeit et le cov
de Cisteuz, en amoene por sa
festua et en fist de quant l
homes desordis, si com dr
le covent devant dit. et
Johan, le fiu Thomas d
par drois et par loi,
de Termong, celleri
home avez labeit
thones desordis
en mes maens
et le covent d
et mandeme
et le werpi
riens qui
furent
de mi
ke

PORTÉ CAU-
LES HABITANTS DE
TE VILLE POUR Y SÉJOURNER

um vsuris, nos Adolphus, comes de Monte,

facimus presentibus protestantes, quod cum viri honorabiles cives
es, nostri amici dilecti, nobis et nostris fidelibus domino Theo-
Elnere et Godeschalco de Winehovele, militibus, de fide jus-
eosdem pro viro nobili domino Walramo duce Limburgensi
ssione obligati, inducias dederint usque ad octavas Pen-
i nunc futuras, promissimus et promittimus bonà fide,
ino memorato Coloniam intrabimus, ad jacendum sicut
orum, secundum omnes conditiones habitas in ins-
domini Walrami ducis Limburgensis liberatione
aliorum confidejussorum sigillo confirmata, nullà
dem facient predicti milites nostri fideles, et
doricus et Godescalcus qui nobiscum ad
t modo simili obligati, ut autem dicti cives
iorem, ipsis presens scriptum contulimus
, nos vero Theodoricus de Elnere et
ur nos debere, prout dictum est sine
d jacendum pro grato accipientes
omini nostri Adolphi, comitis de
uo etiam sumus contenti et ad
Datum anno Domini MCCLXX
s).

opho.

II.

EMBOURG, CÈDE A HENRI, ÉVÊQUE DE
ORBEAU D'AWANS AVAIT TENU DE LUI. 17 SEP-

, cuens de Lucembourg et de la Roche et marchis d'Erlons, fas issant à tos ke honrables peyres et mes chiers sires Henris par le aces de Diu, veskes de Lige, a tan fai envers mi ke je li ai quiteit et quitte a tos jors tot le fie ke Corbels Dawans tenoit de mi a Awans et ailleurs ou ke il fust. Et weil et mans et commans du dit Corbiaul, ke ilh en face à monsignour le veske devant dit teil homage et teil ligei cum ilh en faesoit et devoit facre a mi plainement. En tesmonguage

ad Vallem Dei predictam translatis a Henrico, duce de Lemborc, quondam proavo nostro collati prout in litteris super hoc confectis plenius continetur, plus vel minus haberent et tenerent, nos hujus modi dubium amovere volentes predictum nemus ad petitionem dictorum religiosorum et mansionariorum circumjacentium ac quorum intererat, habitis, super hoc Petri de Cuves villici banni de Herves, Reneri de Sorosées, Henrici de Cuves scabinorum nostrorum, Johannis de Busemont villici de Herves, Ludovici de Foro, Ludovici forestarii, Lamberti dicti Buce, et Walteri de Thiege scabinorum de Herves, ac aliorum plurimorum hominum nostrorum infrascriptorum, consilio et assensu per dilectos nostros Arnoldum de Charnoir dapiferum et Winandum marscalcum milites, vices nostras in hac parte gerentes, ab Arnuldo de Fres et Arnuldo dicto Clie de Foron, magistris mensoribus diligenter fecimus remetiri Bunna que et metas in certis locis ipsius nemoris per septuaginta et duo bonaria distenti figi firmiter et plantari eisdem religiosis ipsius nemoris per circulum fines et terminos assignantes,premissis autem interfuerunt dapifer,marscalcus,villici, scabini et duo mensores predicti, Simon, miles scabinus Aquensis, Hermannus filius dicti dapiferi canonicus Sancti Pauli Leodiensis, *Henricus scriptor dominae nostrae ducissae*, Wilhelmus notarius dicti dapiferi. . . . . In cujus rei testimonium et munimen perpetuum presentem cartam sigilli nostri patrocinio duximus roborandam. Nos vero villici et scabini suprà scripti qui praemissis tanquam loci justitia affuimus et jura nostra exindè habuimus quia propria sigilla non habemus, sigillis dictorum dapiferi et marscalii usi sumus in hac parte. . . . . Datum anno Domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo.

Ex autographo quod mecum communicavit
Rev. Dom. Jacobus ULS, abbas Vallis-Dei.
Appendent tria sigillu cere viridi impressa.

CCXXVI.

ADOLPHE, COMTE DE BERG, RECONNAIT QU'IL S'EST PORTÉ CAUTION POUR LE DUC DE LIMBOURG, ENVERS LES HABITANTS DE COLOGNE, ET QU'IL SE RENDRA DANS CETTE VILLE POUR Y SÉJOURNER COMME RÉPONDANT. 1271.

Universis presens scriptum visuris, nos Adolphus, comes de Monte,

notum facimus presentibus protestantes, quod cum viri honorabiles cives Colonienses, nostri amici dilecti, nobis et nostris fidelibus domino Theodorico de Elnere et Godeschalco de Wiñehovele, militibus, de fide jussione quà ad eosdem pro viro nobili domino Walramo duce Limburgensi sumus fide jussione obligati, inducias dederint usque ad octavas Pentecostes, proximi nunc futuras, promissimus et promittimus bonà fide, quod elapso] termino memorato Coloniam intrabimus, ad jacendum sicut moris est fide jussorum, secundum omnes conditiones habitas in instrumento super dicti domini Walrami ducis Limburgensis liberatione confectâ et nostro cum aliorum confidejussorum sigillo confirmata, nullà monitione praemissà et idem facient predicti milites nostri fideles, et confidejussores nostri Theodoricus et Godescalcus qui nobiscum ad praefatos cives Colonienses sunt modo simili obligati, ut autem dicti cives de premissis fidem habeant ampliorem, ipsis presens scriptum contulimus nostri sigilli munimine roboratum, nos vero Theodoricus de Elnere et Godescalcus de Wiñehovele profitemur nos debere, prout dictum est sine monitione facienda; Coloniam intrare ad jacendum pro grato accipientes, inducias nos datas, et hoc sub sigillo domini nostri Adolphi, comitis de Monte, quod presentibus est appositum quo etiam sumus contenti et ad praemissa obligati esse volumus, protestamur. Datum anno Domini MCCLXX Primo in die beati Georgii Martyris. (23 Aprilis).

Ex autographo.

CCXXVII.

Henri, comte de Luxembourg, cède a Henri, évêque de Liége, le fief que Corbeau d'Awans avait tenu de lui. 17 septembre 1271.

Je Henris, cuens de Lucembourg et de la Roche et marchis d'Erlons, fas congnoissant à tos ke honrables peyres et mes chiers sires Henris par le grâces de Diu, veskes de Lige, a tan fai envers mi ke je li ai quiteit et quitte a tos jors tot le fie ke Corbels Dawans tenoit de mi a Awans et ailleurs ou ke il fust. Et weil et mans et commans du dit Corbiaul, ke ilh en face à monsignour le veske devant dit teil homage et teil ligei cum ilh en faesoit et devoit facre a mi plainement. En tesmonguage

de la queil choese et por ce ke ce soi ferme choese et estable, je ai mi mon saeal a ce presente letres. Et nos Margherite se feme contesse et dame de dessus nomeis lieus, Henris luer ainsneis fils *fors de Maimbornie* ki ces choeses devant dit avons gréiée et otroiée ensi cum mes sires li cuens devant dis les at faetes, i avon ossi mis les nois saeals en tesmongnage de veriteit et por ce ke nos ne aultre por nos ne puissiens mais aler enconte. Ce fust faet et donneit en lan del incarnation nostre Saignor quant li milliaire corroit par Mil Dois Cens Sexante et Unze, le jor de la feste saint Lambiert.

Copié sur l'original aux archives de la cathédrale de Liége, conservées aux archives de la province de Liége. Scellé de trois sceaux endommagés, pendant à double queue de parchemin.

CCXXVIII.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, ET LE CHAPITRE DE LA CATHÉDRALE DE LIÉGE, PROLONGENT LE TERME DU COMPROMIS FAIT ENTRE EUX SUR UN DIFFÉREND QU'ILS AVAIENT RELATIVEMENT A L'AVOUERIE DE JUPILLE. 31 OCTOBRE 1272.

Universis presentes litteras inspecturis. J. Dei gratia prepositus, E. decanus, archidiaconi totumque majoris ecclesiae Leodiensis capitulum, et Walramus, dux Lemburgensis, salutem in Domino et cognoscere veritatem. Noveritis universi et singuli quod nos compromissum initum inter nos decanum et capitulum ex parte unâ et nos ducem predictum ex alterâ super bonis et juribus curie de Jupille et suis appenditiis, alias in scriptis redactum et nostris sigillis sigillatum, unanimi consensu et pro bono pacis, sub eisdem penis, modis et conditionibus in aliâ litterâ de dicto compromisso confectâ, contentis usque ad festum beati Nicholai proximo venturum interveniente, super hoc arbitrorum consensu. In cujus rei testimonium litteris presentibus nos predicti capitulum sigillum ecclesie nostre et nos dux predictus nostrum similiter sigillum duximus

apponendum. Datum anno Domini MCCLXX Secundo in vigilia Omnium Sanctorum.

Ex autographo ecclesiae St-Lamberti, quod modo in tabulario provinciae Leodiensis conservetur. Sigilla perierunt.

CCXXIX.

Waleran IV, duc de Limbourg, confirme une sentence arbitrale portée en faveur de l'abbaye de Val-Dieu, qui regardait une terre située a Haccourt. 13 février 1273. n. s.

Universis presentes litteras inspecturis. W. dux Lemborgensis, eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod cum materia questionis esset suborta inter Ar. dictum Skiflart, nomine uxoris sue sororis Philippi quondam de Hermalle et liberos eorumdem ex unâ parte. Et viros religiosos abbatem et conventum monasterii Vallis-Dei, Cysterciensis ordinis ex alterâ. Super quâdam terrâ arabili jacente in territorio de Hacourt que quondam fuit predicti Philippi, quam predicti Skiflardus et liberi ejus nomine predicte uxoris dicebant ad se de jure pertinere et quam repetebant ab ipsis religiosis. Tandem dicte partes bonorum use consilio in viros providos et honestos in Goblionem de Hukebak, Egidium et Wilhelmum fratres dictos Scavedrich, et Conrardum dictum de Porta, milites, fide datâ et sub penâ viginti marcharum Leodiensium reddendarum parti stanti arbitrio a parte resiliente ab eodem et sub periculo cause. Ita quod quicquid dicti arbitri veritate inquisita super dicta terra ducerent arbitraliter sententiandum dicte partes sub penis predictis inviolabiliter observare tenerentur prout coram nobis constitute recognoverunt et se servaturas sub penis predictis repromiserunt. Suscepto igitur onere arbitri ab ipsis arbitris veritate etiam inquisita de proborum consilio per suam sententiam definitivam arbitralem pronuntiaverunt coram nobis per nos coacti secundùm eaque viderunt, audierunt et intellexerunt. Invenerunt dictos Ar. Skiflardum et ejus liberos ac heredes in probatione sue intentionis defecisse. Unde per eandem suam sententiam arbitralem pronuntiaverunt dictos Ar. Skiflardum uxorem ejus ac liberos eorumdem nullum jus habere in terrâ predictâ eisdem perpetuum silentium imponendo. Absolventes dictos religiosos ab impetitione corumdem. Lata

siquidem dictâ arbitrali sententiâ partes predicte coram nobis constitute paruerunt eidem sententie spontanea voluntate non coacte et consenserunt eidem. Actum in presentia nostra nec non et partium et arbitrorum predictorum Th. (Theoderici) domini de Hynsberge. Emondi de Vreleberghe et Reneri de Driske, militum. Fratris Hermanni cellerarii et fratris Johannis dicti Skoffart conversi domûs predicte. Kunonis Dapiferi nostri. Anselmi et Winandi de Wilhonrim fratrum et aliorum proborum virorum. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum ad petitionem partium predictarum duximus apponendum. Datum apud Berghes juxtà Aquas feria secunda post octavam Purificationis Beate Marie Virginis anno Domini M°CC°LXX° Secundo (13 *Februarii anni* 1273 *juxtà novum stylum*).

Ex autographo tabularii abbatiae Vallis-Dei. Appendet ex duplici membrana sigillum cerae viridi impressum.

CCXXX.

HENRI, COMTE DE KESSEL, RECONNAÎT QUE SON CHATEAU DE BRUCH EST, EXCEPTÉ CE QUI EN DÉPEND, UN ALLEU DE L'ÉGLISE DE COLOGNE. 1273.

Nos Henricus comes de Kessele notum facimus universis, praesentes litteras inspecturis, et tenore praesentium litterarum publicè profitemur, castrum nostrum BRUCHE (*Greven-broich*), exclusis omnibus attinentiis eose allodium Sti Petri recognoscentes, quod nos et haeredes nostri dictum castrum a reverendo domino nostro archiepiscopo et ab ecclesiâ Coloniensi tenebimus in feudo perpetuo possidendum quam primum nos vel haeredes nostros praefatum castrum nostrum redimere contigerit praedictis domino archiepiscopo et ecclesiae Coloniensi titulo pignoris obligatum. Datum Coloniae XVIII kalendas Julii, anno Domini MCCLXXIII

Copié sur l'original aux archives de la cathédrale de Cologne et au 2e volume de l'ouvrage inédit de Gelenius, déjà cité.

CCXXXI.

ACTE DE TRANSACTION DE WALERAN, DUC DE LIMBOURG, AVEC LA

CITÉ DE COLOGNE, SUR SA DÉLIVRANCE ET SUR CELLE DES SEIGNEURS ET DES COMBATTANTS QUI AVAIENT ÉTÉ FAITS PRISONNIERS AVEC LUI, PAR CES CITADINS. 1273.

Nos Walramus dux Limburgensis et Jutta ducissa uxor ejus legitima notum facimus universis quod infrà scriptos articulos expressos in reconciliatione quam fecimus liberà et spontaneà voluntate cum civitate et civibus Coloniensibus super captivitate nostrâ et omnium illorum qui nobiscum in Colonia captivati fuerunt et interfecti, servabimus et ad implebimus sine dolo.

Primo renunciavimus et renuntiamus perpetuo pro nobis et haeredibus nostris super reditibus marcarum ; centum marcarum Coloniensium quas cives Colonienses nobis dare promiserant nunquam de coetero moturi ipsis questionem, super eisdem Reinaldum, comitem Gelriae, et Irmegardim uxorem suam filiam nostram infrà dominicam mediae quadragesima, quà cantatur Laetare Jerusalem, super praedictis reditibus perpetuo renunciare faciemus, ac instrumentum perpetuae renuntiationis sub sigillis nostris ac Reinaldi comitis et uxoris suae praedictorum dictis civitati et civibus dabimus sigillatum. Si litteras super eisdem reditibus confectas habere non poterimus, ut restituamus sive resignemus eisdem infrà terminum etiam praedictum, liberos Udonis dicti Moir militis qui in Coloniâ interfectus fuit, tales habebimus et inducemus laboribus et expensis nostris quod super morte ejusdem militis patris eorum Urvedam perpetuam faciant ut est moris. Ad idem etiam faciendum inducemus infrà eundem terminum laboribus et expensis nostris filios Hermanni Burggravii de Wassenberg quod super morte fratris eorum qui similiter in Coloniâ fuit interfectus Urvedam faciant, ut de aliis superius est expressum, insuper promittimus quod ab hac horâ in antea omnibus diebus nostris nulli hominum consilium vel auxilium praestabimus per nos amicos vel subditos nostros contra civitatem et cives Colonienses, communiter vel singulariter, immo ipsos et eorum quemlibet in omnibus terminis domini nostri favorabiliter tuebimur et defendemus, si quid etiam jam intelleximus vel ab hac horâ in antea pervenerit ad aureo nostras, unde civitati vel civibus Coloniensibus ac alicui eorum gravamen vel incommodum possit occurrere singulis vicibus quam primum tale quid intelleximus ipsos studebimus praemunire. De debitis etiam quae rationabiliter contraximus in Colonia de quibus constare poterit per litteras, aut aliam veritatem satisfacere promittimus infrà dictum

terminum si de eisdem satisfactum non exiitit cives etiam Colonienses apud Duisbergam cum bonis suis quae sub suo periculo in suis navibus ducunt et ducuntur liberos sine omni impedimento et retardatione transire permittemus, nihil ab eis recipiendo vel requirendo, nisi illud antiquum telonium quod *Marethol* vocatur duntaxat quod ab antiquo ibidem solvi est consuetum, et ut haec omnia a nobis fideliter et firmiter serventur et impleantur praestitis juramentis tam nos quam uxor nostra praedicta, tactâ sacrosanctâ imagine Crucifixi nos astringimus ad praemissa et quodlibet praemissorum sub eodem etiam juramento triginta tam de nostris consanguineis fidelibus quam ministerialibus in Coloniam infradictum terminum adducemus et efficiemus apud ipsos quod sub juramento suo se astringent ad hortandum nos fideliter et constanter ad observationem praemissorum, patentes etiam litteras compositionis consummatae, ad eundem terminum sub sigillis nostris et illorum qui praestabant juramentum ipsis civibus dabimus super observatione praescriptorum articulorum qui in eisdem litteris debent modo congruo ordinari eligentes, si contra hujus modi juramenta quod absis venerimus non implendo seu observando articulos praenotatos, quod cives Colonienses in hominibus terrae nostrae et bonis eorum et nostris recuperare possint et valeant defectum articulorum praedictorum et violationem juramentorum praedictorum non propter hoc nostram vel amicorum seu subditorum nostrorum offensam incurrent vel vindictam aliquam patientur; in cujus rei testimonium presentem paginam articulos nostrae compositionis continentem dictis civitati et civibus Coloniensibus sigillis nostris et sigillis etiam virorum nobilium Wilhelmi comitis Juliae et Adolphi comitis de Monte consanguineorum nostrorum qui unâ cum pluribus aliis nostris juramentis intererunt, dedimus sigillatam. Datum et actum anno Domini MCC Septuagesimo Tertio.

Copié sur l'original conservé aux archives de la ville de Cologne. Il est muni de quatre sceaux bien conservés, qui sont ceux du duc de Limbourg, de la duchesse Jutte, de Guillaume, comte de Juliers, et d'Adolphe, comte de Berg.

CCXXXII.

HENRI, COMTE DE KESSEL, ACCORDE AUX FRÈRES HOSPITALIERS

DE L'ORDRE DE S. JEAN DE JÉRUSALEM DU COUVENT DE MECHELEN, L'EXEMPTION DU DROIT DE TOLLE A DOBACH ET A GALOPPE. 19 MAI 1294.

Universis ad quos presentes littere (sic) pervenerint. Nos Heinricus comes de Kessele notum facimus et fatemur, quod nos ob remedium et salutem anime nostre et animarum dilecte uxoris nostre et puerorum nostrorum religiosos viros fratrem. . . . . commendatorem et conventum domûs in Megchele ordinis hospitalis sacre domûs Iherosolomitane à solutione theloneorum, pro nobis et nostris successoribus dimittimus penitus liberos et solutos. Ita quod eorum res et bona, *tam Dobag quam Galopie* absque solutione theloneorum et sine omni impedimento et vexatione pertranseant et morentur. Et hec dictis fratribus in eleemosynam concedentes perpetuo nostris officiatis omnibus inhibemus ne in contrarium audeant aliquatenus fecere vel venire. Nostrum sigillum pro nobis et nostris successoribus, quos ad hujusmodi obligamus hiis litteris apponentes. Actum et datum in vigiliâ Pentecostes anno Domini Millesimo CC Septuagesimo Quarto. (19 *maii*).

Ex autographo quod in tabulario domûs Melitensis Aquisgrani olim asservabatur.

CCXXXIII.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, CONFIRME AUX FRÈRES HOSPITALIERS DE L'ORDRE DE S. JEAN DE JÉRUSALEM, LES DONATIONS QUE LE DUC HENRI III LEUR AVAIT FAITES. 23 MAI 1275.

Universis ad quos presentes litteras pervenerint. Nos Walramus dux Lembórgensis, notum facimus confitentes, quod nos, donationem in eleemosynam a recolende memorie . . . . Patre nostro et progenitoribus nostris factam ordini sive domui hospitalis Sancti Joannis Iherosolomitani, qui curtim de Meghele et de Wylre cum edificiis, pascuis, pratis cultis, incultis cum hominibus, nemoribus, campis et molendinis, (cum jure patro-

natus ecclesiarum) itineribus, actu exitibus, reditibus, aquis, aquarumque decursibus, et cum omnibus alii juribus et attinentiis, et insuper bona cetera contulerunt, sicut littere super hijs confecte, quas nos vidisse veras et in nullâ sui parte viciatas, recognoscimus et fatemur, ratam habentes et gratam, eis per presentes, hec omnia et singula, pro nobis et nostris heredibus, lege valiturâ in perpetuum confirmamus. Ita quod censualibus sive hominibus, ad dictas curtes pertinentibus, a nobis nec a nostris heredibus aut à quoquam alio ex parte nostrâ vel heredum nostrorum, numquàm exactio, angaria pecuniaria vel vehicularia, sive cujuscunque servicii vel generis precaria imponetur. A quibus omnibus et singulis, tam ipsos fratres, quam predictos eorum homines pro nobis et nostris heredibus libere absolvimus per presentes. Licet vir religiosus frater Heinricus de Buogberg (vel *Bugcberg*) ipsius ordinis magister sua merâ sponte, modo nobis gratiam fieri fecit specialem. Super quâ re, ei et ipsi ordini referimus magnas grates. Et nos Jutta, ducissa Lemburgensis uxor predicti ducis, suprà dictis omnibus et singulis liberaliter annuentes, in ea universa et singula consentimus. Ambo firmiter promittentes quod contra predicta omnia sive singula non venient, nec contrà veniri sinent aut procurabunt aliquatenus in futurum. Obligantes nos ad hujusmodi, fide prestitâ corporali. Hujus rei testes sunt : Godefridus de Huckelbag, Cuno de Lymeby dapifer noster, Theodericus de Geilen-Kirchen, Adolphus de Scervechen, Arnoldus de Nuerat milites nostri. In cujus rei robur perpetuò valiturum, nos . . . . commendatori et fratribus domûs de Megchele, presentes litteras sigillis nostris dedimus communitas. Datum in die Ascensionis Domini, anno ejusdem Millesimo CC° Septuagesimo Quinto (23 Maii).

Descripsi ad autographum, quod olim in tabulario domûs Melitensis Aquisgrani erat.

CCXXXIV.

Acte de confédération entre Sifroi, archevêque de Cologne et la cité d'Aix-la-Chapelle. 14 juin 1275.

Nos Sifridus Dei gratiâ sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius. Notum facimus universis, quod nos attendentes fidelem constantiam et constantem devocionem, quam dilecti

nostri . . . . judices . . . . . scabini ac universi cives Aquenses hactenus habuerunt erga bone memorie nostros predecessores archiepiscopos et ecclesiam Coloniensem, considerantes etiam serenissimo domino nostro R. Romanorum regi illustri, qui nobis suas super hoc litteras destinavit complacere ipsos judices, scabinos et universos cives Aquenses, in nostram defensionem recipimus et protectionem, cum rebus et personis. Ita quod eos defendemus et specialiter in locis infrà scriptis, in Andernacho videlicet et ab Andernaco per cetera infrà jacentia loca usque ad Nussiam, et in ipso Reno citrà item infrà Renum et Mosam à Leodio scilicet usque Ruremunde et per infrà jacentia loca, contra omnes eorum adversarios molestatores et impugnatores quoscunque consilium prestabimus eis et auxilium requisiti et assistemus eisdem, cum nostris hominibus fideliter et benignè, in nostris laboribus et expensis, nihilòminus in aliis locis quantum possumus gratiosè juvabimus eosdem, ipsi etiam judices, scabini et universi cives Aquensis infrà terminos prenotatos e converso nobis assistent adversus molestatores adversarios et injuriatores nostros auxilium et consilium prestando nobis requisiti in laboribus ipsorum et expensis. Item quod nec ipsi nobiscum nec nos cum eis dampnum comportabimus si quod de hac re hic illic ve contingerit evenire, nec nos ab eis, nec ipsi à nobis dampnum si quod emerserit exigemus aut requiremus, preterea si ipsi propter nos, aut nos propter eos bellum vel inimicitias incurremus super hiis, nec ipsi sine nobis, nec nos sine eis treugas dabimus, ne super hiis pacem nec reconciliationem faciemus, et in omnem aventum durantibus inimicitiis ipsi nobis assistent et nos eis, premissa vero omnia promittimus civibus antedictis domino nostro R. Romanorum rege dumtaxat excepto, cui nolumus hoc premissum prejudicare. In cujus rei testimonium et firmitatem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum et datum Colonie II idus Junii. Anno Domini M° CC° Septuagesimo Quinto (14 *Junii*).

Descripsi ad autographum quod olim in tabulario civitatis Aquisgranensis asservabatur.

CCXXXV.

Acte de vente d'une forêt nommée Hervibois, faite a l'abbaye du Val-Dieu par Waleran IV, duc de Limbourg, Renaud, comte de Gueldre, son gendre et Ermengarde femme de ce dernier. 29 aout 1276

Universis ad quos littere presentes pervenerint. Walleramus dux Limborgensis, Reinaldus, comes Gelrie, gener ejus, et Ermengardis uxor ipsius comitis et filia dicti ducis salutem et cognoscere veritatem. Contractus et presertim inter principes personasque religiosas rite actos. Stili munimine convenit et ernari ne forte successoribus contrahentium. prejudicium seu dispendium per ignorantiam valeat generari. Igitur tenore presentium notum vobis facimus. et fatemur. quod nos communicatio consilio. fidelium et hominum nostrorum. quorum pro parte nomina sunt subscripta, inspectaque evidente utilitate nostrâ ex hac re apertius resultante. viris religiosis et in Christo reverendis. abbati et conventui Vallis-Dei Cysterciensis ordinis Leodiensis dyocesis nemus dictum *Hervibois* allodium nostrum. Prout juxtà *Herve* in fundo arboribus pascuis. pratis. aquis. viis. inviis. sivo quomodolicet aliter in latitudine. longitudine situm est. pari voluntate et consensu unanimi tam nostro, quam hominum nostrorum, vendidimus, quodlibet videlicet dicti nemoris bonuarium pro duabus marcis, pagamenti Aquensis et pecunie, nobis benè et plenè tradite ac numerate. Quamobrem coram fidelibus . . . . . scabinis . . . . . allodialibus . . . . militibus et aliis hominibus nostris, ad opus et usus dictorum religiosorum. pro nobis et nostris successoribus in perpetuum cum solempni effestucatione, ut moris est in allodiis, renunciantes purè ac simpliciter nemori supradicto. et omni juri quod in eo habebamus, vel habere poteramus, ipsiusque nemoris possessionem nos protinus exuentes. predictum monasterium de dicto nemore, possessione tam juris quam facti cum omni plenitudine investimus. Quos religiosos in possessione. perceptione et jure dicti nemoris conservare ac tueri, omni calumpniâ violentiâque remotâ. promittimus bonâ fide. Hujusce modi itaque venditione. resignatione, ac investitura, de dicto nemore ritè et licite celebratis, ut ipsis . . . . . . abbati et conventui dictum nemus seu allodium habundantius et tertius firmaretur, memorati homines . . . . . . fideles . . . . . . scabini et allodiales nostri per jus et sententiam pronunctiantes decreverunt. Quod hujus modi venditio et allodium eisdem religiosis firma debeat et inviolabilis permanere. Et nos renunciamus omni exceptioni et beneficio juris canonici et civilis. Quod nobis ad rescindendum in parte vel in toto contractum sepe dictum posset competere. vel ipsos emptores aliquatenus impedire. promittentes eis, contra hec non veniemus. neo contraveniri sinemus. nec procurabimus in futurum. Premissis autem *consenserunt* et interfuerunt. Richaldus. Amelius de Kesserwilh fratres. Winericus de Hinkefelt. Cono. Walterus fratres. Ludovicus de Berghe. Bernardus de Bekendorpe. Goblekinus de Hukelbache. Cono frater

ejus. Renerus dictus Scavedres. Egidius et Wellinus fratres. Arnuldus de Nuerot Alardus de Hukelbach. Balduinus fratres. Arnuldus de Charnoir. Winandus marscalcus de Lembor. Cono frater ejus. Anselmus de Wilhonriw et Christianus milites. Gilbertus de Lembor. Henricus de Lonci. Arnuldus Kenivos. Fachiuus Stassinus et alii quam plurimi nostri homines fide digni. In cujus rei testimonium et muninem perpetuum. dictis religiosis sigillorum nostrorum patrocinio presentes litteras dedimus roboratas. Quibus litteris et sigillis nos et successores nostros ad premissorum. observantiam obligamus. Datum anno Domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo Sexto in die Decollationis Beati Joanni Baptiste.

Ex autographo tabularii abbatiae Vallis Dei descripsi. Ex tribus sigillis, quae appensa fuerant, illud ducis superest cerae flavae impressum ex rubris filis sericis pensile.

CCXXXVI.

Légalisation de l'acte précédent, reçue et délivrée par la justice de la ville et du ban de Herve. 29 aout 1276.

Universis ad quos littere presentes pervenerint. Johannes de Tige villicus. Jacobus de Tinwinster. Petrus de Cuppis. Renerus de Soresces. Ludovicus de Beure. Godinus de Halon. Johannes Ruffus et Walterus dictus Juhir scabini illustris domini Wallerami ducis de Lembor, Banni de Herve. Lambertus dictus Thelonarius villicus. Ludovicus de Foron. Eurvinus vinitor. Ludovicus filius Gerardi de Valle. Petrus ipsius L. frater. Lambertus dictus Buce de Grenees. Winandus de Valle. et Johannes de Buhemont. scabini libere id est franke ville de Herve. Lambertus thelonarius predictus villicus. Henricus de Cuppis. Eurvinus vinitor fratres. Petrus de Cuppis. Petrus filius Gerardi de Valle. Lambertus Buce de Grenees. Theodoricus de Belbrune. et Winandus Delhaye scabini curie beate Marie Aquensis. Ludovicus filius Gerardi de Valle, villicus. Petrus de Cuppis. Eurvinus vinitor. Johannes de Buhemont. Julianus de Pirrois. Theodericus de Lohirvilhe. Gerardus de Beoles. et Theodericus de Belbrune. scabini curie sancti Pauli de Wastfalia. Godardus de Stokis villicus. Ludovicus de Foro. Petrus de

Cuppis. Henricus de Cuppis. Johannes de Buhemont. Walterus. Raussinus de Stokis et Gerardus de Beoles scabini curie sancti Petri Leodiensis. Winandus de Stokis villicus. Jacobus de Finwinster. Henricus de Cuppis. Eurvinus vinitor ejus frater. Johannes de Buhemont. Walterus de Champelhommont. Gerardus de Beoles et Walterus dictus Juhir. scabini curie sancte Crucis Leodiensis. Godardus de Stokis villicus. Ludovicus de Foro. Henricus dictus Makebregnet. Julinus dictus Monachus. Michael de Genees. Winandus de Valle et Colinus de Skinumont scabini curie sancti Dyonisii Leodiensis. Goblekinus de Hukelbach. Arnuldus de Charnoir. Winandus marscalcus. Cono frater ejus. Renerus. Egidius. Willelmus fratres de Remberval. Arnuldus de Nuerot. Cono de Lonci. Anselmus de Wilhonriwe. Alardus et Balduinus de Hukelbach ejus frater. Christianus milites. Gilbertus de Lembor. Henricus de Lonci. Symon de Remberval. Fachinus. Stassinus et Alexander de Enath nec non et homines ad bannum de Herve predictum et dictas curias pertinentes veritatis notitiam cum salute. Contractus et maximè inter principes personasque religiosas rite celebratos stili beneficio testiumque convenit perpetuo confirmari, ne fortassis processu temporis, per oblivionem vel ignorantiam successoribus contrahentium, prejudicium generetur. Igitur tenore presentium, vobis fideliter ac veraciter protestamur. Quod predictus dominus dux Reinaldus nobilis juvenis comes Gelrie gener ejus. ac inclita domina Ermengardis uxor ipsius comitis filiaque dicti Ducis, communicato : fidelium allodialium militum, et aliorum hominum suorum quamplurium nostrosque super hoc consilio et assensu. Viris religiosis et in Christo reverendis abbati et conventui monasterii Vallis Dei Cysterciensis ordinis Leodiensis dyocesis, allodium suum, scilicet nemus suum dictum Hervibois, pro ut juxtà Herve in fundo. arboribus. pascuis. pratis. terris. aquis. viis. inviis sive (sic) quolibet aliter, in latitudine et longitudine. situm est. pari voluntate et consensu unanimi, pro certa pecunie quantitate. dictis dominis W. R. et Er. bene et plene numerate. tradite ac solute a dictis religiosis, sicut hoc presentes. Vidimus et audivimus, vendiderint. Quam ob causam memorati domini et Er. coram dictis fidelibus. allodialibus. militibus et aliis hominibus suis, nobisque, ad opus dicti monasterii pro se et suis successoribus in perpetuum cum effestucatione solempni renuntiantes purè ac simpliciter nemori supradicto et omni juri quod habere poterant in eodem. ipsius nemoris seu allodii possessionem se protinus exuerunt. ac dictos religiosos de ipso nemore prout in allodiis moris est possessione tam juris quam facti coram nobis cum omni plenitudine investiverunt. Promittentes bonâ fide se, ipsis religiosis contrà quoscunque dictum nemus

perpetuo garandire et eisdem ipsum inviolabiliter contractum custodire. Hiis igitur coram nobis et dictis hominibus ità ritè actis ut ipsis religiosis dictum nemus seu allodium tutius ac cautius perpetuo firmaretur, per jus et sententiam, una cum supradictis hominibus pronuntiavimus. Quod dicta venditio tanquam legitima et justa eisdem abbati et conventui firma et irrefragabilis debet perpetuo permanere. Renuntiaverunt autem dicti domini W. R. et Er. omni exceptioni, et juris beneficio canonici et civilis. Quod eisdem ad rescindendum dictum contractum posset competere, vel ipsos emptores aliquatenus impedire. Item noveritis quod si quid juris, nostri antecessores in dicto allodio seu nemore habuerunt, id olim domino nostro duci memorato nullo eisdem jure retento funditus quittaverunt. Confitemur itaque quod nichil juris in dicto nemore seu allodio habemus. Et si quod jus in eodem babemus vel habere possimus, illud dictis religiosis penibus resignamus. Promittentes eisdem bona fide quod in posterum super dicto nemore per nos sive successores nostros ipsis religiosis nichil molestie seu gravaminis inferemus. In cujus rei testimonium et munimen perpetuum. Nos predicti villici. . . . . scabini et homines dictarum curiarum et banni, presentes litteras sigillo opidi de Herve, quo utimur in hac vice, fecimus roborari. Nos autem Arnuldus de Charnoir. Goblekinus de Hukelbach. Winandus marscalcus. Cono frater ejus et Cono de Lonci litteris presentibus, sigilla nostra in testimonium et robur apposuimus firmitatis una cum sigillo opidi memorati. Nos vero Renerus. Egidius. Wellinus fratres. Arnuldus de Nuerot. Anselmus de Wilhonriw. Alardus. Balduinus ejus frater. Christianus milites. Gilbertus de Lembor. Henricus de Lonci. Symon. Fachinus Stassinus et Alexander suprascripti. quia propria sigilla non habemus sigilla dicti opidi de Herve. et dictorum militum Ar. G. C. et C. utimur in presenti. Premissis autem interfuerunt. Richaldus. Amelius de Kĕsserwilhe fratres. Winericus de Hinkcfelt. Cono. Walterus fratres. Ludovicus de Berghe. Bernardus de Bekendorpe. milites. et alii quamplures fide digni. Datum anno Domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo Sexto. In die Decollationis beati Johannis Baptiste.

Descripsi ad autographum in tabulario abbatiae Vallis Dei.

CCXXXVII.

WALERAN IV, DUC DE LIMBOURG, LÈVE LE SEQUESTRE QUI, APRÈS

LE REFUS DE GÎTE, AVAIT ÉTÉ MIS SUR LES BIENS DE LA CATHÉDRALE DE LIÉGE, SITUÉS DANS SES ÉTATS. 6 DÉCEMBRE 1276.

Universis presentes litteras inspecturis Walramus dux de Lemborg salutem et cognoscere veritatem. Cum nos bona ecclesie Sancti Lamberti Leodiensis per ballivos nostros arrestari fecissemus (sic) seu etiam inbanniri, occasione cujusdam pastus seu hospitii, qui pastus seu quod hospitium nobis debebatur pro fructione vennarum existentium in flumine de Vesdre et pro palis sitis in ripa ejusdem fluminis occasione aquarum ejusdem fluminis decurrentium et occasione molendini dicte ecclesie, quod quidem molendinum dicitur *Bernumolin*. Nos ad preces et instanciam viri discreti magistri Johannis de Cambiis canonici et officialis Leodiensis, et ejus amore predicta bona ipsius ecclesie ubicunque sint per nos vel nostros subditos occasione premissorum inbannita et arrestata, tenore presentium debannimus et dearrestamus, volentes et consentientes, ut dicta ecclesia de bonis predictis suam faciat voluntatem, promittentes tenore presentium nos dictam ecclesiam in bonis suis nullatenus molestaturos occasione pastus vel hospitii predictorum seu cujuslibet alterius questionis inter nos et dictam ecclesiam usque ad datam diei presentium litterarum habite. In cujus rei confirmationem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCLXX Sexto in die beati Nicolay confessoris.

Sigillum ex ipsâ chartae membranâ appendet. Ex autographo in tabulario provinciae Leodiensis reposito, olim archivis ecclesiae cathedralis Leod. Le sceau, attaché à un lambeau de la charte, représente un homme à cheval armé de son épée, à droite et à gauche couvert de son écu chargé d'un lion. Le cheval a le poitrail ceint jusqu'à la selle. Il ne reste de la légende que ces mots : EGO. WALE... EMBURC.... et au contre-seing Secretum Walram.

CCXXXVIII.

1278. Nos Walramus dux Limburgensis. . . . . attendentes obsequia longa et fidelissima nobis de novo impensa a nostris fidelibus

civibus Duisburgensibus. . . . . ipsis. . . . , ... si aliquo modo possemus, libentissimè vicem rependeremus, quod utique faciemus tempore oportuno, et licet exiguum sit, quasdam terras adjacentes extrà muros oppidi Duisburg. . . . . ipsis civibus. . . . . damus. . . . . quae terra Neulandt nuncupatur, perpetuo. . . . . possidendam, et quando se facultas obtulerit, multa majora pro eisdem civibus nostris faciemus. . . . . Act. et dat. Limburgi anno Dom. MCCLXXVIII feria sexta ante festum beati Barnabae apostoli. (10 *Junii*).

Edidit, sed mendosè, J. Chr. Dithmarus in Cod. diplomat. ad Teschenmacheri, Annales Cliviae, Juliae, Montium, etc. *num. XI, p.* 5

CCXXXIX.

Gérard de Luxembourg, sire de Durbuy, promet de se joindre au duc de Brabant et de l'aider contre le duc de Limbourg, si celui-ci n'observe point les conventions faites avec ce prince. 8 aout 1279.

Nou Gerard de Lucelbourg, sires de Durbuy, fach savoir a tous, ke j'ai enconvent à noble prince mon chier signeur Jehan par la grasce Dieu dus de Lothier et de Brebant, ke se mes nies Wallerans dus de Lembourch ne li tenoit les convenances dont mes sires li dus de Brebant a ses letres; en queil letres sunt diseur noble homme mon chier signeur li cuens de Flandres et li cuens de Lucelbourch mes chiers freres, ke je serioie encontre le dus de Limborch devandit, en l'aiwe le dus de Brebant, tant qu'ilh eu faith et acompli chou qu'ilh a enconvent au dus de Brebant devandit, en tesmoisgnage de mes presentes letres saiellées de mon saiel, données en l'an de le incarnation nostre Signeur MCCLXXIX le mardi devant le S. Lorens martir (8 *Août*).

Semblables lettres et conçues, au personnel près, dans les mêmes termes, ont été données

sous pareille date, par HENRY CUENS DE LUCELBOUCRH et par WALLERANS DE MONIOIE SIRES DE FAKEMONT. Elles se trouvent dans Butkens Trophées de Brabant, *tom. I, preuv. p.* 111, *et dans Luniq.* Cod. Germ. diplom., *tom. II, p.* 1131.

CCXL.

Confédération entre Sifroi, archevêque de Cologne, Jean I, duc de Brabant, Renaud, comte de Gueldre, et Thierry, comte de Clèves. 28 aout 1279.

Sifridus Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, et Johannes eâdem gratiâ divinâ Lotharingae et Brabantiae dux. Universis, ad quos presentes littere pervenerint salutem in Domino, et rei gestae cognoscere veritatem.

Quoniam sicut ex turbatione pacis regna quassatur, juris et legis laeditur observantia, et omnis tranquillitas naufragatur, sic eadem reformata et roborata, sub ejus umbraculo quasi in quietis, gremio quodam omnia conquiescunt: talis igitur et tanti boni. Quod ex observantiâ pacis provenire dinoscuntur, instinctu allecti, ad reformationem et conservationem pacis tam in terris quam in aquis, firmiter observandae, nostrum animum inclinantes unâ cum nobilibus viris, Reinaldo Gelrensi et Theodorico Clevensi, comitibus nostris fidelibus charissimis, feodus pacis ineundem duximus sub hac formâ, quod, quicunque hominum, cujuscunque statûs, aut dignitatis, seu praeeminentiae fuerint eliéos, ecclesiasticas personas, milites, mercatores, peregrinos, ac alios viatores, nec non et alios, quoscunque inter Renum et Deuram et in ipsis aquis sive in terris sive in aquis spoliaverit aut captivaverit, seu injustè ab eis aliquid extorserit, seu quicunque monetam falsaverit, vel in loco non debito, vel sub signo alterius domini monetam cudi fecerit aut permiserit, in cujuscunque nominatorum districtu aut in conterminis, finibus, seu jurisdictionibus cujuscunque existant, tale facimus fuerit perpetratum, ille primum contrà praedictos, si moniti non emendaverint, potenter et patenter consurget, aliis minimè

exspectatis, et nos ad monitionem ejus, qui hoc intercepit, sibi ad prosequendum hujusmodi negotium communiter auxilium prestabimus proposse nostro et nosse infrà tres septimanas, postquam fuerimus requisiti, et ad vindictam talis facinoris potenter et patenter unanimiter procedemus, nec aliquatenus a prosecutione desistemus hujusmodi, donec passo injuriam ea quae perdidit, sint sine damno suo integraliter restituta, et captivi fuerint absoluti et nobis quatuor congrua prestita sit emenda, vel judicium factum fuerit de his, spoliatore, vel spoliatoribus, seu captivatoribus, sicut dictaverit rigor juris, siquis vero dominus terrae nobilis, vel alius aliquis spoliatores vel captivatores, sive falsarios monetarum receperit et receptos defenderit quominus ipsi restituant spoliata, seu solutos dimiserint captivos, vel congruam nobis quatuor praedictis praestent emendam, aut prohibuerint judicium de ipsis fieri contra talem, omnes unanimiter conjungemus, nec ab iopsà (sic) prosecutione cessabimus, donec talis temeritas poena congruà puniatur, nec ipsos spoliatores seu captivatores aut eorum receptores seu defensores aliquis nostrum sigillatim admittet ad gratiam, vel compositionem faciet cum eisdem, sed sicut communis est nostra obligatio ad pacis conservationem, sic etiam inter nos communis erit communio, et communicatio ad compositionis et emendae receptionem nec aliquis nostrum supportabit alterum in praemissis.

Volumus etiam quod mercatores et alii quicunque mercimonia quaecunque, videlicet in vino, sale, calibe et aliisquae *Selaist* vulgariter appellantur in Reno et Mosâ transferant et stratas suas et vias observent sicut consuetum est ab antiquo.

Ad majorem etiam ipsius pacis observantiam et mercatorum favorem nos archiepiscopus Coloniensis praedictus denarium conductus, quem recipere consuevimus apud Worine, Urdinegen et Bercke deponimus volentes, ut merces et alia per alveum Reni descendentia et ascendentia, ibidem liberè transferantur et ducantur.

Et Theodericus comes Clevensis denarium conductus quem recepit apud Orsoy similiter deponit et deponet. Comes etiam Gelrensis suo justo telonio contentus erit, sicut est consuetum. Volumus insuper nos archiepiscopus, dux Brabantiae, comes Gelriae et comes Clevensis praedicti, quod dux Limburgensis thelonium, quod minus juste apud Duisburg recepit et recipit, omnino deponat, et Henricus de Lecka si quod juris habet in thelonio Smithusen eo contentus erit, et ultrà non recipiet aliquid ibidem, et quia ad conservationem pacis ejusdem speramus plerosque nobiscum aspirare debere favorabiliter, unanimiter duximus ad-

mittendum ut si quis dominus terra sive spiritualis sive saecularis existat, aut nobilis aliquis, sive etiam aliqua civitas aut bona villa inter Renum et Deuram commorantes aut jacentes, hujusmodi foedus nobiscum inivè decreverint, et ad observationem pacis hujusmodi se nobiscum duxerint obligare, talis, vel tales ad communionem foederis hujusmodi recipientur, non tamen sine unanimi consensu omnium nostrum quatuor praedictorum ad foedus pacis hujusmodi admittentur.

Nos vero archiepiscopus Coloniensis, et dux Brabantiae praedicti ad observationem omnium praemissorum fide praestita corporali coram positis evangelii et tactis sacris reliquiis non firmiter obligamus salvis fide et juramento, quibus tenemur civibus Coloniensibus et Aquensibus, quae inviolabiliter volumus observare quos etiam in hoc pace quo ad nos volumus includi, nos vero Renaldus Gelriae, et Theodoricus Clevensis comites ad observantiam omnium praemissorum fide prius praestità corporali coram positis evangeliis, tactis sacris reliquiis, juramento praestito nos obligamus, hoc salvo, quod cives Colonienses et Aquenses quo ad nos in hoc assumptione pacis generalis nolumus includi, ita tamen quod, si cives Colonienses et Aquenses nobiscum concordaverint, ex tunc quo ad nos praedictae paci generali sint inclusi.

Hoc quidem fœdus pacis observare promittimus ex nunc, usque ad festum B. Johannis Baptistae proximi futurum, et ab ipso festo Johannis per continuum succedens triennium, nisi de communi consilio, et consensu omnium nostrum ipsum triennium duxerimus propagandum. Haec omnia et singula praemissa promissimus et promittimus (salvò per omnia jurè imperii) quod speramus per hujus modi ordinationem debere recipere incrementum commodum et honorem. In cujus rei testimonium robur et notitiam. Nos Sifridus archiepiscopus, Joannes dux Brabantiae, R. Gelrensis et T. Clevensis, comites, praedicti, sigilla nostra appendi fecimus huic scripto actum et datum apud Wancheim presentibus multis probis viris et honestis, anno Domini M, CC, LXX, IX, quinto calendas Septembris.

Ex originali.

CCXLI.

TRAITÉ DE PAIX ENTRE LA MAISON DE JULIERS ET SES ALLIÉS D'UN COTÉ ET L'ARCHEVÊQUE DE COLOGNE DE L'AUTRE. 14 OCTOBRE 1279.

In nomine. . . . . nos Richarda, comitissa Juliacensis, Walleranus Aquensis, Otto Trajectensis ecclesiarum praepositi et Gerardus fratres, filii ejusdem comitisse, notum facimus universis, quod inter rever. patrem dominum Sifridum archiepiscopum Coloniensem et ecclesiam Coloniensem ex unâ parte, et heredes nostros et coadjutores utriusque partis ex alterâ mediante nobili viro Godefrido comite Seynensi, in quem . . . . extitit compromissum; amicabiliter hinc et inde est concordatum secundùm infrà scriptam videlicet, etc., etc. . . . . . . Item Dux Limburgensis deponet munitionem turris ecclesie de Dulkene, quam ipse et sui officiati fecerunt ibidem, nec eam ulterius muniet vel per suos aliquatenus occupabit. Dimittet et idem dux Danieli Judeo militi civi Coloniensi bona apud Dulkene secundum tenorem litterarum dicti ducis sigillo suo sigillatarum, nec ipsum per se vel per suos impediet in eisdem. . . . . In cujus rei testimonium robur et firmitatem sigilla nostra unâ cum sigillis nobilium virorum Walrami ducis Limburgensis, domini Henrici comitis Lutzellenburgensis et domini Godefridi comitis Seynensis presentibus duximus apponenda. . . . . Actum et datum apud villam Pinsheim propè Leggenich, II idus Octobris, anno Domini M° CC° Septuagesimo Nono (14 Octobris)

Edidit Kremer, Academ. Beitraege etc., tom III, diplom. num. CXLI, p. 155-160.

CCXLII.

RENAUD, COMTE DE GUELDRE ET DUC DE LIMBOURG, CONFIRME AU PRÉVOT DE L'ÉGLISE DE SAINT JEAN A UTRECHT, LE DROIT DE PATRONAGE DE L'ÉGLISE DE WAGENINGEN. 12 MAI 1280.

Nos Reynaldus comes Gelriae et dux Limburgensis . . . . recognoscimus dominum praepositum Wilhelmum archidiaconum ecclesiae S. Johannis in Trajecto nunc et suos successores habere jus presentandi in oppido novo de ecclesia de Wageningen, sicut de ecclesia de Wageningen in monte a tempore cujus non extat memoria constituta et ut haec etc. etc. Datum anno Domini MCCLXXX sabbato post dominicam *Misericordia Domini* (12 Maii)

Ex autographo dedit D. Van Spaen Oordeelkundige inleiding tot de historie van Gelder-

land (*I. E. Introductio critica in historiam Gelriae*) Te Utrecht, 1805, tom. IV, dipl. num. XIII, p. 25, *extat etiam apud Van Heussen sed ibi malè refertur ad annum* 1288.

CCXLIII.

ERMENGARDE, DUCHESSE DE LIMBOURG, PROCURE UN ACCOMMODEMENT ENTRE LE COUVENT DE HUNNEP ET HENRI DE SYDEROVES (SYDERSCHAAP) TOUCHANT LE COUP-D'EAU QUI LES INTÉRESSAIT. 11 AOUT 1280.

Nos Ermengardis ducissa Limburgensis et comitissa Gelrensis, praesentis litteras visuris, cupimus esse notum quod post longam controversiam, quae vertebatur inter conventum sanctimonalium in Honepe ex parte unâ, et Henricum de Syderoves cum suis fratribus, et coheredibus, ex alterâ, super aquaeductu, fluente per molendinum de Somersvoert, quae *aqua de oves* vulgariter appelaretur, tandem inter ipsos amicabilis compositio intervenit mediante summa quindecim librarum, quas praedictus conventus memoratis fratribus, et eorum coheredibus, assignavit; tali adjecta conditione, quod agger ille, qui dicitur BANANCK, annuatim in festo Paschae, vel, si necesse fuerit, ante Pascha, ad tres vel quatuor ebdomadas obstruetur, ut aquaeductus liberum exitum habeat ad molendinum monialium antedictum, et in festo beati Martini hyemalis, vel ante ad tres ebdomadas, si necessitas id exposeat, idem agger iterum infringetur ut eadem aqua influat ad molendinum superiùs juxtà antiquam curiam, ut consuevit; ita tamen ut antiqua Hunepa, quae fluit inter terram de Sydeovis, et terram de Somersvorth, quae terram dividit utriusque, intacta permaneat ab utrisque; videlicet ut ne conventus nec praedicti fratres, vel sui coheredes, antiquam Hunepam, nec fodiant, nec obstruant, aut infringant. Ad hujus autem compositionis confirmationem ampliorem, soepe dicti fratres cum suis coheredibus, videlicet, Henricus, Bernardus, Arnoldus et Gerardus, fratres de oves, in nostra presentia constituti, renunciaverunt pro se, et suis liberis, effestucatione omnimoda, coram nobis omni juri, seu proprietati, quam habebant, vel habere videbantur in aquaeductu

praenotato, et idem jus abbatissae, et conventui supradicto, coram nobis contulerunt, promittentes se nolle de cetero ipsum conventum super predicta aqua impetione aliqua molestare, sed potius a quocunque extraneo infestante intra annum ipsam omnimode defensare.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini M.CC.LXXX. Die dominica quae fuit in crastino beati Laurenti martyris.

Ex apographo Antonii Matthaei.

CCXLIV.

Traité de réconciliation entre la comtesse de Juliers et ses enfans d'une part, et les citoyens de la ville d'Aix-la-Chapelle d'autre part, au sujet de l'assassinat du comte de Juliers: 20 septembre 1280.

In nomine. . . . . Nos Ricarda, comitissa *Juliacensis*, *Walleramus* Aquensis, *Otto* Trajectensis ecclesiarum praepositi, et *Gerardus*, filii ejusdem, notum facimus universis, quod de *consilio*, *voluntate et consensu* domini *Henrici* episcopi quondam Leodiensis, domini *Raynaldi* Gelriae, *Henrici* Lutzelbergn, *Henrici* de Rupe, *Arnoldi* de Los, comitum, *Gerardi*, domini de Durbin, *Wallerami* domini de Valkenberg, *Wall.* filii comitis Lutzelbergn, *Theoderici* domini de Hensberg, *Egidii* de Oya, super omnibus questionibus, rancoribus, controversiis et inimicitiis universis vel quas habuimus vel habemus contra consules, scabinos, magistros civium et universos cives *regalis sedis* Aquensis, compositionem, et reconciliationem et firmam pacem, mediantibus dominis nostris, domino Syfrido S. Coloniensis ecclesiae archiepiscopo, et magnifico viro domino Johanne, duce Lothar. et Brabantiae, facimus et fecimus pro nobis et *totâ nostrâ parentelâ*. . . . . sub haec forma: videlicet quòd dicti cives Aquenses dabunt propter bonum pacis et concordiae quindecim millia marcarum denariorum, qui vulgariter *Anglici Brabantini* dicuntur, vel valorem eorumdem duodecim solidis pro marca qualibet computatis, modo et terminis infra scriptis. . . . . fiat autem solutio praedicta suis terminis. . . . . in civitate Aquensi nobilibus viris dominis *Raynaldo*

Gelriae et *Henrico* Lutzelbergn comitibus. . . . . . . vel nunciis ipsorum . . . . . . quibus (*denariis*) numeratis, examinatis et receptis signavuntur in sacco vel saccis sigillo civitatis Aquensis et dominorum praedictorum; et ex tunc cives Aquenses denarios sic signatos conducent ad villam *Berge* inter *Aquas* et *Rade-ducis* et dabunt domini praedicti in quolibet termino, literas suas patentes civibus Aquensibus de solutione eis facta. . . . . Nos comitissa praedicta . . . . debitam URVEDAM et consuetam fecimus et facimus. . . . . civibus Aquensibus pro nobis nostraque *totali parentelâ* . . . . quod si aliquis, quicunque sit illis ad quem de inimicitiis praedictis pertinet, cives Aquenses, in districtibus nostris et dominorum praedictorum, in bonis et personis ipsorum invaserit; nos vel dominus terrae illius, in quâ delictum illud fuerit perpetratum, de illo malefactore faciemus jus expeditum, sicut justum est de pacis violatore, nec excusatio illius malefactoris admittatur, si dicat, quod cives Aquenses capitales sui sint inimici occasione guerrae praedictae. . . . . item quilibet utriusque partis, qui ejectus fuit de bonis suis quibuscunque occasione inimicitiarum predictarum, erit in eisdem bonis suis, sicut fuit ante inchoationem guerrae supradictae . . . . in quorum omnium testimonium et robur sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Et nos *Henricus* episcopus quondam Leodiensis, dominus de *Monforth* et *Raynaldus* comes Gelriae et DUX LYMBURGENSIS, et *Henricus* comes Lutzelburgensis pro nobis, et filiis nostris *Henrico* et *Walleramo*, *Arnoldus* comes de Los, *Gerardus* dominus de Durbin, *Theodericus* dominus de Hensberg, *Walleramus* dominus de Valkenberg, *Egidius* dominus de Oya dictis composioni, reconciliationi et paci praesentialiter interfuimus, eisdem consentimus, URVEDAM debitam pro nobis et haeredibus nostris fecimus, et pro natis et nascituris, tactis sanctis reliquiis juramus omnia et singula praemisse. . . . . . inviolabiliter observare et sigilla nostra ad majorem firmitatem apposuimus huic scripto. Nos quoque Syfridus . . . . . . et Johannes dux Brabantiae . . . . Actum et datum apud SCONAUWE propè Aquis in vigilia beati Mathei apostoli et evangelistae, anno Domini Millesimo Ducentesimo Octogesimo.

Ex autographo evulgavit Petrus Bondam in Cod. diplom. ducum Gelriae., sect. IV, num. 36, p. 649-656; *ante ipsum minus*

curatè illud ediderat Kremerus Academ. Beitraege, tom. III, diplom. num. CXLIII, p. 162-167.

CCXLV.

L'Empereur rudolphe donne l'investiture du duché de Limbourg a la duchesse Ermengarde pour elle et son mari. 19 mai 1282.

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus universis imperii romani fidelibus praesentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Praeclaris virtutibus illustris ducissae limburgensis, uxoris spectabilis viri *Reinoldi comitis Gelriae* favorabiliter inclinati, sibi ducatum limburgensem, necnon omnia et singula ad eam per mortem quondam ducis Limburgensis patris sui, cujus extitit *heres unica*, devoluta libenter concedemus, eadem feuda sibi per nobilem *Walravum de Falckenburg* transmittentes. Si tamen praefatam ducissam praemori contigerit, praefatus comes Gelriae maritus suus debet eundem ducatum, cum omnibus suis pertinentiis, ad vitae suae tempora liberè possidere. In cujus rei testimonium majestatis nostrae sigillum praesentibus est appensum. Datum Wormatiae, XIV calendas Julii anno Domini M,CC,LXXXII. Regni vero nostri anno Nono (19 Maii).

Mecum communicavit vir illustris Andreas Lameius, scientiarum academiae Theodoro-Palatinae a secretis, minùs correctè edidit larvatus Lucius Veronensis, De successione in jura ditionesque Juliae, Cliviae, Montium etc. *Edit. de anno* 1660 *inter allegata, p.* 81 *et Petrus Bondam.* Cod. diplom. Ducum Gelriae, sect. IV, num. 50, p. 676. *Edidit quoque Willems,* Chronique de Van Heelu sur la bataille de Woeringen., Cod. diplom. n° XXIII, p. 408.

CCXLVI.

L'Empereur rudolphe, permet a Renaud, comte de Gueldre

ET DUC DE LIMBOURG, DE TRANSFÉRER LA MONNAIE DE LIMBOURG A ROLDUC. 20 MAI 1282,

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus, universis sacri romani imperii fidelibus praesentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Praeclarae devotionis et fidei puritatem, qua spectabilis vir *Reinaldus comes Gelriae*, dilectus fidelis noster nos et sacrum imperium veneratur, favorabiliter intuentis, ei hanc gratiam duximus faciendam et liberaliter indulgemus illam monetam, quae in Limburch cuditur, et sicut ad ipsum comitem ratione *Ducatûs Limburgensis* spectare dignoscitur, et in opidum Rode, quod vulgariter Des Hertogenrode dicitur, translata cum eâ fuit formâ, valore et numismate, qùibus eadem moneta in dicto oppido Limburch cudi et fieri consuevit, cudendam in eodem oppido Rode ac etiam legaliter faciendam. In cujus rei testimonium praesens scriptum majestatis nostrae sigillo fecimus communiri. Datum Wormatiae XIII calend. Julii, indictione X; anno Domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo Secundo, regni vero nostri anno IX (20 maii.)

Extat apud Joh. Isac. Pontanum, Historiae Gelricae, lib. VI, p. 159, *edit. Hardervicanae de* 1639; *et ex eo apud Lunig*, Codex Germaniae diplom., tom. II, p. 1755, nº 18, *uti et apud Bondam, loc. laud.*, nº 51, 676. seqq. *et apud Willems,* loc. cit., p. 409.

CCXLVII.

ADOLPHE, COMTE DE BERG, DEMANDE A L'EMPEREUR RUDOLPHE D'ACCORDER L'INVESTITURE DU DUCHÉ DE LIMBOURG AU DUC DE BRABANT, AUQUEL LE COMTE DE BERG L'AVAIT CÉDÉ, APRÈS EN AVOIR HÉRITÉ PAR LA MORT DE LA DUCHESSE ERMENGARDE. MAI 1282 OU PLUTOT 1284.

Serenissimo domino suo Rudolpho Dei gratiâ Romanorum regi semper augusto, Adulphus comes de Monte, ... cum debitae fidelitatis promptitudine, quidquid potest obsequii, reverentiae et honoris. Cum nos Ducatum Lymburgensem cum omnibus bonis quae felicis recordationis dominus *Walramus dux Limburgensis* patruus nos nec non domina *Ermengardis* filia sua olim comitissa Gelriae tenebant dum viverent, ad nos ex morte

utriusque tanquam ad legitimum heredem devoluta, donationis titulo transtulerimus in illustrem principem dominum *Joannem*, ducem Lotharingiae et Brabantiae dominum nostrum simpliciter et de plano : dominationem pariter et magnificentiae vestrae celsitudinem devote requirimus, quatenus ipsi domino duci ducatum ipsum et bona ad ipsum ducatum pertinentia, pro ut a vobis dependent, concedere dignemini, cum solemnitatibus ad hujus modi concessionem debitis et consuetis. Datum anno M, CC, LXXXII, feria quinta port Pentecosten.

Ediderunt Miraeus, Opera diplomatica, tom. I, p. 211, *Butkens, loc. cit.*, p. 114. *Lunig*, Cod. Germ. diplom., tom. II, p. 1134. *Dumont*, Corps diplomatique, tom. I, part. 1, p. 250. *Bertholet*, Hist. de Luxembourg, tom. V, p. LXXII. *Bondam, loc. laud*, num. 45, p. 665 *seq. aliique. Similis argumenti litteras eisdem anno et die, ac eisdem verbis, excepto proëmio, dedit Adolphus ad ceteros, a quibus duces Limburgenses feuda tenuerant, eos rogans, ut illa duci Brabantiae concedere dignarentur. Earum initium est :* Magnificis et honorabilibus viris, dominis suis charissimis, etc, etc, *post verba* ad ipsum ducatum pertinentia, *in hisce litteris additur :* nec non et alia bona ad nos, ut praedictum est, ex successione hereditaria devoluta, concedere, etc, etc. *Has publicarunt Butkens*, ibid., p. 115. *Duchesne* Preuves de l'histoire de la maison de Limbourg, p. 70 *et Bondam*, *loc. cit.* num. 46, p. 670.

CCXLVIII.

GÉRARD SCERFGIN, CHEVALIER, SE REND VASSAL DU COMTÉ DE GUELDRE, ET RENONCE, PENDANT LA DURÉE DE LA VIE DE RENAUD,

DUC DE LIMBOURG, A CE QUI LUI ÉTAIT DÛ DU FIEF QU'IL TENAIT DU DUCHÉ DE LIMBOURG. 1282.

Universis. . . . . Ego Gerardus dictus Scerfgin, miles, scabinus Coloniensis, notum facio, quod viginti novem jurnales. . . . . . . resignavi ad manus nobilis viri, domini Raynaldi comitis Gelriae et heredum suorum, quos ab ipso domino comite recepi in feodum. . . . . . Preterea Ego Ger. promisi pro me et heredibus meis, cessare a requisitione feodi, quod michi debitur a ducatu Limburgensi, quamdiù ipse dominus R. comes vixerit, sed post mortem suam ego et heredes mei à Duce Limburgensi, qui tunc pio tempore fuerit, id requirere possumus, promisso hujusmodi non obstante. In cujus. . . . . Actum anno domini M° CC° LXXX° Secundo, feria quinta post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Ex autographo typis commisit Bondam, loc. laud., num: 54, p. 679.

CCXLIX.

RENAUD, COMTE DE GUELDRE ET DUC DE LIMBOURG, FAIT CONNAITRE, QU'EN SA PRÉSENCE ET EN CELLE DE SES VASSAUX, GUILLAUME, SEIGNEUR DE HORNE, ET GUILLAUME, SON FILS AINÉ, ONT VENDU A L'ABBAYE DE THORN LE DROIT DE LEVER DES TAILLES A THORN. 12 DÉCEMBRE 1282.

Reynoldus comes Gelriae et Dei gratia dux Limburgensis. . . . . in nostra et nostrorum feudalium hominum constituti propter hoc praesentia vir nobilis dominus *Wilhelmus* de *Horne,* miles, et *Wilhelmus* primogenitus filius ejusdem vendiderunt. . . . . religiosis dominabus abbatissae et conventui monasterii de THORN, ordinis S. Benedicti, Leodiensis diocesis, tallias, exactiones seu petitiones vulgariter dictas *Beede,* quae hactenus annuatim facere solebant, et imponere consueverunt hominibus seu mansionariis dictarum abbatissae et conventûs, habitantibus in territorio et allodio monasterii antedicti seu villae de Thorn, ratione advocationis, quam dictus dominus de Horne habet in dictâ villâ de

Thorn, et a nobis tenet in feudum, pro. . . . . ducentis marcis Leodiensibus. . . . . et nos comes praedictus et Dei gratiâ dux Limburgensis praemissis omnibus nostrum attribuimus assensum pariter et consensum. . . . . praemissis interfuerunt vocati et rogati coram nobis nobiles viri Dominus Walramus de Falcomonte, dominus Goswinus dominus de Borne, dominus Theodorus advocatus de Ruremunde et dominus Gerardus de Battenburgh, quibus . . . . Datum anno Domini Millesimo, Ducentesimo, Octuagesimo Secundo, in vigilia beatae Luciae Virginis.

Diplomati Adolphi, Romanorum regis, XV calendas Octobris anno 1292 *Coloniae dato incertam, hanc cartam publici juris fecit Lunig* Reich-archiv. Partis specialis continuationis II, fortsetzung III, p. 920.

CCL.

Renaud, comte de Gueldre et duc de Limbourg, accorde a l'abbaye du Val-Dieu l'exemption des péages au duché de Limbourg. 18 juillet 1283.

Religiosis viris in Christo sibi Karissimis, abbati et conventui monasterii Vallis Dei, Cisterciensis ordinis, Leodiensis dioecesis, Raynaldus comes Gelrensis, dux Lymburgensis, sinceram in Domino caritatem. Devotionem quam praedecessores nostri ad vos et alia pia loca habuisse dinoscuntur, imitari cupientes ut nos et Domina Irmegardis, uxor nostra karissima, bone memorie benefactorum vestrorum et orationum participes habeamur, vobis tenore presentium indulgemus, ut omniaque vestris usibus necessaria, per ducatum nostrum Lymburgensem, in aquis aut terris quibuscumque modis deducuntur, à theloneis et pedagiis habeatis absoluta presentium testimonio litterarum. Datum apud Lymburgum anno Domini M°CC°LXXX^mo Tertio, XV° kalendas mensis Augusti (18 *Julii*).

Ex autographo descripsi, edidit etiam, sed mendosissimè, Jongelinus in Notitiâ abbatiarum ord. Cysterciensis, lib. IX, p. 49.

CCLI.

ACTE DE CONFÉDÉRATION ENTRE SIFROI, ARCHEVÊQUE DE COLOGNE, ET THIERRY, COMTE DE CLÈVES. 1283.

Nos Syfridus Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius et nos Theodoricus comes Clivensis notum facimus universis praesens scriptum visuris, quod super mutua assistentia nobis invicem facienda convenimus et concordavimus in hunc modum ita videlicet, quod nos comes praedictus ipsum dominum archiepiscopum juvabimus contra quoscunque domino nostro, R. Romanorum rege consanguineis et fidelibus nostris duntaxat exceptis, hoc adjecto, quod si idem dominus archiepiscopus contra aliquem consanguineorum vel fidelium nostrorum quaestionem habuerit nos hujusmodi consanguineos vel fideles nostros cum eodem archiepiscopo concordati in amicitia vel in jure potestatem habebimus vel habemus, ab eodem infrà sex septimanas, postquam ab ipso domino archiepiscopo fuerimus requisiti, et si dicti consanguinei vel fideles nostri in hoc dicto nostro et ordinationi stare et parere noluerint, nos ex tunc eidem domino archiepiscopo assistemus contra ipsos, simili modo, si nos contra aliquem consanguineorum vel fidelium ipsius domini archiepiscopi quaestionem habuerimus, ipse dominus archiepiscopus suos consanguineos, vel fideles nobis cum concordandi in amicitiâ, vel in jure infrà sex septimanas, postquam a nobis fuerit requisitum, potestatem a nobis habebit et habet, et si dicti consanguinei vel fideles sui in hoc dicto suo vel ordinationi stare vel parere noluerint, extunc idem dominus archiepiscopus nobis assistere tenebitur contra ipsos; haec autem omnia et singula nos archiepiscopus et comes praedicti promissimus fide data et promittimus inviolabiliter observare et ad haec nos tenore praesentium obligamus sigilla nostra praesentibus litteris in testimonium et robur praemissorum et robur apponi facientes. Actum et datum Nussiae, anno Domini M°CC°LXXX Tertio in crastino Laurenti.

Copié sur l'original. M. Willems a publié un fragment de ce diplôme au code diplomatique cité, n° XXXII, p. 415.

CCLII.

ADOLPHE, COMTE DE BERG, SUCCESSEUR D'ERMENGARDE, DU-

CHESSE DE LIMBOURG, FAIT UN ARRANGEMENT AVEC LE CHAPITRE DE LA CATHÉDRALE DE LIÉGE, SUR LES DROITS DE L'AVOUERIE DE JUPILLE QUE SES PRÉDÉCESSEURS LES DUCS DE LIMBOURG AVAIENT OUTREPASSÉS. 22 AOUT 1283.

Universis praesentes litteras inspecturis, Adolphus, comes de Monte, salutem et cognoscere veritatem. Cum nos domine *Ermengardi quondam ducisse Limburgensi filiae patrui nostri Walerami quondam ducis Limborgensis*, que filia sine liberis viam est universe carnis ingressa, in ipso ducatu Limborgensi tanquam heres verus et propinquior successissemus, et ad nos ipse ducatus esset jure successionis devolutus, viri venerabiles praepositus, decanus, archidiaconi et capitulum honorabilis ecclesie majoris Leodiensis nobis conquerendo ostenderunt quod predecessores nostri videlicet Waleramus quondam dux et ejus filia supradicta occasione advocatie, quam habebant in curia de Jupilia et appendiciis ejusdemque spectant ad ipsam ecclesiam Leodiensem, et nos in eadem curia jure successionis predicte habemus et tenemur habere, videlicet id quod eis competebat occasione dicte advocatie in ipsa curia et ejus appendiciis, multum de juribus dicte ecclesie sue sibi attraxerunt et usurparunt, et usurpata longo tempore violenter detinuerunt. Nos qui ipsi ecclesie nolumus injuriari in aliquo, sed potius volumus eamdem pro nostro posse defendere et tueri, nec velimus suprà dicta violentia vestigiis ipsorum praedecessorum nostrorum adherere, tenore presentium notum facimus universis, nobis constare sufficientes ex predictorum relatione quibus fidem in hiis adhibemus, quod ipsi predecessores nostri non plus juris habebant in predicta curia de Jupilia et ejus appendiciis, nec nos plus juris habemus in predictis quàm advocatiam, seu id tantum quod scabini de Jupilia dixerint seu declarando indicaverint (vel *judicaverint*) nobis occasione dicte advocatie competere de jure debere. Et ipsorum scabinorum dicto et declarationi stare volumus in premissis, et ad observationem dicti et declarationis eorumdem scabinorum quo ad hec bonâ fide nos obligamus et nostros successores in ducatû supradicto quoscumque. Restituentes ipsam ecclesiam Leodiensem per presentes ad omnia jura supradicta quo ad dictum et declarationem seu recordationem scabinorum curie de Jupilia predictorum. In quorum premissorum testimonium et munimen presentes litteras tradidimus ipsi ecclesie Leodiensi munimine sigilli nostri roboratas. Datum et actum per nos consensu etiam et voluntate omnium fratrum nostrorum

interveniente anno Domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo Tertio, in octavis Assumptionis beate Marie virginis.

Ex autographo quod modò in tabulario provinciae Leodiensis repositum habetur. Periit sigillum, quod ex filis sericis fuscis appensum fuerat.

CCLIII.

Ratification de l'acte précédent par les frères d'Adolphe, comte de Berg. 4 septembre 1283.

Universis presentes litteras inspecturis, *Conradus* Dei gratiâ major in Colonia prepositus et archidiaconus, *Henricus de Monte dominus de Windecgin*, *Engelbertus* sancti Cuniberti. *Waleramus* sancte Marie ad Gradus, ecclesiarum Coloniensium prepositi, ac *Wilelmus* fratres nobilis viri domini Adolphi comitis de Monte, salutem et cognoscere veritatem. Quoniam dominus Adolphus comes de Monte, dominus et frater noster predictus recognovit se et suos *predecessores duces Limburgenses, quibus in ipso ducatu successit*, non plus juris habere nec habuisse in curiâ de Jupiliâ et ejus appenditiis, que est honorabilis ecclesie Leodiensis, quàm advocatiam secundùm quod scabini curie de Jupilia predicte dixerint seu declarando judicaverint, eandem advocatiam ei de jure competere debere, prout hec in litteris predicti domini Adolphi comitis de Monte fratris nostri vidimus contineri, nos recognitionem predictam domini et fratris nostri supradicti et quidquid per eum factum est vel concessum, ipsi ecclesie majori Leodiensi inpremissis, ratum habentes et gratum et eisdem, quantum est in nobis, tenore presentium consentimus, et nos ad eadem omnia et singula observanda, quantum in nobis est et esse potest, nos et nostros successores tenore presentium obligamus In quorum premissorum testimonium presentes litteras dedimus predicte ecclesie Leodiensi, munimine sigillorum nostrorum roboratas. Datum et Actum anno Domini M° Ducentesimo Octuagesimo Tertio in crastino Beati Remacli. (4 *Septembris*).

Ex autographo in tabulario provinciae Leodiensi asservato. Ex archivis ecclesiae cathedralis Leodiensis.

CCLIV.

ADOLPHE, COMTE DE BERG, FAIT CONNAITRE QU'IL A TRANSPORTÉ LE DUCHÉ DE LIMBOURG A JEAN I, DUC DE BRABANT, A TITRE DE DONATION ENTRE VIFS, A CAUSE DU MARIAGE DE MARGUERITE, SA NIÈCE, AVEC GODEFROI, FILS DE CE DUC. 13 SEPTEMBRE 1283.

Adolphus comes de Monte heres ducatûs Limburgensis etc. . . . . Nos de consensu fratrum nostrorum ducatum Lemburgensem cum bonis quae tenebat bonae memoriae *Walleramus* dux quondam Lemburgensis, patruus noster, et domina *Ermengardis* comitissa Gelriae, filia dicti ducis, ratione matrimonii inter filium domini nostri ducis Brabantiae, Godefridum videlicet et Margaretam filiam Henrici nostri fratris transtulimus titulo donationis inter vivos, dicto domino nostro duci Brabantiae possidenda, etc. . . . . Datum MCCLXXXIII° die lunae post Nativitatem Beatae Virginis (13 *Septembris*).

Fragmentum hoc diplomatis edidit Butkens, *loc. cit.* p. 115, *et ex eo* Bondam, *ibidem*, n° 58, p. 686.

CCLV.

CONFÉDÉRATION ENTRE SIFROI, ARCHEVÊQUE DE COLOGNE D'UN COTÉ, ET RENAUD, DUC DE LIMBOURG ET SES ALLIÉS DE L'AUTRE, CONTRE LE DUC DE BRABANT ET LE COMTE DE BERG AU SUJET DU DUCHÉ DE LIMBOURG. 22 SEPTEMBRE 1283.

Nos Sifridus, Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum esse volumus universis quod cum inter nos ex parte unâ et virum nobilem, dominum REYNALDUM, COMITEM GELRENSEM, DUCEM LIMBURGENSEM, fidelem nostrum, ex alterâ, super castro *Wassemberg*, ac bonis aliis, quaestio verteretur, quae nos,

per mortem. . . . . *Ducissae Limburgensis*, ad ecclesiam nostram dicebamus devoluta, tandem inter ipsum comitem, et nos, taliter exstitit concordatum, quod nos archiepiscopus dictum comitem de ipso castro *Wassemberg*, et omnibus aliis bonis terrae Limburgensis, quae nos ad ecclesiam Coloniensem dicebamus pertinere, hereditariè infeodavimus, et infeodamus in hiis scriptis.

Propter quod idem comes castrum et opidum Wassemberg, cum vassallis, ... , ministerialibus, juribus, et jurisdictionibus, pascuis, pratis, saltibus, nemoribus, aquarum decursibus et omnibus aliis pertinentiis suis, nobis *titulo pignoris*, pro octo millibus marcarum legalium Coloniensium denariorum, obligavit, pro qua summa dictus comes, aut aliquis consanguineorum, vel amicorum suorum infrà scriptorum, videlicet dominus Henricus de Monfort, ... de Lutzellenburg, ... de Juliaco, comites, ... de Valhenburg, ... de Heinberg dominus, Walramus de. Lutzellenburg, ... de Hengebach, ... de Lewenberg. . . . . de Bercheim et Gerardus de Juliaco, castrum et opidum praedictum cum vassallis, ministerialibus, pascuis, pratis, nemoribus, saltibus, aquarum decursibus et omnibus pertinentiis. . . . . edimere poterunt, contradictione qualibet non obstante. Hoc condicto, quod si nos in dicto castro aliquid munitionis feceremus infrà trescentarum marcarum aestimationem, ad taxationem discretorum, ad utrâque parte adhibendorum castrum ipsum pro dicta taxatione erit obligatum cum summa principali. Nosque castrum et opidum, ac pertinentia, non deteriorabimus ex culpâ nostrâ. Neque etiam pandabimus, nec tenebimus contra comitem, et praenominatos, ad faciendum de munitione supradicta aut pertinentiis ejusdem.

Similiter si comes, et praedicti, contra nos, et ecclesiam nostram, aliquid habuerint, non pandabunt in Wassemberg, aut pertinentiis ejusdem.

Promittimus etiam, quod Philippum dictum de Porsede, aut. . . . . fratres suos, dicti comitis inimicos, nostros non faciemus officiatos, nec tenebimus in Wassemberg contra praedictum comitem et. . . . . . suos adjutores.

Ceterum quia dux Brabantiae. . . . . *comitem Gelrensem, ducem Limburgensem*, fidelem nostrum et terram suam Limburgensem invasit incendiis et rapinis, sibi dicti comitis et ducis ac nostrum demidium usurpando, tam de bonis Limburgensibus quam de aliis, quae tenet a nobis se intromittendo, promisimus et promittimus in hiis scriptis jura-

mento interposito, et fide praestita corporali, dicto comiti duci, ac suis consanguineis et amicis praenominatis, dictorum bonorum heredibus, fidelibus nostris, assistere potenter contra. . . . . *ducem Brabantiae*. . . . . *comitem do Monte*, et eorum adjutores in expensis nostris, ubicumque et quocienscumque oportunum, domino nostro. . . . . illustri Romanorum rege duntaxat excepto.

Dictus que comes et sui adjutores praedicti, unusquisque prose promiserunt nobis assistere potenter et patenter contra dictum ducem,. . . . . comitem de Monte, et eorum adjutores in expensis suis, quocienscumque et ubicumque fuerit opportunum. Interposito tali pacto, quod cum dicto duce Brabantiae, comite de Monte, et adjutoribus eorundem compositionem non faciemus, nisi de dicti comitis, et omnium ac singulorum praenominatorum, expresso consensu processerit et voluntate. Adeo ut, si aliquis ex omnibus nobis caderet a tali pacto, illum habeamus perjurum, fidei violatorem, et inimicum nostrum, ac propter hoc eum omnes invademus. Protestantes, quod nos Sifridus archiepiscopus, et omnes praenominati, simul manebimus, et in omnem eventum non dividemur in hâc guerra et in eo, quod ex eo fuerit. . . . . um.

Praedicti etiam comites, et nobiles, recognoverunt et recognoscunt dictum castrum cum suis attinentiis, prout est praemissum, de suâ voluntate et consensu fore obligatum, ac alia praemissa jurasse et promisisse.

Et ut dictum castrum et opidum Wassemberg, cum omnibus suis pertinentiis, restituatur liberè, summa superius expressa, cum pecunia taxanda, nobis *persoluta*, dicto comiti, aut cuilibet praemissorum, ipso comite prius defuncto, vel suo accedente consensu, praesens scriptum nostro et capituli nostri, sigillis duximus muniendum.

Et nos capitulum majoris ecclesie Coloniensis sigillum nostrum apposuimus huic scripto, in praemissorum testimonium et munimen.

Est etiam adiectum, quod Adam de Underech, miles, jurisdictionem villae Beke, et proventus triginta maldrorum annonae, quae tenet ibidem in pignore pro centum marcis Coloniensium denariorum, retinebit, donec redimantur. Datum et concordatum apud Wannele, anno Domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo Tertio in crastino beati Mathei apostoli et evangelistae.

Ex originali. Edidit etiam Bondam Charterbock, p. 688 *ex eo Willems* Chronique de Van Heelu, *Cod. dipl.* n° 35, p. 417-418.

CCLVI.

Jean I, duc de Brabant, promet a Jean, évêque de Liége, que s'il devient maitre de Rolduc et de quelques autres endroits que cet évêque réclamait, comme fiefs ouverts a son église par la mort de la duchesse de Limbourg, il lui en remettra la possession, a moins qu'il ne puisse établir que ses droits sur ces différentes localités ne soient meilleurs que ceux du prélat. 20 octobre 1283.

Nous Jehans, par la grasce de Diu dus de Lothairinge et de Brebant, fesons savoir à tous ke sil avient par kequonques manires ce soit, soit par pais ou par were, que nous soyains tenans de *Rode,* de *Saint Plouvoir*, et d'autres villes, leskelles reverens peires nostres très chiers frères Jehans par la grasce de Dieu, veskes de Liege caleinghe, pour les raisons de ce kil dist ke *par le coutumet de l'empire de Allemeigne li sunt escheues de le mort le contesse de Ghelre*, nous proumetons et avons enconvent sour le féautei ke nous li devons, ke nous len metrons en possession et en tenure, par insi ke se nous poons monstreir par chartres ù otrement ke nous i ayens millieur droit ke nostres sires et frères devant dit nait; Ilh le nous doit rendre sans contredit. En tesmongnagne de la kele choese nous avons saellès ce presentes letres de nostre sael ki furent donneis l'an de l'incarnation nostre Signeur Mil Dois Cent Qwate Vins et Trois, le mercreidy après le Saint Luc ewangueliste (20 *octobre*).

Copié sur l'original, provenant des archives de la cathédrale S. Lambert, conservé aujourd'hui au dépôt des archives de la province de Liége. Le sceau du duc, en cire jaune, bien conservé, pend à la charte par une double queue de parchemin. Willems, loc. cit. nº 43 p. 422.

CCLVII.

Convention entre Renaud, comte de Gueldre et duc de Limbourg, et Thierry, comte de Clèves, 1283.

Universis. . . . . nos Reinoldus, comes Geldrensis et dux Limburgensis, notum facimus quod consiliariorum nostrorum praehabita sufficiente (supple. *deliberatione*) fidei nostrae interposita datione reliquimus omnem decimam in *Huinippe* vivorum (lege *vinorum*) et aliorum rerum, dilecto sororio nostro Theodoro (lege *Theoderico*) comiti Clivensi, qnidquid juris hactenus habuimus in illis, ad usus ipsius et haeredum suorum, simpliciter resignantes, promittendo ipsam decimam inquacunque parte per nos post mortem *ducis Limburgensis* generis (lege *generi*) nostri extiterit illigata, ad usum comitis ipsius et haeredum suorum liberam facere et uti dicta. Insuper publicè protestantes quod omnis dis (lege *dos*) praedicto domino duci Limburgensi, cum domino *Jutta ejus uxore, sorore quondam comitis Clivensis* assignata, et alia omnia bona, ipsis duce et ducissa viventibus, communiter acquisita, post mortem nostram: ad comitem Clivensem et ejus haeredes libero devolvent. (lege *liberè* vel *libera devolventur*) in quantum de jure potuerit ac debuerit . . . .
idem sororius noster potenter et patenter promisit et debebit, quando indignavimus (lege *indicabimus*) defendere comitatum Geldriensem et *ducatum Limburgensem*, in nostris expensis contra ducem Brabantiae et ejus adjutores. In cujus rei testimonium. . . . . Datum anno Domini MCCLXXXIII feria quarta post festum Victoris.

Ex collectione diplomatum Geleniand, *edidit Van Spaen in* Introduct. critica in histor. Gelr., tom. II, diplom. n° XXXV, pag. 76 sqq.

CCLVIII.

LETTRES CRÉDENTIELLES POUR LES AMBASSADEURS ENVOYÉS PAR ÉDOUARD I, ROI D'ANGLETERRE, AFIN DE NÉGOCIER LA PAIX ENTRE LE DUC DE BRABANT ET CELUI DE LIMBOURG. 1284.

Rex egregio viro et amico suo karissimo domino J. duci Brabantiae, salutem et successibus prosperis habundare. In desideriis nostris potissimè gerimus ut. . . . . dissensionis materiam pro nobis viribus praedicamus. . . . . audite

igitur, quod inter vos ex parte unâ, et nobilem virum comitem Gelrensem ex alterâ, gravis noviter est discordia ex causis aliquibus suscitata, pensantes. . . . . quod multa discrimina nedum corporum, sed etiam animarum, in personis partium et subditorum earumdem nec non sibi adhaerentium, quoquo modo emergere possent, quod absit, ad totius Christianitatis dispendium exturbatione tam gravium personarum. . . . . . pro commodo ac salubri quiete discordium reformanda viros providos et discretos, vener. patrem. A. (*Antonium*) Dunelm. episcopum, Johannem de Vescy, Johannem de Lovetot, milites et magistrum Thomam de Sudington clericum, secretarios et fideles nostros, ad vos duximus destinandos, rogantes quatenus. . . . . animum convertatis ad pacem. . . . . Datum apud Baladeuchlyn, 20 die Junii (1284).

Edidit Thomas Rymer, Acta publica Angliae, tom. I, part II, p. 232, *et ex eo rursus Bondam*, loc. cit. num. 63, p. 693. *M. Willems indique cette charte au* n° 51 *de son Code diplomatique déjà cité.*

CCLIX.

Jean I, duc de Brabant, remet a l'arbitrage de Gui, comte de Flandres, et de Jean, comte de Hainaut, son différend avec le comte de Gueldre au sujet du duché de Limbourg. 17 juillet 1284.

Nous Jehans par la grasce de Diu, duà de Lothringe et de Braibant faisons scavoir a tous ke come debat fust entre nous d'une part et noble homme Regnaut, conte de Gheldes d'autre part dendroit ce ke li cuens devant dis disoit qu'il devoit tenir le Duchaume de Lembourch toute se vie et nous disiemmes d'autre part kil neust droit es choeses devantdites et sour ce fust commenchié grans ghuerre entre nous et li. Nous faisons savoir a tous ke nous de tous les debas et de toutes les calenges devant dites et de le wière ki de se est esmeuste, sommes mis et mettons seur nobles hommes Guion, conte de Flandes et Marchis de Namur et Jehans d'Avesnes, conte de Haynau en tele maaire ke ce ke li doit dit conte de

Flandes et Haynau en diront et ordeneront, nous obligons nous et nos hoirs a tenir bin et loialment et par nos foi fiancié l'ordenance et le pays entirement ensi come li devant dit doi conte diront et ordeneront et pour ces choeses bin et fermement tenir avons nous ce presentes letres saielées de nostre saiel ki furent faites et données lan del Incarnation nostre Signeur M,CC, Quatevins et Quate, le lundi après le division des Apoltres.

> *Bondam*, *au* Code diplomatique de Gueldre sect. IV, n° 65, p. 694, *a publié cette charte d'après l'original. M. Godefroy, garde des chartes du roi à la chambre des comptes à Lille, avait adressé à M. Ernst, en* 1780 *une copie authentique de cette pièce extraite du premier* Cartulaire de Flandre *conservé aux archives de la chambre susdite sous le* n° 557.

CCLX.

1284. Reinaud, cuens de Gheldes et sires de Limbourch remet la querelle qu'*ilh at avecques Johan dus de Lothringue et de Braibant*, sur l'usufruit de la terre de Limbourch en *Guion conte de Flandre* et *Jehan d'Avesnes*, conte *d'Haynau*. Donné l'an de nostre Signeur MCCLXXXIV.

> *Cet extrait des chartes de Brabant a été publié par Butkens,* Troph. de Brab., loc. cit., preuv. p. 117. *Bondam*, loc. cit., num. 66, p. 695 *l'a reproduit avec un autre en flamand daté du* lundi après la division des Apôtres. *M. Willems a donné cette charte en entier d'après un* cartulaire des ducs de Brabant *au num.* 53 *du Codex diplomaticus qu'il a publié à la suite de la* Chronique de Van Heelu.

CCLXI.

Sentence arbitrale de Gui, comte de Flandre et de Jean, comte de Hainaut, sur le différend qui existait entre Jean,

DUC DE BRABANT ET RENAUD, COMTE DE GUELDRE, TOUCHANT LA POSSESSION DU DUCHÉ DE LIMBOURG. 18 JUILLET 1284.

Nous Guis, cuens de Flandres et marchis de Namur et Jehans de Avesnes cuens de Haynnau faisons savoir à tous, ke cum grans debas et grans contens fust et eust esté entre noble homes Jehan par la grasce de Diu duc de Lothers et de Braibant d'une part et Renaut conte de Ghelre et dus de Lembourg d'autre part, sour chei ke li cuens de Ghelre devant dit disoit quil devoit tenir le duchée de Lembourg tout le cours de se vie, et li dus de Braibant disoit ke li cuens de Ghelre ne devoit mie tenir le dite duchée, ains auferoit a lui duc de Braibant le dite duchée si co il disoit. Et sour chei et pour chei grans werre et grent besteng (*contestation*) eussent esté et fussent entre iauls. les parties devant dites ale par de fin par le conseil de moult de preudomes por bien de pais, et por esciver les maus apparans se sont mis sor nous de tous les debas des contens et des guerres devant dites, et enconvenent loialment et en bonne foi et por leur sens franchies, li dis dus por li et por se hoirs, et li cuens devant només por li et por ses hoirs aussi kil tenront et empliront et feront quanke nous dirons et ordenerons de haut et de bas des contens, des descors et des guerres devant dites, et nous par le requeste de preudomes et por bien de pays qui avons ces compromis et ces choezes prises sour nous, enquis et seu par preudomes et par boenes gens, les raisons des parties devant dites, par le conseil de boenes gens et par grant avit et grant deliberation, disons et raportans en no dit et no ordenance: *ke li cuens de Ghelre devant dis, doibt tenir le duchame de Lembourg tout le cours de se vie* en tele manire cum il le tenait au jour ke se feme ala de vie à mort. Et chei doit il tenir quite et paisiule sans werre et sans plait de cresciente ne de cours lais, ne ne poons nous, ne nostre enfant aiwer celui qui encontre ceste pais iroit, fors mis le veske de Lige, et parmi chei est boene pais, deu dit duc de Braibant, de siens et de le aiuwes de une part et deu conte de Ghelre, de siens et de ses aiuwes d'autre part, de tout chonquis pour ceste werre est ésinent jusques ojor dui. Et to prison et to ostaige quiconques les tingues por le okison de ceste werre quite et delivré por mi leur despens paiant raisenaube. Et li home dune part et dautre doient riestré en leur fies et en leur yretaiges comme devant. Et por chon ke ce soi ferme choese et estaule nos avons mi nos saiauls a ce presentes letre en tiesmoignaige

de veriteit, les queles furent donées el an del incarnation nre Segneur Mil Deus Cens Qwatrevins et Qwate le mardi apries le division des Apostelles.

Copie extraite du Premier Cartulaire de Flandre *conservé à la chambre des comptes à Lille et communiquée par le savant archiviste Godefroi. M. Willems a également publié ce document dans son* Cod. diplom., loc. cit., sous le nº 55, p. 430.

CCLXII.

INTERPRÉTATION DE LA SENTENCE PRÉCÉDENTE DONNÉE PAR LES ARBITRES EUX-MÊMES QUI ÉTENDENT CETTE PAIX AUX HABITANS D'AIX-LA-CHAPELLE. 31 JUILLET 1284.

Nos Guido comes Flandrie et marchio Namurcensis ac Johannes comes Haynonie notum facimus universis; quod cum nos dictum nostrum sub verbis generalibus protulerimus de pace quam fecit nobilis vir Johannes Dei gratia Lotharingie et Brabantie dux cum nobili viro Renaldo Ghelrie comite, dicendo videlicet quod prefatus dux et omnes sui adjutores erant in illâ pace et esse deberent! In hunc modum dictum nostrum declaramus. Quod intentionis nostre est et semper extitit quod cives Aquenses universi et singuli sint et esse debent in pace predicta de omnibus querelis motis occasione guerre mote, inter ducem et comitem supradictos. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini M°CC°LXXX° Quarto in vigilia beati Petri ad vincula.

Descripsi ad autographum quod olim in tabulario civitatis Aquisgranensis asservabatur.

CCLXIII.

FLORENT, COMTE DE HOLLANDE, ET RENAULD, COMTE DE GUELDRE ET DUC DE LIMBOURG, METTENT UN TERME AUX DIFFÉRENS QUI EXIS-

TAIENT ENTRE EUX EN SIGNANT UNE PAIX SOUS LA MÉDIATION DES ENVOYÉS DU ROI D'ANGLETERRE. 9 AOUT 1284,

Cùm inter nobiles viros, dominum Florentium comitem Hollandiae ex unâ parte, et Dominum Reginaldum *comitem Gelrensem et ducem Lymburgensem* ex alterâ, diversae contentiones subortae fuissent, secundum quod in quibusdam articulis ex utrâque parte exhibitis, plenius continetur, in praesentia venerabilis patris domini A. (Antonii) Dei gratia Dunolonensis episcopi et nobilis viri Johannis de Vescy et Johannis de Lovelot, militibus (lege *militum.*) et magistri Thomae de Sodinton clerici, illustris regis Angliae Nunciorum, super pacis reformatione inter eosdem specialiter transmissorum, contentiones praedictae conquieverunt in forma subscripta videlicet:

Quod de omnibus querelis et contentionibus quibuscunque et ex quâcumque causâ inter eos subortis, exceptis prisis, extorsionibus, et incarcerationibus, temporibus treugarum inter eos initarum hinc indè, tam per ipsos comites quàm homines suos factis ordinationi domini regis memorati, vel alterius, quem ad hoc specialiter deputare voluerit, per litteras suas patentes, se totaliter submiserunt, si idem dominus rex hoc attemptare voluerit; quod eisdem partibus constare faciet circa festum natales Domini.

Et si dictum onus in se modo praedicto decreverit acceptandum, et die Assumptionis B. virginis Mariae in unum annum ordinationem suam publicabit, et omnes contentiones praedictas per eandem ordinationem terminabit; ad quam ordinationem fideliter et sine fraude observandam, per interpositionem fidei, et corporali prestito juramento, tactis sacrosanctis Ewangeliis, et sub poenâ decem millium librarum sterlingorum se pars utraque obligavit.

Et si domino regi videatur, quod securitates predictae minus sufficientes fuerint, alias simul cum istis, pro suae libito voluntatis, ordinabit, quas cum ordinaverit, dictae partes juraverunt, se eas inviolabiliter observare.

De exceptis etiam extorsionibus, temporibus treugarum, ut praedictum est, factis, partes praedictae pro se et suis in arbitros compromiserunt subscriptos, videlicet: in Arnold. de Hemeskyrk et dominum de Burclo milites, Iselbertum praepositum Daventrensem, et magistrum Geraldum de Leden; ut quidquid ab istis quatuor arbitratum fuerit vel pronunciatum, hoc pro jure et sententiâ habeatur.

Et, si isti quatuor in unam sententiam concordare non possint, dominus

Sewerus de Bescentam eisdem adjungatur, ita quod, quidquid ab illis quinque, vel majori parte ipsorum fuerit arbitratum vel pronunciatum, hoc pro jure et sententià habeatur, et sub poenâ duorum milium librarum Holland: firmiter teneatur, parti parenti solvendarum a parte non parente. Et interim omnes captivi, et omnia bona arrestata hinc indè, deliberentur.

It, si de aliquo arbitrorum, cujuscunque partis, ante tempus diffinitionis arbitrii, humanitùs contigerit, vel propter debilitatem seu infirmitatem venire non poterit, pars illa, cujus arbiter vel arbitri obierit vel obierint, alium vel alios loco ipsius, vel ipsorum subroget vel substituat.

Et, si de quinto aliqua contigerint inopinata, ita quod arbitrio die praedicto interesse non possit, alius loco ipsius, de utriusque partis consensu eligatur, et ipsius loco ad praedictum arbitrium implendum subrogetur.

Et, si contigerit, quod una partium per se, vel per procurationem ad diem praedictum non venerit, non eo minus arbitri praedicti ad diffinitionem arbitrii procedant, ipsius praesentià minimè expectata.

Concesserunt etiam dicti comites, quod, si arbitri praedicti ope vel consilio hominum suorum indigeant, ad inquisitiones vel probationes faciendas, uterque illorum homines suos, quos praedicti arbitri nominare voluerint, eisdem habere faciant sine morâ.

Ad instantiam etiam nuntiorum praedictorum concessae sunt treugae, ex utrâque parte, à festo Assumptionis beatae Virginis in unum annum integrum; et de praedictâ treugâ fiant scripturae hinc indè, pro se ac suis adjutoribus, et amicis, sicut ante ea, in treugis inter eos captis, factum fuit.

Et, quia multi, de hominibus comitis Hollandiae de dicto comite Geldrensis feoda vendicant, concessit idem, comes Geldrensis quod omnes illi, qui eidem homagium fecerint, feoda sua habeant, et, qui idem homagium non fecerint, veniant ad curiam ipsius comitis, et ipse in suâ curiâ eisdem de praedictis feodis justitiam faciet, prout de jure fuerit faciendum.

Et de hominibus comitis Hollandiae qui eidem comiti feoda sua reddiderunt, et duci Brabantiae tempore guerrae adhaeserunt, idem comes Gelriae, ad instantiam dicti comitis Hollandiae, rancorem et suam malam voluntatem remisit, ita quod feodis suis restituantur in eodem statu, quo fuerunt tempore quando dicto duci adhaeserunt.

Et vice versâ comes Hollandiae faciet hominibus comitis Gelriae in terrâ suâ commorantibus.

Et, ad majorem securitatem omnium praemissorum, huic praesenti scripto, admodum cyrographi confecto, penes dictos nuncios remanenti, dicti comites sigilla sua apposuerunt.

Dat: in civitate Trojacensi (lege Trajectensi) vigiliâ Sancti Laurentii anno Domini 1284.

Ediderunt Rymer, Acta publica Angliae, tom. I, part. II, p. 234, col. 1 et 2, *van Mieris*, Charterboek der graven van Holland, tom. I, p. 437; *Bondam*, *loc. cit.*, num. 68, p. 696 et suiv; *Lunig*, Cod. Germ. diplomat., tom. II, p. 1755—1758, nº XIX.

CCLXIV.

Acte de confédération entre Sifroi, archevêque de Cologne, et Renaud, comte de Gueldre et duc de Limbourg, contre le duc de Brabant et ses alliés. 16 aout 1284.

Nos Reynaldus, comes Gelrensis, dux Limburgensis notum esse cupimus universis quod nos cum reverendo patre domino nostro Syfrido Sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopo, sacri imperii per Italiam archicancellario, specialis foederis inivimus unionem, ita videlicet, quod nos eundem dominum nostrum archiepiscopum juvabimus et eidem assistemus contra quoscunque suos inimicos et specialiter contra nobiles viros dominum Johannem, ducem Brabantiae, Adolphum comitem de Monte, et Henricum de Wendekhe, fratrem suum ac Everardum comitem de Marcà potenter et patenter, toto posse nostro et sub expensis nostris, quo ad vixerimus, quandocunque et quotienscunque idem archiepiscopus nos duxerit requirendos domino nostro Romanorum rege duntaxat excepto. Inter nos etiam est condictum, quod si eundem dominum nostrum guerram contrà nostros consanguineos, nobis in secundo vel in tertio gradu conjunctos, habere contigerit, nos eidem in defensione terrae suae assistemus, ut superiùs est expressum; verum si idem dominus noster auxilium contra aliquem de consanguineis nostris praedictis, ad

intrandum terram dicti consanguinei nostri requisierit et voluerit habere, tunc ex condicto speciali posse habebimus a domino nostro archiepiscopo, cognoscendi et dicendi jus inter ipsos et tenebuntur stare dicto nostro, hinc indè. Quod si aliquis de consanguineis nostris praedictis acquiescere nollet, et dicto nostro stare recusaret, ipsum dominum nostrum archiepiscopum juvabimus et eidem assistemus contra nostros consanguineos praedictos, intrando terras eorum et districtus cum domino nostro archiepiscopo memorato. Super quo praesens scriptum eidem dedimus sigillo nostro communitum et simile recepimus ab eodem, sub eâdem formâ. Actum et datum apud Vennebrucke, anno Domini MCCLXXX Quarto in crastino Assumptionis Beatae Mariae virginis.

Copié sur l'original. Cette charte se trouve également dans le Ferrago Gelenii, tom. II, *conservé aux archives de la ville de Cologne. M. Willems a également publié ce document au Code diplomatique cité* n° 56, p. 431.

CCLXV.

WALERAN DE LUXEMBOURG, SIRE DE LIGNY, DÉCLARE QU'IL A ÉTÉ ÉTABLI GOUVERNEUR DU DUCHÉ DE LIMBOURG PAR RENAUD, COMTE DE GUELDRE, DUC DE LIMBOURG, SOUVERAIN DU PAYS. 23 AOUT 1284.

Nos Walramus de Luceleborg, nobilis dominus de Lyny, recognoscimus in hiis scriptis, quod nobilis vir dominus Reynaldus, comes Gelrensis, dux Limburgensis, castrum suum Lymburg, oppidum ibidem, et terram et castrum suum *Rothe,* oppidum ibidem, et totam terram, ad ducatum suum Lymburgensem pertinentem, nobis et fidei nostrae commisit custodiendam et gubernandam in expensis nostris, sub hac formâ, quod quicquid acquirere poterimus ab inimicis dicti domini nostri comitis et ducis, hoc nostrum erit.

Si autem castra aut oppida contra dictos inimicos acquisierimus, illa dominus comes et dux habebit ad suam voluntatem.

Item si quis extraneus, qui in oppidis aut villis domini comitis praedicti non fuerit residens, contra hominem domini comitis in judicio contenderit, aut egerit, si quid ab illo extraneo provenerit, nostrum erit.

Officiatus autem, quem dominus comes et dux praedictus posuerit in ducatu Lymburgensi, tollet omnes in denariis et annona, et in omnibus, quae spectant ad ducatum praedictum, ac obventiones, sive fore facta thelonen. in ducatum, praeter ea, quae superius sunt expressa. Et sic terram ipsam gubernabimus in expensis nostris.

Quod si non sufficeremus in expensis de hoc quod nobis est assignatum, compromissum est inter nos, et dominum nostrum, in (1) . . . . videlicet in dominum de . . . . berge, dominum Winandum . . . . marscalcum Lymburgensem, dominum Wilhelmum. . . . . et Henricum de Lum. . . . . de quorum *ordinatione* dominus noster addet expensis nostris, quod dicti ordinabunt, et ita dominus comes habebit libera castra.

Est etiam condictum, quotienscunque placuerit eidem hoc . . . . quod ipse nobis praedici faciet ad sex septimanas, quando placuerit eidem quod cedamus; et nos similiter praedicemus domino nostro ad sex septimanas, quando cedere placet nobis; et reddemus domino nostro omnia praedicta.

Quae praemissa promittimus, data fide nostra, fideliter ad implere.

Super quo praesens scriptum dedimus sigillo nostro communitum. Datum anno Domini M°CC° Octogesimo Quarto in vigilia beati Bartholomei apostoli.

Copié sur l'original aux archives de la Gueldre.
Bondam, Charterboek van Gelderland, p. 698, *et Willems*, Chronique de van Heelu, cod. dipl. n° 57, p. 432 *ont également publié ce document.*

CCLXVI.

WALERAN, SEIGNEUR DE FAUQUEMONT ET DE MONTJOIE, CONFIRME

(1) Illisible ainsi qu'aux points suivans.

AUX HABITANS D'AIX-LA-CHAPELLE L'EXEMPTION DE PÉAGES ET LE SAUF-CONDUIT DANS SES TERRES 10 NOVEMBRE 1284.

Universis ad quos pervenerit presens instrumentum. Nos *Walramus dominus de Falckenburg et de Monjoy* notum facimus, fatemur et recognoscimus dilectis amicis nostris civibus Aquensibus contulisse instrumentum seu litteras sub hâc formâ: Universis ad quos presentes littere pervenerint. Nos Walramus dominus de Falckenburg et de Monjoy notum facimus consistentes, quod nos justitiam et sacri romani imperii, cujus fidelis sumus, et a quo nonnulla feoda tenemus, reverentiam intuentes, theolonea cujuscunque generis, que a civibus Aquensibus per nostram terram et districtum aliquando accepimus seu extorqueri fecimus, quia sunt injusta et indebita, sicut liquide nobis constat, purè ac simpliciter relaxamus. Que etiam volumus esse in perpetuum relaxata, volentes et de consilio fidelium et consiliariorum nostrorum inviolabiliter decernentes, ut cives Aquenses universi et singuli per totam terram nostram et districtum ab omni genere theolonei soluti et liberi proficiscantur et transeant in perpetuum, quem admodum eos divi augusti imperatores et reges romani, qui civitatem Aquensem cisalpes caput imperii statuerunt, munivisse privilegijs et libertatibus dinoscuntur verum quia predicti cives Aquenses nos suis gratis et gratâ vicissitudine dignis muneribus respexerunt, nobis videlicet quingentas marcas numerate pecunie largiendo, et insuper nobis triginta marcas solvendas in festo beati Remigii annis singulis conferendo, nos volentes eos retributione prosequi ampliori, eis permittimus et nos eisdem bona fide obligamus, quod ipsos per totam terram nostram et districtum et ubicunque posse habemus, conservabimus et tuebimur fideliter et benignè. Quos si terram nostram eundo vel redeundo seu morando die vel nocte transire cum armis aut sine armis sive in ea moram facere contiergit (sic) nos eos securos et indempnes tam in rebus quam personis liberaliter recipiemus et recipi faciemus. Eos ibidem pro posse nostro bonâ fide pro omnibus defensuri. Ita quod ibi in suis expensis et sumptibus perseverent. Et ut breviter concludamus, neminem juvabimus contra ipsos. Itaque eos juvabimus fideliter contra quemlibet, his exceptis dominis. . . . .
videlicet nostris quorum fidelis sumus. Item domino. . . . .
comite Juliacense, domino . . . .
. . . . comite de Monte. Domino Gerardo de Durbuy

et domino de Heinsberg similiter exceptis. Contra quos predictos cives Aquenses juvare non obligamus nos, nisi id facere nostre fuerit voluntatis. quod si contigat aliquem de nostris fidelibus ministrantibus hominibus seu consanguineis, solum predictis nominatis exceptis, ipsis civibus Aquensibus injuriari vel adversari, id per justitiam vel amicitiam, si possimus, sopiemus. Alioquin ipsos cives Aquenses fideliter juvabimus contra illum. Verum quia infrà terram nostram et districtum predictos cives juvare tenemur et eis assistere contra quemlibet in nostris laboribus et expensis : si fortè contigat, quod ipsi nos aut officiatum nostrum extra terram et districtum nostrum in suum vocaverint auxilium : nos vel officiatus noster pro posse nostro bonâ fide cum tot hominibus quot requirendos duxerint nempè, tenemur eis in auxilium et utique veniemus et ipsi tunc expensas nobis et nostris hominibus, procurabunt. Et si forte deventum fuerit ad conflictum, nobis omne cuerum et commodum indè proveniens et nostris hominibus salvum erit quodcunque etiam dempnum vel commodum nobis aut nostris hominibus evenerit vel emerserit inde, in nos solummodo redundebit. Quod predicti cives Aquenses non tenentur nobis aut nostris hominibus in parte vel in toto aliquatenus resarcire preterea predicti cives Aquenses supradictas triginta marcas nobis annuatim solvendas quandocunque voluerint, redimere bene possunt; ita quod quamvis marcam redimant pro decem marcis pecunie numerate : Hec omnia et singula prius corporali, fide prestita et postea tactis sanctis reliquiis juravimus et bona fide promissimus et promittimus supra dictis civibus Aquensibus universaliter et singulariter firmiter observare; In cujus rei testimonium et robur perpetuum, non pro appenso sigillo nobilis viri domini nostri Wallerami ducis Limburgensis, quod hys appendi rogavimus, presentes litteras ipsis civibus Aquensibus dedimus communitas sigillo nostro et sigillo domini Goswini de Burne dilecti fidelis nostri, quod etiam rogavimus hys apponi. Et nos Adam dominus de Hare, Goswinus frater ejus, et Joannes de Hafgendale fideles et consiliari predicti domini nostri de Falckenburg et de Monjoy fide prius corporali prestita promisimus et tactis sanctis reliquiis juravimus, quod eundem dominum nostrum bonâ fide imo verbo et opere fideliter tenebimus ad observantiam omnium predictorum, et ad id fideliter assistemus sigilla nostra unâ cum sigillis predictis presentibus in testimonium apponentes. Actum et datum dominicâ primâ post octavas beati Mathei Apostoli anno Domini 1275. Verum quia inter nos et predictos cives Aquenses hujus conventionis et federis

est facta transgressio negligenter, nos volentes predictos cives Aquenses omnes et singulos, nemine excepto, quia cum eis reconciliati sumus, et amicitiam fecimus puro corde, affectu et favore prosequi ampliori. Omnia et singula in premissâ litterâ contenta cum universis obligationibus et promissis predictis civibus Aquensibus universis et singulis renovamus et presentis scripti patrocinio confirmamus fide corporali prius prestitâ, de hinc tactis sacris reliquiis juramus, sicut alias juravimus, et nos hec fideliter promittimus servaturos. Ad quorum omnium firmam observantiam nos costrictius dictis civibus obligamus, quo nunc militari balteo, quo prius non fuimus cincti sumus, et ipsi triginta marcas quemadmodum in supra dictâ continetur litterâ, annis singulis nobis solvent.

In cujus rei testimonium fidem et robur perpetuum, nos supradictis civibus Aquensibus presentes litteras sigillo nostro dedimus communitas. Nos autem Goswinus de Hare, Johannes de Hafgesdale, Godefridus de Bungarde dicti domini dapifer, et Eustachius de Promerio milites confitemur, nos hijs omnibus interfuisse, nostra sigilla presentibus in testimonium apponentes, et quod ipsum dominum nostrum Walleramum ad horum fidelem observantiam tenere ad inducere fideliter debeamus, bonâ fide promittimus per presentes.

Actum et datum in vigiliâ sancti Martini episcopi anno Domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo Quarto.

Ex autographo descriptum mecum communicavit vir doctus Franc. Cor. Meyer, bibliothecae Aquisgranensi praefectus.—Appendent ex filis sericis, viridis coloris, tria sigilla cere flave impressa.

CCLXVII.

GÉRARD DE LUXEMBOURG, SIRE DE DURBUY, SUPPLIE L'EMPEREUR RODOLPHE DE CONFÉRER A JEAN, DUC DE BRABANT, LE DROIT QU'IL POUVAIT AVOIR SUR LE DUCHÉ DE LIMBOURG. 24 JANVIER 1285. N. S.

Serenissimo domino suo Romanorum regi Gerardus de Luzenlenborg, dominus de Durbuy, suum obsequium indefessum. Cum nos ob gratam

amicitiam et amorem, illustri principi domino Joanni, duci Brabantiae, quidquid juris nobis competebat in ducatû Limburgensi vel competere videbatur resignaverimus et renuntiaverimus, vestrae celsitudinis majestati tenore praesentium ex cordis affectu humiliter supplicamus, quatenus idem jus, quod nobis competebat, confere dignetur vestra majestas ipsi duci et nomine ipsius illustri principi domino Henrico lantgravio, terrae Hassiae domino, exhibitori praesentium, qui propter hoc suscipiendum tam ab ipso domino duce quam etiam a nobis, vestrae directus est regiae Majestati. Habemus enim ratum et gratum eandem collationem, testimonio sub nostro sigillo praesentium litterarum. Datum et actum anno Domini MCCLXXXIV. In vigilia Conversionis sancti Pauli apostoli. (24 *Januarii* 1286 *secundum novum stylum.*)

Extat apud Butkens, loc. cit., p. 118; *Bertholet* Hist. de Luxemb., tom. V, preuv. p. LXXII; *Lunig*, Cod. Germ. diplom., tom. II, p. 1138; Chron. de Van Heelu, *loc. cit.*, p. 434.

CCLXVIII.

WALERAN, SIRE DE FAUQUEMONT ET DE MONTJOIE, PROMET QUE TANT QU'IL POSSÉDERA LA SOUS-AVOUERIE D'AIX-LA-CHAPELLE, IL CONSERVERA AU DUC DE BRABANT SES DROITS DE HAUT AVOUÉ DE CETTE VILLE. 2 MARS 1285.

Universis. . . . . Nos *Wallerамus dominus de Monjoie et de Valkenborg*, cupimus esse notum, quod nos promittimus illustri viro dilecto nostro domino Johanni duci Brabantiae, ... quod quamdiu in officio fuerimus scultetatus civitatis Aquensis, ipsi ad conservandam universum jus suum quod habet et possidet in dicta civitate Aquensi, nec non ad conservandam omnes conventiones et promissiones eidem per cives dictae civitatis factas. . . . . assistemus. . . . . In cujus rei. . . . . Datum anno Domini MCCLXXXIV feria sexta ante dominicam qua cantatur : Laetare Jerusalem. (2 *Martii anni* 1285 *juxtà novum stylum.*)

Edidit Butkens, loc. laud, p. 119, *et ex eo Lunig*, ibid, p. 1138.

CCLXIX.

Contrat de mariage entre Renaud, comte de Gueldre et duc de Limbourg, et Marguerite de Flandre, douairière d'Alexandre, fils du roi d'Écosse. 21 avril 1286,

Jou Renauls, cuens de Ghelre et dus de Lemburgh, fach savoer a tous ke je par le consel de me amis et de preud homes de me terre, ai traitié et faiht traitir a noble home et puissant mon signeur Guyon, conte de Flandre et marchis de Namur, et a noble dame Ysabel, se feme, contesse des dits lieux, et a leur procureurs por faire convenence de mariage entre mi et noble damoisel Margherite, fille dou conte et delle contesse devant ditte, et, parmi ces convenences, jou ai promis et creantei loiament as devant dis procureurs par le foi de mon prope cors, ke jou le ditte Margherite prenderay a feme et a leyal epeuse a le semonce et a le requette dou dit conte et de la ditte contesse, se saint Englise si assent, et a ce faire me sui jou obleigié, soub paine do vint mil mars de ligeois, lequeis je seroie tenus rendre et peyer en nom de peine au conte et al contesse devant ditte, se je estoie en desfaute, ke ju naviegne, de me promese devant ditte tenir et acomplir entirement et tout en autel manire. Sest li cuens de Flandre devant dit por li et por le ditte contesse obligies envers mis, par le foi fiancie de leur procureur devant dit en leu nom et por eaus, de peyer ut de rendre a mi tot autre teile some de denirs en nom de paine, se par eaus demoroit ou defaloit ke li devant di mariages ne provenist, ensi come dit es. Derechief il est accordei et ordinei entre mis et eaus. . . . .
. . . . Et en tiesmongnaige et en plus grant seurtei des choeses devant dittes, je ai fai ce presentes letres saieleir de mon saiel ki furent faites et doneis a Namur en lan del incarnation nostre signeur Mil dois cent qwate vins et sis, le dimanche prouchain après le jor de Paskes (21 *avril*).

L'original de cette charte, en parchemin, scellé du sceau de Renaud, en cire jaunâtre, assez bien conservé, pendant à double queue de parchemin, se trouve à la chambre des

comptes du roi à Lille. M. Godefroy, conseiller du roi et garde des archives de Lille, avait communiqué, à M. Ernst, une copie de cette pièce, collationnée sur l'original. Ce document, d'une grande étendue, dont M. Ernst a cru ne devoir donner qu'un extrait, a été publié en entier par M. Van Spaen, à qui M. Ernst l'avait communiqué, parmi les preuves de son Introduction critique à l'histoire de Gueldre, tom. II, n° XXXVII, p. 80-89. *Je donne cette indication pour qu'au besoin les curieux puissent recourir à cet ouvrage.*

CCLXX.

Waleran de Luxembourg, sire de Ligny, met en compromis les prétentions qu'il avait a charge de Renaud, comte de Gueldre et duc de Limbourg, au sujet des frais qu'il avait fait pour la garde du duché de Limbourg. 24 avril 1286.

Nos Walrams de Lucenburg, sires de Liney, faisons savor a tos, com il eust descort entre noble home nostre chier signor Renault, conte de Guelre et dus de Lembourg d'une parte, et nous daultre, nous en somes ensi accordé ensemble, que nos avons pris doux homes, cest à savor Henri signor de Blantmont, nostre chier coisin, et Henri signor de Burkels, en tel meniere ke de tot ce ke nos porons demander mon signor de Guelre desusdit, fust de frais, fust de plegerie que nos eussiens fais en le terre de Lembourg, fust daultres choeses quelsquelles fussent, nos en douvons croire li deus homes desseur dis, en teil menière ke se il ne nos pocient paisier et in ne se pooient accordier ensemble, et il en est sor noble home nostre chier signor Guyon, conte de Flandre et sor noble dame nostre chière dame et nostre chier serour Ysabel, contesse de Flandre et de Namur, en teil meniere, si mes sires le cuens et ma dame le contesse desseur dis pooient estre andui ensemble, nos le en douvons et prometons a croire de ce kil en vourront dire en bone foi de haut et bas, nos raisons et les raisons mon signor de Guelre desseur dis oies et atendues, soit de letres soit daultres choeses, selonc se

kil senlerra le dis diseurs ke raisons soit. Et se mes sires le cuens et ma dame le contesse desseur dit ne pooient èstre ensemble nos en douvons et proumetons a croire celi deus dous ki estre i porroit; et doitb estre fais cis rapors dedans ces deus mois en suivans, sauf ce ke mes sires et ma dame de Flandres desseur dis, ou cil deux dous ki estre i porroit voloient ralongier le jor de rapors, ilh le peuent faire selonc ce kil lor plairoit et bon lor senleroit; et com il soit ensi que mes sires de Guelre desseur dit nous doie finer et faire grei, nôs ou nostre certain commandement de douze cent mars de Braybensons, douze souls pour chascun marc, bons et courables a Faukemon, dedans ces deus mois ensuyvans, et sistost com il averoit fai grei a nos ou a nostre certain commandement, nos li douvons randre ces chatiaux, cest a savor *Lembourg* et *Rode*, quites et delivres, sauf se kil nos doibt et est tenu a paier et delivrer les frais rainables, teils com il affierent a warder les deus chatiaux desseur dis ke nos meterons a warder le deus chatiaus desseur dis dedans ce deux mois ensuivans; et se ensi estoit que mes sires de Guelre desseur dis poist montrer letres, par coi nos fussiens tenus a warder les deus chatiau's desseur dis a nos coustange par ces deus mois, mes sires et ma dame de Flandre desseur dis en poirroient dire lor volontei, selonc se ki bon letr sanlerait, et se ensi estoit que me sire de Guelre, desseur dis, ne nos paioit ensi ke dessus est deviser de deus mois en avant, nous tanriens et garderiens les deus chastiaux desseurs dis a ses frais. Ces choeses deseurs dites proumetons nos fermement a tenir par nostre foi corporelement donnée, et encor en plus grant seurtei de ceste choese en avons nos mis et obligie en le main mon signor le conte de Flandre et ma dame la contesse deseur dite toute le terre que nous tenons en Flandre. Et por ce ke soit ferme choese et estable, nos avons faist mestre nostre sael en ce presentes letres qui furent faictes et donneies lan de grasce Mil deus cent quate vins et sis, lendemain de feste Mon signor Sainct George.

Copié sur l'original, conservé aux archives de la province de la Gueldre, et communiqué par le savant auteur de l'Histoire de la Gueldre. M. De Spaen. M Willems a également donné ce document dans son Code diplomatique, nº 67, *à la suite de la Chronique de van Heelu, d'après l'ouvrage de Nyhoff* Gedenkwaardigheden uit de geschiedenis van Gelderland: *on y trouvera quelques différences avec la copie que nous publions.*

CCLXXI.

Waleran de Luxembourg, sire de Ligny, donne quittance a Renaut, comte de Gueldre et duc de Limbourg, des sommes qu'il en avait reçues. 4 juillet 1286.

sil avenist ke li dus le fourfesit. Et voloit et comandoit le dis cuens kon leur donnast procuration le plus generaus kon faire poroit, et voloit le dis cuens de Ghelre et veut sil avenist chose ke li dit procureur ne vosissent u ne peuissent poursivir le besongne devant dite dusque en le fin pour aucun enpeechement dou cors, ke me sires li cuens de Flandres ait de par li plain pooir et special comandement, dautres procureurs metre et stablir en leur liu, un u pluseurs ki ait u aient autre teil pooir, come Jehans et Robins devant dit, en le besongne devant dite, ou plus grant se avoir le peuissent. Et mist le cuens de Ghelre, par devant nous, et en le presence des devant noumeis son saiel, sen cors, se tiere, se delivrance, sen honneur et tout quan kil avait et a en le main mon segneur de Flandres pour faire de ce plainement se volontei de haut et de bas, et voloit et veut kil en face et en oeure come dou sien en toutes choses generalmant et specialment, et avoit, a et ara ferme et estavle quanque me sire de Flandres i saielera, comandera, fera et ordenera, soit par ses letres soit autrement, en toutes les choeses devant dites, et se desportera li dis cuens de tous pooirs de cele eure en avant, tant come il seroit en prison, et voloit kon ne le creist de riens de quan kil feroit et manderait par letres u autrement, et nos requis souffisanment ke nous vosissiemes aler avant es dites besonges dont nous estiemes et sommes carchies le plus hastivement ke nous poriennmes, et requist à mon segneur le eveske de Liege, comme a ordenaire dou liu, et a nous comme a diseur ke toutes ces choses devant dites vosissienmes tiesmoignier souffisanment par no saiel; et fu li saïaus le dit conte de Ghelre bailliés par sen comandement en une bource bullée dou saiel Lotin de Bruges et Robin de Ruremunde devant dit, pour porter a mon segneur de Flandres devant dit pour faire ent se plaine volontei, et pour ce ke ce soit convence chose ferme et estavle, avons nous ces presentes lettres saielées de nostre propre saiel. Ce fut fait à Nivielc le samedi apres le fieste saint Nicholay el mois de décembre Mil deux cens quatre vins et wit.

Copié sur l'original, muni du sceau de l'évêque, aux archives de la Gueldre. V. également de Nyhoff et Willems aux ouvrages cités.

CCLXXXVIII.

Guillaume, évêque de Cambray, déclare que ne pouvant

SE TROUVER AU JOUR FIXÉ POUR PRONONCER SUR L'AFFAIRE ENTRE LE DUC DE BRABANT ET LE COMTE DE GUELDRE, IL CHARGE LE DOYEN DE FLOIRINS DE LE NOTIFIER AUX PROCUREURS DES PARTIES. 15 DÉCEMBRE 1288.

Nous Guillaumes par le grasse de Dieu, eveske de Cambrai, desieres et ordeneres de tous debas, de le were et de tous contens, ki ont esteit et sunt encore entre noubles prinches Jehan, par le grasse de Dieu duch de Lothier et de Brabant, les siens, ses aidans, et ses aloiies dune part, et Renaut, conte de Ghelre, les siens, ses aidans et ses aloiies dautre part; faisons savoir a tous chiaus ki ces lettres veront et oront, ke come nous eussiemes iour asseneit as dites parties a ce dioes (*mercredi*) apres le feste sainte Lusse, dedans eure de midie, par devant nous a Rehingnies, pour oir et rechevoir et mettre en oeure no dit et no ordenance en tout u en partie, selonc ce ke boin nous sanlera, nous pour lenpeechement de no propre cors ne poons estre en nule manire a le dite iourne pour aleir avant en le besoigne devant dite, si metons en liu de nous sengneur Pieron doien de Floirins pour denonchier as dites parties ou a leurs procureurs, de par nous et en no non, no enpeechement devant dit, le queil enpeechement nous avons denonchiet as procureurs le dit conte de Ghelre et volons encore ke denonchiet lou soit, sil sunt au jour et au liu devant dis; en tesmoingnage des quels choses nous avons ces letres saielees de no saiel, ki furent donnees en lan de grasse Mil deux cens quatre vins et wit, le merkedi apres le feste sainte Lusse.

Copié sur l'original, muni du sceau de l'Évêque, aux archives de la Gueldre.

CCLXXXIX.

GUILLAUME, ÉVÊQUE DE CAMBRAY, DÉCLARE QUE LE DUC DE BRABANT EST EN DÉFAUT, ET DOIT PAYER L'AMENDE DE 100,000 LIVRES. 15 DÉCEMBRE 1288.

Nous Guillaumes, par le grasse de Diu, eveskes de Cambrai, desieres et ordeneres de tous les debas, de le were et de tous contens, qui sunt et ont

estei entres noubles prinches Johan, par le grasce de Diu, duch de Lothier et de Braibant, les siens, ses aidans et ses aloiés dune part, et Renaut, conte de Ghelre, les siens, ses aidans et ses alloiés dautre part; faisons savoir a tous chiaus, ki ces letres verront et orront, ke jour assené de nous as dittes parties à Rohingies, al lundi après le feste saint Nicholay en yver dedens eure miedi, pour rechevoir, oyr et mettre a oeure no dit et no ordenance en tout u en partie, selonc ce kil nous sanleroit ke boin fust, a le dit jornée nous engongissiemes par no dit et no ordenance, al duch devant nomei présent par devant nous, sour paine de cent mille lib. par. a rendre et a paier selonc le fourme dou conpromis, ke li dis duch de Brabant le mardi prochain en suiwant, ke fu après le feste sainte Lusse, dedens eure de nonne, par lui ou par autrui, nous delivrast et mesist en no main a le caucie de les Librechies le devant noumei Renaut, conte de Ghelre, quite et delivre, pour mener kel part kil nous plaroit, ensi come il est contenut en no ordenance ki de chou es faite, al kel mardi nous fumes a le dite cauchie de les Librechies, et la attendimes des le mattinée duskes apres eure de none, et fust temoigniet par boines gens, ki aveec nous estoient, ke li eure de none estait passée, et fu cryet et demandet en haut oiant tous ceaus ki la estoient, se mis estoit la pour le duch de Brabant ou de par lui, pour faire che kil devoit, et ke nous li aviemes engoint, ou pour monstrer excusances u autres raisons sil les eust, a le quele demande mis ne se monstra ne respondi pour le duch de Brabant devant noumeit, si disons et tesmoingnons, ke celi mardi li dis dus fut del tout en defaute de faire chou ke nous li aviemes engoint, sour le paine de cent mille lib. de par. car il ne vint, ne envoia, ne amena, ne fist amener, ne delivra a nous, ne fist delivrer, ne mettre en no main, le devant dit Renaut, conte de Ghelre, ensi ke nous li aviesmes engoint sous le ditte paine, par no dit et par no ordenance devant dite. En tesmoingnage des queles choeses nous avons ces presentes letres saielées de no saiel. Ce fu doné en lan de grasse Mil Deus Cens Quatre vins Wit, le mekredi après le feste sainte Lusse.

Copié sur l'original, muni du sceau de l'Évêque, aux archives de la Gueldre. V. de Nyhoff et Willems aux ouvrages cités.

CCXC.

GUILLAUME, ÉVÊQUE DE CAMBRAY, DÉCLARE LE DUC DE BRA-

BANT EN DÉFAUT A L'ÉGARD DE LA REMISE QU'IL DEVAIT LUI FAIRE DE LA PERSONNE DU COMTE DE GUELDRE, CONFORMÉMENT A SA SENTENCE ANTÉRIEURE, ET JUGE QUE CE PRINCE NE PEUT RETENIR LES CHATEAUX DE LIMBOURG ET DE ROLDUC QUI LUI AVAIENT ÉTÉ OUVERTS, NI JOUIR DU DUCHÉ DE LIMBOURG TANT QU'IL N'AURA PAS ACCOMPLI LA SENTENCE PORTÉE. 16 DÉCEMBRE 1288.

Nous Willaumes, par le grasce de Diu, eveskes de Cambrai, faisons savoir a tous ceaus ki ce presentes letres veront et oront, ke coume nobles hom nos chiers oncles mes sires Guis, cuens de Flandres et marchis de Namur, pour noubles houmes Renaut, conte de Ghelre, ses aidans et ses aloiés dune part, et nobles hom Johans, par le grasce de Diu dus de Lothier et de Braibant, pour lui, ses aidans et ses aloiés dautre part, se fussent mis sour nous de tous debas, weres et contens, ki sunt et ont estei entre les parties devant dis, pour loquoison de le ducée de Lembourgh, si come il apert par le letres et les conpromis ki de ce sunt fait. Nous pour aler avant, le besongne a ciertain jour pour ce assenet as parties par devant nous, pour oir et metre a oeure no dit et no ordenance, en tout u en partie, a une fois u a pluseurs, si coume faire le poienmes par le fourme dou conpromis, desime et ordenames a cele fois en teil manire, ke li dis cuens de Flandres pour le conte de Ghelre et de par lui, mesist en no main Lembourg, Rode et Sprimont, et les appendances, et li dis dus de Braibant mesist ausi en no main, le devant noumeit Renaut, conte de Ghelre, pour faire no volontei de li et des castiaus devant noumeit, si coume ces choeses aperent par no letres ki de ce sunt faites. Et coume li devant dis cuens de Flandres nos euist mis en main pour faire no volenté Lembourgh et Rhode et les apendances et li dis dus par parole et par un want (*garant*) nos euist mis en main le devant dis conte de Ghelre, ja soit ce chose kil en demorast tous dis saisis u al deseure de le saisine. Nous sour lesperance de ce ki li dis dus nos proumist, et ses consans pour lui, ke toutes les fois kil nos plairoit il nos deliverroit quitement le dit conte de Ghelre pour faire en no volontei, delivrames au dit dus Lembourgh et Rhode et les apendances, et ce fait nous li requisimes, kil mesist en no main le dit conte de Ghelre, le quel chose li dus nous refusa del tout, et en fu en defaute et est encore. Apries ce nous parlames au dit conte de Ghelre enprisonneit a Niviele, et ostet contre no volente dou liu ou il avoit esteit meneis par no greit, et la, pardevant reverent pere mon se-

gneur Jehan, par le grasce de Diu eveske de Liege, par devant nous ausi et en le presence de pluseurs autres, li cuens de Ghelre grea, octroia et assenti de sen espaingne volontei, sans force, sans peur, et sans contrainte le conpromis devant dit, ki avoit estei fais par mon segneur de Flandres eiñsi coume dit est, et nos requist ke nous alissienmes avant el dit conpromis et desissienmes et ordenissienmes no volontei sour le paine de cent mil livres de parisis contenue au conpromis, et estavli li dis cuens de Ghelre certains procureurs pour no dit poursivir et aemplir, et pour le paine paier se ele fust fourfaite de par lui, et pour demander ausi et rechevoir le dite paine se li Dus le fourfesist. Et ce fait nous aiournames les dites parties a certain jour par devant nous sour le paine de cent mil livres de parisis a rendre et a paiier, selonc le fourme dou conpromis, pour oir et mettre a oeure, no dit et no ordenance en tout u en partie, selonc ce ke boen nous senleroit. Al queil jour nous engoinsimes au dit duc de Braibant, present par devant nous, le procureurs le dit conte de Ghelre presens ausi, sour paine de cent mil livres de parezis, ke dedans certain jour et certaine eure, et en certain liu, les queils nous li noumasmes, il nous delivrast le devant noumeit Renaut, conte de Ghelre, et le mesist en nos main, pour faire ent no volontei; de le quel chœse faire li dis dus de Braibant fu del tout en defaute et est encore, ja soit ce choese ke nous latendissienmes au jour et al liu devant dis, jusques a tant ke li eure fu passée ki mise li estoit, si coume dit est. Pour les quiels choeses il nous sanle en verite et bien tiesmoignons, ki li dis dus de Braibant na fait riens en tous, ne en partie, de ce pour quoi nous li delivrames les castiaus de Lembourg et de Rode devant dis, anchois en est dou tout en defaute, et bien nos sanle raisons, ke li dis dus de Braibant ne doive goyir des dis castiaus ke nous li avons delivreis ne des apendances, ne plus avant entrer en le saisine de le ducée de Lembourg, ne en houmages, ne en autre choese devant kil ait accomplit no dit et no ordenance faite et a faire des choeses devant dites, ne nest nos greis kil autrement en goe de tant coume a nous en monte et affiert pour le tiesmoing de ces letres, saielees de nostre saiel, faites et donees en lan de grace Mil deus cens quatre vins et wit, le juesdi apres le jour sainte Lucie.

Copié sur l'original, muni du sceau de l'évêque, aux archives de la Gueldre. V. également les ouvrages de MM. De Nyhoff et Willems aux endroits cités.

CCXCI.

Guillaume, évêque de Cambray, donne pleins pouvoirs a Guillaume de Flandre, afin de poursuivre l'affaire du compromis touchant les débats entre le duc de Brabant et le comte de Gueldre. 18 décembre 1288.

Nous Willaumes par le grasce de Diu, eveskes de Cambrai, faisons savoir a tous ceaus ki ce presentes letres veront et oront, ke coume nobles hom Johans par le grasce de Diu, dus de Lothier et de Braibant de tous debas, de le wiere et de tous contens ki sunt et ont estei entre lui, ses aidans et ses aloiés dune part, et Renaut, conte de Gueldre, ses aidans et ses aloiés dautre part, et de toutes les avenues ki pour celi chose avenues sunt, se soit mis de haut et de bas en no dis et en no ordenance, einsi coume nous en vorrons dire et ordener a une fois u a pluseurs, et pour le dis duc reverent peres en Diu me sire Johans par le grasce de Diu, eveskes de Liege, et nobles homes me sire Phelippes Dartois, me sires Godefrois de Braibant, me sires Nicholes de Condet sires de Moriaumes, et me sires Gilles Bertaus chevaliers, nos aient enconvent, kil feront le duc devant noumei tenir entirement toutes ces chozes de lui proumises, si coume il apert par les letres de ces persones devant dites, saielees de leur saiaus. Et sour ce nous aiemes aucunes choses dites et ordenees, entre les queles nous par no dit et par no ordenance aiemes engoint au dit duc, kil dedens certain terme ia passeit et en certain liu nos delivrast et mesist en no main le devant noumei Renaut, conte de Ghelre, pour faire en no volontei, selonc ce ke boen nos sanleroit, et aienmes requis a mon segneur de Liege et as devant noumeis mon segneur Godefroit, mon segneur Nicholon de Condeit et mon segneur Gille Biertaut, kil solonc lor convenance fesissent le dis duc tenir entirement no ordenance devant dite, de le quele chose faire li dus et les personnes devant noumeis sunt del tout en defaute, pour ce ke nous soumes empechiet de plusieurs grans besongnes, nous metons et estavlissons en liu de nous et faisons certain procureur, no chier cousin mon segneur Willaume de Flandres, en toutes les choeses devant dites, et li donons plain pooir de poursivir, pourchacier, requerre, esploitier, et metre a oeure envers le dit duc et toutes les personues devant noumees et chascune par li, tout ce kil vera ke boen sera a faire des choeses devant dites pourquoi ces

convenances et no ordenance, faite einsi comme dit est, soient tenues et acomplies et li donnons encore plain pooir de pourchacier, requerre, demander et rechevoir toutes les convenances, ki li dis dus et cil pour lui en sont obliget ont envers nous, des chœses et des avenues devant dites et de chascune a par li; et volons et bien nos plaist, ke li dis me sire Willaume dou pooir ke nous li avons douneit puist toutes ces chœses et chascune par li pourchacier et esploiter envers les dites persones et chascune par li, soit en fourme de plait, soit en autre manire tout einsi, coume boen li senlera. Et donnons encore pooir au devant dis mon segneur Willaume de metre en son liu une persone u pluseurs ki aient ce meismes pooir, ke nous li avons donet en toutes les chœses devant dites, et de rappailer le pooir des dites personnes et remetre, enlor liu a une fois ou a pluseurs autres ki aient ce meismes pooir en tout ou en partie, tout einsi ke boen lui sanlera, et toutes les fois kil vorra; et avons ferme et estavle tout ce ke le dis mes sires Willaumes u les personnes kil metera en son liu feront, diront et esploiteront des choeses devant dites. Et faisons no retenue de poursivir les choeses devant dites, en tout u en partie, par nous u par autrui, toutes les fois ke boen nous sanlera, sauf ce ke tout ce ki sera fait par mon segneur Willaume, u par ceaus kil metera en son liu, soit et demeurt ferme et estavle, et durra li pooirs de ceste letres dusques a no renon. En tiesmoingnage des queles choses nous avons ce presentes letres saielees de notre saiiel, ki furent faites et donees en lan de grace Mil deus cens quatre vins et wit, le samedi apres le fieste sainte Lusse.

Copié sur l'original, muni du sceau en cire jaune de l'évêque, aux archives de la Gueldre. V. également de Nyhoff et Willems aux ouvrages cités.

CCXCII.

WALERAN, SEIGNEUR DE FAUQUEMONT, PROMET A GUI, COMTE DE FLANDRE, DE DÉFENDRE ET DE CONSERVER POUR LUI LE COMTÉ DE GUELDRE. 6 FÉVRIER 1289.

Nous, Walerans, sires de Faukemont et de Montjoye, faisons savoir a tous, ke nous sommes aloyet et aconvenenchiet à nobles home nostre chier seignour Guion, conte de Flandre et marchit de Namur, et a ses enffans, en

tel manire ke nous leur devons aidier, de nous et de tous nos aidans, a werier contre le duch de Brabant et le eveskes de Liége, et tous leur aloyés, et leurs aidans, et devons warder le conteit de Ghelre et toute le terre le conte de Ghelre, ou kil ait, a nou loial pooir et en bone foi, duskes a le volontei le conte de Flandres devant dis, ou le conte de Ghelre, sil estoit delivret de prison, ou le contesse de Ghelre se feme, ou sen hoir; et se on nous livre en no warde chastel, ou vile, ou fortrece, nous le devons rendre a le volontei le conte de Flandres devant dis, u le conte de Ghelre, sil estoit delivret de prison, u le contesse de Ghelre se feme, u a le volontei de leur hoir, ki donkes seroit hoirs de conteit de Ghelre; et sil avenoit ke nous conkeriemes chastel, ne vile, ne fortrece, nule de le duchet de Lembourgh, nous le devons rendre et metre en le main le conte de Flandre devant dis, u me dame Ysabeau, se feme, contesse de Namur, u en le main de leur hoirs, segneurs de Namur. Et est a savoir ke pour choese ki soit avenue duskes au jour duy ne pour dette ke on nous ait deut, ne pour cous, ne pour frais ke nous ferons doreenavant, ne pour choese ki puist avenir, nous ne devons ne no poons retenir chastel, ne vile, ne fourtrece nule, ne terre ke on nous ara kerkié en warde, ke nous ne le rendons a la volontei dou dit conte de Flandres, ou dou conte de Ghelre, sil estoit delivret de prison, ou de se feme le contesse de Ghelre, ou de leur hoir. Et tout che ausi ke nous porrons conquerre de le ducheit de Lembourgh, en kelconque manire ke ce soit, nous ne poons, ne ne devons, pour choese ki avenue soit, ne ki avenir puist, retenir outre le volontei dou dit conte de Flandres, ou de me dame se feme, contesse de Namur, ou de leur hoirs, segneurs de Namur. Et est a savoir ke se nous prendons prison nul, ne ne nous fachons conqueste nule, soit de fortrece, soit dautres choeses, ce doit estre a oes le dit conte de Flandres ou de ses hoirs, segneurs de Namur. Et prometons et avons promis ke nous devons travelier a ce ke li provos de Ays face raison à Willaume de Julers, par nous consail. Et sil avenoit ke li provos ne le voloit faire, aidier devons le conte de Flandres devant dis d'avoir le raison Willaume devant dis, a tout no pooir, loiaulment, a le rekeste le conte de Flandres devant dis, ou de ses enffans. Et de toutes choeses devant dites devons nous faire seurteit soffisant au dit conte de Flandres a se volontei. Et prometons et avons promis par le foi de nostre cors, sour ce donée, toutes les choeses si coume eles sont deseure ordinées et devisées, a tenir et a parvenir loiaulment et entirement, et en oblignons et avons obligiet nous, nos hoirs, nos biens, meubles et aultres, ke nous avons u avoir porrons, ke nous fermement le tenrons sans jamais aler

en contre, par nous ne par aultrui. En tiesmoingnage de le quel chose nous avons ces presentes letres saillée de nostre saiel, ki furent faites lan del incarnacion nostre Segneur Mil deus cens quate vins et wit, le diemenche après le purification nostre Dame a Winendale, el mois de febvrier (6 *février* 1289).

Copié sur l'original, muni du sceau en cire jaune, aux archives du comté de Namur; aujourd'hui aux archives du royaume, à Bruxelles.

CCXCIII.

Traité de paix et de réconciliation entre Sifroi, archevêque de Cologne, et Adolphe, comte de Berg. 19 mai 1289.

In Dei nomine, amen. Nos Sifridus, Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus universis praesentes litteras inspecturis, quod nos, super omnibus guerris et discordiis, inter nos ex una parte, et nobiles viros Adolphum, comitem de Monte, et Henricum de Monte, dominum de Windecge, fratres, dilectos fideles nostros, motis et subortis ex alterâ, amicabilis compositio et ordinatio, accedente ad hoc consensu dilectorum in Christo Conradi praepositi, Theodorici decani majoris, Werneri praepositi sancti Gereonis, Johannis choriepiscopi, Wicboldi scolastici ejusdem majoris capituli, et aliorum praelatorum ecclesiarum et monasteriorum civitatis et diocesis Coloniensis, facta est in hunc modum. Ita videlicet, quod nos archiepiscopus, et nostri successores, ac ecclesia Coloniensis, praedictos comitem et Henricum et eorum heredes legitimos dimittemus, et promittemus in futurum, in omni hereditate sua, in omne jure, favore, gratia, et bona consuetudine, jurisdictione et dominio, sicut ipsi ad hanc horam possiderunt et tenuerunt, tenent et possident, et ipsorum progenitores ante ipsos tenuerunt et possiderunt, sive sint a nobis vel a nostris antecessoribus, et ecclesia Coloniensi ipsis contradicta vel non; item pro dampnis, eidem comiti et suis hominibus per nos et nostros homines illatis indebite solvemus ipsi comiti, vel suis heredibus, duodecim millia marcarum Coloniensium, denariorum bonorum et legalium, duodecim solidis pro marca

qualibet computandis, de quibus solvemus mille marcas infra tres menses, postquam fuerimus vinculis emancipati, liberati et absoluti, et infra tres menses alios continuos, ex tunc proximo subsequentes, mille marcas monetae praedictae persolvemus. Item oppidum nostrum Tuiciense et officium villicationis ejusdem, cum universis juribus, redditibus, censibus et proventibus, prout ad nos et ecclesiam Coloniensem spectant, excepta curte nostra cum agris et suis attinentiis ibidem, quam capitulo nostro Coloniensi in restaurum molendini ipsius pendentis in Reno deputavimus et obligavimus, ipsi comes et sui heredes ad decem annos, pro mille marcis monetae praedictae pacifice possidebunt; et quolibet anno centum marcas defalcabunt, in exsolutionem mille marcarum praedictarum, quibus decem annis elapsis, ipsum oppidum cum universis juribus suis ad nos et ecclesiam Coloniensem libere revertetur, salvo ipsi comiti et suis heredibus omni Jure suo prius habito in oppido praedicto. Hoc etiam adjecto, quod idem comes et sui heredes, scabinos et homines dicti oppidi, in suis juribus et libertatibus tenebunt, fovebunt et conservabunt, sine exactionis extorsione medio tempore, sicut nos et antecessores nostri tenuimus et servavimus, tenuerunt et servaverunt. De novem vero millibus marcarum residuis solvemus eidem comiti, aut suis heredibus, annis singulis, primos sex menses praedictos subsequentibus, mille et trecentas marcas monetae praedictae, de thelonio cervisiae et redditibus molendinorum nostrorum Coloniensium, vel aliis nostris redditibus ubicumque, quousque dicta novem millia marcorum fuerint a nobis, vel a nostris successoribus aut ecclesia Coloniensi, integraliter persoluta, et recepta de summa praedicta idem comes et sui heredes defalcabunt et recognitionem de receptis per suas patentes litteras idem comes, vel sui heredes nobis, successoribus nostris vel ecclesiae Coloniensi facient singulis annis. Ad majorem etiam securitatem et ut ipsi comiti et suis heredibus id ratum servetur, per nos, successores nostros, et ecclesiam Coloniensem, si forte nos, vel successores nostri, vel ecclèsia Coloniensis, in solutione novem millium marcarum praedictarum suis terminis ad hoc deputatis, negligentes inveniremur vel remissi; castra ecclesiae nostrae Wede, Waldenberg, Rodenberg, et Aspele eidem comiti, titulo pignoris, obligamus; quae castra idem comes, cum turribus et portis, sub expensis nostris, successorum nostrorum et ecclesiae Coloniensis, pro omni sua voluntate et utilitate tenebit et conservabit, secundum conditiones antedictas et infrascriptas, hoc adjecto, quod si nos, vel successores nostri, vel ecclesia Coloniensis, dicta mille et trecentas marcas singulis annis, terminis ad

hoc statutis, ut est praemissum, non persolverimus, ex tunc ipse comes, vel sui heredes, de omnibus redditibus, juribus, proventibus, jurisdictionibus, et universis attinentiis dictorum castrorum, se intromittent, et intromittere poterunt, et sine aliqua contradictione nostra, et impedimento nostro, vel successorum nostrorum et ecclesia Coloniensis, pacifice et quiete possidebunt, tam diu, donec ipsi comiti vel suis heredibus super defectu pecuniae, suo termino vel suis terminis non solutae, ad bonam et legitimam computationem fuerit satisfactum. Recepta etiam et recipienda de redditibus et proventibus dictorum castrorum, quam diu hujusmodi defectus suppletus non fuerit, non debent defalcari de summa antedicta, nec in sortem computari, defectu autem hujusmodi suppleto nos, vel successores nostri, aut ecclesia Coloniensis, iterum libere intromittimus, intromittent et intromittere poterunt de jurisdictionibus, redditibus et proventibus castrorum praedictorum, sine contradictione et impedimento dicti comitis, vel heredum suorum, secundum conditiones antedictas. Et quam primum quarta pars praedictarum novem millium marcarum eidem comiti, vel suis heredibus, a nobis, vel successoribus nostris, vel ecclesia Coloniensi fuerit persoluta, idem comes vel sui heredes unum de castris praedictis, quod voluerit, vel voluerint, nobis, vel successoribus nostris, vel ecclesiae Coloniensi reddere et restituere debent et tenebuntur; et sic fiet proportionaliter de castris eidem comiti obligatis. Quandocunque vero ipsi comiti, vel suis heredibus, de praefatis novem millibus marcarum fuerit integraliter satisfactum, idem comes vel sui heredes tenebuntur reassignare et restituere castra praedicta omnia, in manus nostras, successorum nostrorum vel ecclesiae Coloniensis, absque quolibet impedimento et contradictione, nec ex aliqua causa alia, dicta pecunia persoluta, dicta castra poterunt et debent retinere, super quo idem comes et fratres sui nobis, et ecclesiae Coloniensi securitatem praestiterunt. Si vero, quod absit, aliquod castrorum praedictorum per seditionem vel alium casum fortuitum amitti contigerit, nos archiepiscopus, successor noster, et ecclesia Coloniensis, una cum nobilibus viris Adolpho de Monte et Everardo de Marcka, comitibus, ac Henrico domino de Windecge, expensis communibus recuperabimus, et reacquiremus, et non cessabimus, quousque castrum amissum recuperatum fuerit et reacquisitum; castrenses etiam dictorum castrorum et custodes ipsi comiti fidelitatem, sub debito praestiti juramenti, facient de castris praedictis, quae durabit usque ad integram solutionem pecuniae antedictae. Item nos archiepiscopus bona ducatus Lymburgensis, quae debent recipi et teneri a nobis in feodo, prout descendunt a nobis et eccle-

sia Coloniensi, absque quolibet impedimento nostro, et extraditione nostra, prout ad nos, successores nostros, et ecclesiam Coloniensem pertinet, et pertinere poterit, concedemus et porrigemus cuicunque idem comes de Monte dixerit, et jusserit, seu voluerit per suas patentes litteras, sive per vive vocis oraculum porrigi seu concedi, salvis et reservatis nobis et ecclesiae Coloniensi conventionibus, et juramentis factis et initis per nos cum nobili viro Reynaldo, comite Gelriae, super castro Wassinberg et attinentiis ipsius, pro certa summa pecuniae nobis et ecclesiae Coloniensi obligatis. Item promittimus quod nos Adolphum et dictum Puyts, fratres de Stamheym, Paginum de Hemberg, et Henricum de Ossendorp, milites, Johannem dictum Longum et dictum Kikepot, Adolphum de Ralchusen, Sibodonem de Buschenburg, et eorum adjutores quoscunque in aliquibus nostris munitionibus et castris non fovebimus, nec tenebimus, contra ipsum comitem de Monte, nec contra ejus adjutores, videlicet nobiles viros, fideles nostros Everardum comitem de Marka, Henricum comitem de Virnenburg, et ejus liberos, Henricum de Monte dominum de Windecge, Hermannum dominum de Thoneburg, Johannem dominum de Ryferscheyth, et Jacobum de Uphoven, Engelbertum dictum Ruselpaffe, et eorum adjutores quoscunque, nec eisdem infra diocesim Coloniensem vel extra, contra comitem de Monte et suos adjutores praedictos auxilium impendemus, omni dolo et fraude penitus exclusis. Item promittimus, quod nullam supra Renum in una parte Reni, vel in alia parte Reni, a flumine quod Sege dicitur, usque ad flumen quod Angera dicitur, inter stratam communem et Renum, et specialiter a loco Vulen juxta villam Ryncassele usque Berge, retro villam Wurrinc, et a Berge usque villam Durremagen, et a villa Durremagen ultra, prout dicta strata infra terminos praedictos se protendit, nec alibi in terra et districtu ipsius comitis de Monte, munitionem vel castrum faciemus, vel aedificabimus, absque voluntate comitis memorati. Item con dictum est et actum, quod nullus laicus alium laicum, de terra comitis praedicti, citare vel in causam trahere debet, auctoritate nostra, aut officialis nostri pro tempore existentis, seu archidyaconi cujuscunque, super hiis quae spectant ad jus civile et forum secularem; quod si factum fuerit, id revocabimus, per nostras litteras super hoc requisiti; et si sententia excommunicationis lata fuerit in aliquem vel aliquos de terra comitis de Monte praedicti, occasione mutui crediti seu venditi, ad instantiam clericorum seu laicorum, propter hoc in parochia seu parochiis excommunicati, seu excommunicatorum, divina non debent interdici, sed reus seu rei alias pro modo

culpae punientur, nisi excommunicati in sua pertinacia permanentes in excommunicationis summa duraverint per annum et diem, salvis tamen statutis ecclesiae Coloniensis pro libertate ecclesiasticarum personarum, et ecclesiarum factis et editis. Item sacerdotibus et clericis aliis, qui post interdictum si quod a nobis latum fuit, in terras comitum de Monte et de Marka, et Henrici de Monte domini de Windecge praedictorum, divina celebraverunt ibidem, praetextu appellationis pro ipsis ad sedem apostolicam ab audientia nostra interpositi, et illis sacerdotibus et clericis, qui celebraverunt divina in loco captivitatis nostrae, praesente vel absente ipso comite de Monte, vel etiam alibi ubicunque eodem comite praesente, nullam culpam imponemus seu gravamen aliquod inferemus, nec ipsos super eo de cetero impetemus. Relaxationes vero sententiarum excommunicationis in personas dictorum nobilium, et intèrdicti in loca et terras eorundem factas et datas, auctoritate apostolica per dilectum in Christo Conradum praepositum Coloniensem ratas habemus et habebimus in futurum. Item sententias interdicti, ubicunque in terras dictorum nobilium latas, auctoritate nostra ex quacunque causa, relaxamus in hiis scriptis. Item omnibus dissensionibus, rancoribus et inimicitiis, inter nos archiepiscopum ex una parte, et ipsum comitem de Monte ac Henricum de Monte dominum de Windecge, ejus fratrem, et alios eorundem adjutores quoscunque, ex altera, tam de occisis in conflictu apud Wurrinc, et alibi ubicunque, captivis, exactionatis incendiis, dampnis et rapinis, quam etiam de destructionibus castrorum, oppidorum et villarum, et specialiter occasione captivitatis nostrae, exortis et habitis, et quicquid ex eis secutum est, per nos, pro nobis, nostris consanguineis, amicis, vasallis et ministerialibus, quorum posse habemus, et vice-versa per ipsos comitem de Monte et Henricum dominum de Windecge praedictos, pro ipsi ac eorum adjutoribus, consanguineis, amicis, vasallis et ministerialibus, quorum posse habent, est renunciatum, hinc et inde, pure, simpliciter, et spontenea voluntate, nec de cetero nos, successores nostri seu ecclesia Coloniensis, nec nostri adjutores, consanguinei, amici, vasalli et ministeriales, quorum posse habemus, nec ipsi comes de Monte, nec frater ejus, nec eorum adjutores, consanguinei, amici, vasalli et ministeriales, quorum posse habent, aliquam impetitionem vel vindictam faciemus seu facient super praemissis, nec contra praemissa, seu aliquod praemissorum veniemus, nec ipsi venient, omni dolo et fraude penitus exclusis. Ita tamen quod per hujusmodi renunciationem et urvedam generalem nobis, successoribus nostris, et ecclesiae Coloniensi, contra Walramum de Juliaco praepositum Aquensem,

et civitatem Coloniensem, adjutores dictorum comitis de Monte et Henrici domini de Windecge, fratris sui, et vice-versa, ipsis Walramo praeposito Aquensi, et civitati Coloniensi, contra nos, successores nostros et ecclesiam Coloniensem, in nostris et ipsorum juribus, privilegiis, bonis et redditibus, ablatis per ipsos cives et civitatem infra civitatem Coloniensem, post conflictum apud Wurrinc habitum, et per ipsum praepositum Aquensem, in terra sua et alias ubicunque et quandocunque, ante et post conflictum, praedictum, prejudicium nullum generetur. Item si dictam compositionem, quod absit, et ordinationem amicabilem infringeremus, in toto vel in parte, eligimus et arbitramur, quod nec praelati nec capitulum majoris, nec capitula aliarum ecclesiarum civitatis et diocesis Coloniensis, nec nobiles, nec vasalli, nec ministeriales, nec oppida ecclesiae Coloniensis contra praemissa nobis aliquod auxilium vel juvamen praestabunt, victualia ministranda, vel alio quoquomodo. Et nos archiepiscopus, omnia et singula praemissa vera esse profitentes, ad observationem dictae compositionis et amicabilis ordinationis pro nobis, et nostris adjutoribus quibuscunque, de quibus posse habemus, super hiis tactis sacrosanctis corporaliter juramento a nobis praestito, nos firmiter obligamus per praesentes; promittentes sub eodem juramento, quod contra praemissa in toto vel in parte, nullas litteras a sede apostolica, seu legatis ipsius, impetrabimus seu procurabimus impetrari. Sigilla nostrum, et ecclesiae Coloniensis, et dilectorum in Christo Conradi praepositi, Theoderici decani majoris, Werneri praepositi sancti Gereonis ejusdem majoris canonici, Johannis choriepiscopi, Wicboldi scolastici dictae majoris, et aliorum praelatorum ecclesiarum et monasteriorum civitatis et diocesis, ac oppidorum ecclesiae Coloniensis, quorum copia commode haberi poterat, ex certa nostra scientia et ad petitionem nostram in testimonium praesentibus sunt appensa.

Et nos Conradus praepositus, Theodericus decanus majoris, Wernerus praepositus sancti Gereonis, Johannes choriepiscopus, Wicboldus scolasticus ejusdem majoris, ceterique praelati et capitula ecclesiarum et monasteriorum civitatis et diocesis, ac oppida ecclesiae Coloniensis, quorum sigilla hiis litteris sunt appensa, ipsa sigilla nostra ad petitionem reverendi patris et domini nostri Sifridi Coloniensis archiepiscopi praedicti in testimonium apposuimus huic scripto. Nos vero praelati et capitula ecclesiarum et monasteriorum praedictorum protestamur, quod nolimus per hujusmodi sigillorum appensionem, quo ad ea quae nobis sunt ablata per Walramum praepositum Aquensem et suos,

et repetionem eorundem ablatorum nobis praejudicium aliquod generari. Et nos Adolphus comes de Monte et Henricus dominus de Windecge praedicti, omnia et singula praemissa vera esse profitentes et urvedam ac renunciationes prout superius est expressum facientes, ad observationem dictae compositionis amicabilis et omnium praemissorum, prout unumquemque nostrum seu aliquem ex nobis contingit, pro nobis et nostris adjutoribus quibuscunque, de quibus posse habemus, promittentes nihilominus quod contra praemissa, vel aliquod praemissorum non veniemus in posterum, in toto vel in parte, nec de cetero nos et heredes nostri adjutores, consanguinei, amici, vasalli et ministeriales nostri, quorum posse habemus, aliquam impetitionem vel vindictam faciemus, vel facient de praemissis, omni dolo et fraude penitus exclusis. Super hiis tactis sacrosanctis a nobis corporaliter, interpositis juramentis, nos obligamus in hiis scriptis sigilla nostra in testimonium praesentibus litteris ex certa nostra scientia appendentes. Datum anno Domini Millº. CCº. octuagesimo nono, in die Ascensionis Domini.

Copié sur l'original, muni de trente-deux sceaux, aux archives de la ville de Dusseldorf.

CCXCIV.

Traité de paix et de réconciliation entre Jean I, duc de Brabant, et Sifroi, archevêque de Cologne. 19 mai 1289.

Nos Sifridus, Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod inter nos, ex una parte, et magnificum virum dominum Johannem, ducem Brabantie, fidelem nostrum, ex altera, est amicabiliter concordatum et ordinatum in hunc modum; ita, videlicet, quod omnibus dissensionibus, rancoribus et inimicitiis inter nos ex una parte, et dominum ducem et ejus adjutores quoscunque ex alterâ, tam de occisis in conflictu apud Wurrinc, et alibi ubicunque, captivis, exactionibus, incendiis, damnis et rapinis, quam etiam de destructionibus castrorum, oppidorum et villarum, et specialiter occasione captivitatis nostre,

extortis et habitis, et quicquid ex eis secutum est, per nos, pro nobis et nostris adjutoribus, consanguineis, amicis, vasallis et ministerialibus, quorum posse habemus, et vice-versa per ipsum ducem, pro se ac suis adjutoribus, consanguineis, amicis, vasallis et ministerialibus, quorum posse habet, est renunciatum pure, simpliciter et spontanea voluntate, nec de cetero nos, successores nostri, seu ecclesia Coloniensis, nec nostri adjutores, consanguinei, amici, vasalli et ministeriales, quorum posse habemus, nec ipse dux, nec ejus adjutores, consanguinei, amici, vasalli et ministeriales, quorum posse habet, aliquam impetitionem, seu vindictam faciemus, seu facient super premissis, nec contra premissa vel aliquid premissorum veniemus, nec ipsi venient, omni dolo et fraude penitus exclusis. Item eidem duci promittimus et promisimus, obligavimus et nos obligamus, fide prestita corporali et juramento interposito, quod durante guerra, que nunc suborta est propter comitem Gelrie, inter ducem predictum et nobilem virum Guidonem, comitem Flandrie, contra dominum ducem et suos adjutores, quicunque fuerint vel in quacunque dignitate vel conditione positi, nullum auxilium prestabimus, vel juvamen publice vel occulte, sive pro pecunia, sive pro dilectione aliqua, sive pro aliquo favore speciali, sive pro aliqua causa que poterit suboriri, omni fraude, dolo, seu occasione exclusis; et ut hoc firmiter et inviolabiliter observemus, castra Are et Gudensberg, de consensu et voluntate capituli et priorum Coloniensium expressa, in manus honorabilium virorum Conradi prepositi, Theoderici decani, Werneri sancti Gereonis prepositi, Johannis choriepiscopi et Wicboldi scholastici, prelatorum ecclesiarum Coloniensium, dedimus et damus, assignavimus et assignamus, sub poena triginta millium marcarum Coloniensium denariorum, tenenda, custodienda et conservanda, per prelatos predictos, sub expensis nostris, de redditibus et obventionibus ad dicta castra spectantibus, nec in hoc aliquod impedimentum dictis prelatis nostris faciemus, vel inferri permittemus; quod si redditus et obventiones castrorum predictorum ad custodienda ipsa castra non sufficierent hujusmodi defectum de aliis nostris bonis et redditibus supplebimus prelatis nostris antedictis. Ita videlicet, quod si nos fidem et juramentum premissum, quod absit, infringerimus, et eidem comiti Flandrie et hereditus Lutzellinberg, Walramo, domino de Valkenberg et eorum adjutoribus qui nunc sunt, vel quibuscunque aliis, qui se de comitatu Gelrie, tanquam tutores seu manburnii intromiserunt vel intromittent in futurum, vel eorum coadjutores facti fuerint in posterum, assisteremus occasione guerre predicte seu auxilium durante guerra predicta prestaremus, et super hoc moniti

litteris apertis ipsius ducis et prelatorum predictorum infra sex septimanas a tempore monitionis computandas, ab hujusmodi auxilio et juvamine desistere recusaremus, ex tunc dicti prelati sine pertractione et difficultate qualibet, predicta castra libere assignabunt in manus predicti ducis, vel nuncii sui certi, quem ad hoc specialiter per suas patentes litteras duxerit deputandum, tenenda et habenda usque ad solutionem pecunie antedicte, absque omni contradictione et offensa nostra et ecclesie Coloniensis. Et ad hoc fideliter observandum dicti prelati apud dominum ducem suis se astrinxerunt et astringent juramentis; guerra vero predicta inter ducem et comitem Flandrie predictos pacificata, prelati predicti dicta castra nobis et ecclesie Coloniensi restituent et reassignabunt, et solute erunt conditiones antedicte. Facta autem hujusmodi compositione, inter ducem et comitem Flandrie predictos, idem dux infrà quindenam post compositionem factam, hoc prelatis predictis intimabit et per suas patentes litteras declarabit compositionem inter ipsum et comitem Flandrie esse factam. Inhibebimus etiam officiatis et hominibus terre nostre, de quibus posse habemus, ne veniant in auxilium predicti comitis Flandrie, seu adjutorum suorum, et si quidem propter nos hoc dimittere voluerint, ex tunc idem dux et sui adjutores possunt procedere contra tales, et eos ledere, quocunque modo possunt Nos etiam, ab eodem duce super hoc requisiti, potenter et patenter, prout nos decuerit, contra tales rebelles nobis in nostris sumptibus et expensis ipsum ducem et suos coadjutores juvabimus, durante guerra predicta, promittimus insuper, quod eundem ducem villas Kerpene et Lomenzheim cum earum appendiciis libere et quiete rehabere et possidere permittemus; idem etiam dux castrum de Kerpene, in fundo suo, ubi sibi placuerit, poterit reedificare; bona etiam in Kerpena a nobis et ab ecclesiae Coloniensi dependentia et descendentia prout veritas demonstrabit, idem dux, si ipsum infeodare voluerimus de eisdem et hoc a nobis poterit obtinere, a nobis recipiet et tenebit, cum aliis feodis suis que tenet a nobis et ecclesia Coloniensi. Quod si forte nobis et ecclesie nostre non videretur expediens de predictis bonis in Kerpena a nobis descendentibus dictum ducem infeodari, ut omni discordie que inter nos et ecclesiam Coloniensem et dominum ducem ex hoc inposterum suboriri posset via precludatur. Nos archiepiscopus, pro nobis et ecclesia Coloniensi, duos de prelatis nostris adjungemus, et idem dux duos de suis conciliariis et amicis, quos voluerit adjunget; qui quator simul et concorditer, disponere et ordinare poterunt, in amicitia vel in jure, de bonis predictis, prout nobis et ecclesie Coloniensi et dicto duci viderint expedire; quod si dicti quatuor infra tres menses, postquam super hoc fuerint requisiti, non possent

concordare, Conradus prepositus Coloniensis predictus, et Adolphus comes de Monte, a nobis et dicto duce hinc inde arbitri assumpti et electi, concorditer et simul dicere poterunt et ordinare inter nos et ducem predictum, super bonis antedictis prout hinc inde viderint expedire, et hoc nos et idem dux tenebimur inviolabiliter observare. Que omnia et singula premissa nos archiepiscopus, fide prestita et juramento corporali interposito tactis sacrosanctis inviolabiliter tenere, facere et observare omni dolo et fraude penitus exclusis.

In cujus rei testimonium et firmitatem sigillum nostrum una cum sigillo capituli nostri Coloniensis apponi fecimus huic scripto et nos Conradus prepositus, Theodericus decanus majoris, Wernerus prepositus sancti Gereonis, Johannes choriepiscopus et Wicboldus scholasticus ejusdem majoris, ecclesiarum Coloniensium predicti, profitentes et recognoscentes nos eidem duci sub juramento nostro promisisse, quod si idem dominus noster archiepiscopus comiti Flandrie predicto, et suis adjutoribus in guerra, que nunc mota est inter ducem et comitem predictos, auxilium et juvamen prestiterit, durante guerra predicta, castra Are et Gudensberg eidem duci vel suo certo nuncio, prout est promissum assignabimus secundum conditiones super hoc superius expressas, sigilla nostra presentibus in testimonium duximus apponenda. Et nos capitulum Coloniense protestamur, quod ad petitionem reverendi patris et domini nostri Sifridi archiepiscopi Coloniensis predicti, sigillum nostrum in testimonium apposuimus huic scripto. Et nos Joannes dux Brabantie predictus, omnia et singula premissa vera esse profitentes ac protestantes et renunciationes, pro ut superius est expressum facientes. Ad observationem dicte compositionis amicabilis et omnium premissorum pro nobis, nostris adjutoribus, consanguineis, amicis, vasallis et ministerialibus, de quibus posse habemus, promittentes etiam, quod contra premissa, vel aliquod premissorum non veniemus in posterum, in toto vel in parte nec de coetero nos et heredes nostri, adjutores, consanguinei, amici, vasalli et ministeriales, quorum posse habemus, aliquam impetitionem vel vindictam faciemus vel facient de premissis, omni dolo et fraude penitus exclusis; super hiis tactis sacrosanctis a nobis corporaliter juramento interposito, Nos obligamus in hiis scriptis sigillum nostrum, in testimonium et robur premissorum presentibus litteris apponentes.

Nos etiam Adolphus, comes de Monte, quia nobis sic actum esse constat, et in presentia nostra et amicorum nostrorum, sic concordatum est inter reverendum patrem et dominum nostrum Sifridum archiepiscopum Coloniensem et dominum nostrum Johannem, ducem Brabantie, prout

superius est expressum, sigillum nostrum hiis litteris apponi fecimus in testimonium premissorum. Datum in die Ascensionis Domini, anno Domini Millesimo ducentesimo octuagesimo nono.

Copié sur l'original, muni de six sceaux. Ce document a également été publié par M. Willems dans l'ouvrage cité.

CCXCV.

Traité de paix entre Sifroi, archevêque de Cologne, et Waleran de Juliers, prévot d'Aix-la-Chapelle. 19 mai 1289.

Nos Sifridus, Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus universis praesentes litteras inspecturis, quod inter nos ex una parte, et honorabilem virum Walramum de Juliaco, praepositum Aquensem, ex altera, est concordatum et ordinatum in hunc modum. Ita videlicet, quod omnibus dissensionibus, rancoribus et inimicitiis inter nos ex una parte, et Walramum praepositum Aquensem praedictum, et ipsius adjutores quoscumque ex altera, tam de occisis in conflictu apud Worunc et alibi ubicumque, captivis, exactionatis, incendiis, dampnis et rapinis, quam etiam de destructionibus castrorum, oppidorum et villarum, et specialiter occasione captivitatis nostrae, exortis et habitis, et quidquid ex eis secutum est, per nos, pro nobis et nostris consanguineis, amicis, vasallis et ministerialibus, quorum posse habemus, et vice versa per dictum praepositum, pro se ac suis adjutoribus, consanguineis, amicis, vasallis et ministerialibus, quorum posse habet, est renunciatum, pure, simpliciter et spontanea voluntate, nec de cetero nos, successores nostri seu ecclesia Coloniensis, nec nostri adjutores, consanguinei, amici, vasalli et ministeriales, quorum posse habemus, nec ipse praepositus, nec ejus adjutores, consanguinei, amici, vasalli et mini steriales, quorum posse habet, aliquam impetitionem vel vindictam faciemus, seu facient, super praemissis, nec contra praemissa seu aliquod praemissorum veniemus, nec ipsi venient, omni dolo et fraude exclusis. Ita tamen quod per hujusmodi renuntiationem et urvedam generalem, nobis et successoribus nostris ac ecclesiae Coloniensi contra praedictum Walramum praepositum Aquensem, et vice versa ipsi Walramo praeposito Aquensi contra nos, successores

nostros ac ecclesiam Coloniensem, in nostris et ipsius praepositi juribus, privilegiis, bonis et hereditatibus, nullum prejudicium generetur. Hoc etiam specialiter inter nos et dictum praepositum est condictum, quod idem praepositus magnifico viro Johanni duci Brabantiae et nobili viro Adolpho, comiti de Monte, nostris et ecclesiae Coloniensis fidelibus, castrum et oppidum Tulpetense assignabit, qui dicta castrum et oppidum, durante guerra, quae nunc mota est inter ducem praedictum et nobilem virum Guidonem comitem Flandriae, in sua potestate tenebunt et conservabunt. Guerra vero praedicta inter ducem et comitem Flandriae praedictos sedata et pacificata, iidem dux et comes de Monte, cum duobus praelatis ecclesiae Coloniensis, eisdem duci et comiti de Monte per nos et ecclesiam Coloniensem adjungendis, infra tres menses continuos, et post guerram praedictam inter ducem et comitem Flandriae praedictos nunc exortam, currere incipientes; iidem dux et comes de Monte ac praelati praedicti super hoc a nobis aut successore nostro, seu ecclesia Coloniensi, vel praeposito Aquensi praedicto, aut ab altero nostrum requisiti, super juribus nostris et ecclesiae Coloniensis et praepositi praedicti, diligentius veritatem perquirant, et quicquid dux et comes de Monte ac praelati praedicti inter nos et ecclesiam Coloniensem ex una parte, et dictum praepositum ex altera, super castro et oppido Tulpetensi et suis attinentiis, seu aliis questionibus et juribus eorumdem quibuscumque, infra terminum praedictum, concorditer et communiter simul de jure dixerint seu amicabiliter ordinaverint, tenebimur hinc inde inviolabiliter observare. Quod si aliquem vel aliquos de arbitris praedictis mori, vel abesse vel alio impedimento detineri seu impediri contigerit, ita quod commode interesse non possent, pars illa quae dictum arbitrum seu arbitros dederat, alios vel alium in locum illorum vel illius subrogabit, qui eandem cum praedictis habebunt et habeant potestatem. Poterunt etiam dux, comes et praelati praedicti assumpti vel assumendi terminum ultra tres menses praedictos concorditer prorogare, si ipsis videbitur expedire. Quod si ducem et comitem ac praelatos praedictos, assumptos vel assumendos, infra terminum praedictum, vel ipsius prorogationem, non contingerit, quod absit, concordare, poterunt iidem dux et comes castrum et oppidum praedicta ipsi praeposito reassignare, salvis nobis et ecclesiae Coloniensi et ipsi praeposito juribus, instrumentis ac privilegiis nostris et suis, in castro et oppido Tulpetensi ac attinentiis eorundem, et in aliis bonis nostris et ecclesiae Coloniensis et suis quibuscumque. Praefati etiam dux et comes castrum et oppidum Tulpetense tenebunt et conservabunt de redditibus, obventionibus et judicio ac universis

emergentiis, infra oppidum Tulpetense provenientibus et emergentibus, salvis nobis et ecclesiae Coloniensi censibus et redditibus nostris quibuscumque extra oppidum praedictum, quibus uti poterimus ad nostram voluntatem. Quod si forte sumptus et expense dictorum castri et oppidi, redditus et obventiones infra oppidum Tulpetense emergentes et provenientes excederent, iidem dux et comes de suo supplebunt, nec a nobis vel ecclesia Coloniensi, nec ab ipso praeposito super haec aliquid requirent. Actum est etiam, quod si infra terminum praedictum, seu ejus prorogationem, aliquam guerram seu discordiam inter nos, successorem nostrum et ecclesiam Coloniensem, et ipsum praepositum de novo suboriri contingeret, dux et comes ac praelati praedicti assumpti vel assumendi potestatem habebant hujusmodi discordiam sedandi et pacificandi. Promisimus etiam et promittimus, nos et praepositus praedictus, quod ex nulla causa opem vel operam aut consilium ad hoc dabimus, quod castrum praedictum de manibus et potestate dictorum ducis et comitis aliquatenus medio tempore auferatur. Quae omnia et singula praemissa nos et idem praepositus, fide praestita et juramento tactis sacrosanctis interposito corporali, promisimus et promittimus per praesentes inviolabiliter tenere, facere et observare.

In cujus rei testimonium sigilla nostrum et ecclesiae Coloniensis, ex certa nostra scientia et ad petitionem nostram, praesentibus sunt appensa. Nos vero praepositus, decanus et capitulum ecclesiae Coloniensis, profitemur nos sigillum ecclesiae nostrae in testimonium praesentibus ad petitionem dicti domini archiepiscopi appendisse. Protestantes quod per hujusmodi sigilli appensionem nolumus quod, quoad ea quae nobis et aliis ecclesiis et monasteriis civitatis et dyocesis Coloniensis, per Walramum praepositum Aquensem praedictum et suos sunt ablata, et repetionem eorundem, nobis et ipsis ecclesiis et monasteriis praejudicium aliquot generetur.

Et nos Walramus praepositus Aquensis praedictus omnia et singula praemissa vera esse; et de castro et oppido Tulpetensi ita actum fore, ut praemissum est profitentes, et urvedam ac renunciationes, prout superius est expressum, simili modo facientes, ad observationem omnium praemissorum, pro nobis et nostris adjutoribus quibuscumque, de quibus posse habemus; promittentes etiam quod contra praemissa, vel aliquod praemissorum non veniemus imposterum, in toto vel in parte, super hiis fide praestita et juramento tactis sacrosanctis a nobis interposito corporali, nos obligamus in hiis scriptis, sigillum nostrum in testimonium praesentibus apponentes. Nos etiam Adolphus, comes de Monte, quia

nobis sic constat actum esse et in praesentia nostra, et amicorum nostrorum sic concordatum fore, inter reverendum patrem et dominum nostrum Sifridum archiepiscopum et Walramum praepositum Aquensem, nostrum consanguineum praedictos, sigillum nostrum hiis litteris apponi fecimus in testimonium veritatis. Datum anno Domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo Nono, in die Ascensionis Domini.

Copié sur l'original, muni de quatre sceaux, aux archives de la ville de Dusseldorf.

CCXCVI.

TRAITÉ DE PAIX ENTRE SIFROI, ARCHEVÊQUE DE COLOGNE, ET LES COMTES ÉVERARD DE LA MARCK ET OTTON DE WALDECK. 19 MAI 1289.

Nos Sifridus, Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopus, per Italiam archicancellarius, notum facimus universis has praesentes litteras inspecturis; quod inter nos ex una parte, et nobiles viros Everardum de Marca et Ottonem de Waldecge, comites, ex altera, est amicabiliter concordatum et ordinatum in hunc modum. Ita videlicet, quod omnibus dissensionibus, rancoribus et inimicitiis, inter nos ex una parte, et dictos comites et ipsorum adjutores quoscunque ex altera, tam de occisis in conflictu apud Wurrinc, et alibi ubicunque, captivis, exactionatis, dampnis, incendiis et rapinis, quam etiam de destructionibus castrorum, oppidorum et villarum, et maxime instrumentis et conventionibus, ei fidejussoribus super dictis conventionibus, ab eodem comite de Marca constitutis super castro Raffenberg, et specialiter occasione captivitatis nostrae exortis et habitis, et quidquid ex eis secutum est, per nos, pro nobis et nostris adjutoribus, consanguineis, amicis, vasallis et ministerialibus, quorum posse habemus et vice versa per dictos comites pro ipsis et eorum adjutoribus, consanguineis, amicis, vasallis et ministerialibus, quorum posse habent, est renunciatum, pure, simpliciter et spontanea voluntate, nec de cetero nos, vel successores nostri seu ecclesia Coloniensis nec nostri adjutores, consanguinei, amici, vasalli et ministeriales, quorum posse habemus, nec ipsi comites, nec eorum adjutores, consanguinei, amici, vasalli et ministeriales, quorum

posse habent, aliquam impetitionem vel vindictam faciemus seu facient super praemissis, nec contra praemissa vel aliquod praemissorum veniemus, nec ipsi venient, omni dolo et fraude penitus exclusis. Per hujusmodi autem amicabilis compositionis ordinationem, nos et ecclesia Coloniensis, et nostri adjutores, et bona et hereditates nostras redibimus et revertemur, et ipsi comites et eorum adjutores ad bona et hereditates suas redibunt et revertentur, salvis tamen nobis et ecclesiae Coloniensi et dicto Everardo comiti de Marca juribus, super advocatia et judicio Assindense. Promittimus insuper quod nos dictum comitem de Marca et suos heredes omni jure suo et gratia et bonis consuetudinibus districtibus, et dominio suo, sicut hactenus gavisus est, et ad hanc horam possedit, et adhuc possidet, permittemus gaudere, pacifice et quiete, nec aliquod castrum vel munitionem aedificabimus, seu aedificari faciemus, in terra et dominio de Marka memorati, nec vice versa idem comes de Marca castrum vel munitionem aedificabit, vel faciet aedificari, in terra et dominio nostro et ecclesiae Coloniensis. Actum est etiam, inter nos et comitem de Marca praedictum, quod Theodericus de Volmestene, miles, inclusus est cum comite de Marca compositioni antedictae. Et nos archiepiscopus omnia et singula vera esse praemissa profitentes, ad observationem dictae compositionis et amicabilis ordinationis, pro nobis et nostris adjutoribus quibuscunque, de quibus posse habemus, super hiis tactis sacrosanctis corporaliter, juramento a nobis praestito, nos firmiter obligamus per praesentes, sigilla nostrum et ecclesiae Coloniensis, ex certa nostra scientia, et ad petitionem nostram praesentibus in testimonium sunt appensa.

Et nos, decanus et capitulum ecclesiae Coloniensis, ad petitionem dicti domini nostri Sifridi archiepiscopi, sigillum nostrum profitemur praesentibus in testimonium appendisse. Et nos Everardus de Marca et Otto de Waldecge, comites predicti, omnia et singula praemissa vera esse profitentes, et Urvedam ac renunciationes prout superius est expressum facientes, ad observationem dictae compositionis amicabilis, et omnium praemissorum, prout unumquemque nostrum, seu aliquem ex nobis contingit, pro nobis, nostris adjutoribus, consanguineis, amicis, vasallis et ministerialibus, de quibus posse habemus, promittentes etiam quod contra praemissa vel aliquod praemissorum non veniemus, in toto vel in parte, nec de cetero, nos et heredes nostri, et adjutores nostri, consanguinei, amici, vasalli et ministeriales, quorum posse habemus, aliquam impetitionom vel vindictam faciemus, vel facient de praemissis, omni dolo et fraude penitus

exclusis, super hiis tactis sacrosanctis a nobis corporaliter interpositis juramentis, nos obligamus in hiis scriptis sigilla nostra praesentibus in testimonium apponentes. Datum anno Domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo Nono, in die Ascensionis Domini.

Copié sur l'original, muni de quatre sceaux, aux archives de Dusseldorf.

CCCXVII.

LETTRES D'ADOLPHE, COMTE DE BERG, SUR LES CONTESTATIONS DE SIFROI, ARCHEVÊQUE DE COLOGNE, AVEC LES HABITANS DE CETTE VILLE, POUR CERTAINS BIENS PRIS PAR CES DERNIERS A LA BATAILLE DE WOERINGEN. 26 JUIN 1289.

Universis presentes literas visuris et audituris, nos Adolphus, comes de Monte, notum facimus, quod recepto in nos compromisso, reverendi patris et domini Syfridi archiepiscopi Coloniensis ex una parte; et judicum, scabinorum, consulum et universorum civium Coloniensium ex altera, super bonis et redditibus ipsi domino archiepiscopo Coloniensi ab eisdem civibus Coloniensibus infra civitatem Coloniensem ablatis post conflictum apud Wurinc. Ita quod quidquam super his inter dominum archiepiscopum, et cives Colonienses predictos, dixerimus et pronunciavimus, hoc ipsae partes inviolabiliter servare debeant et tenere dicimus et pronunciamus in his scriptis, quod ipsi cives Colonienses ab hujusmodi bonorum et reddituum ablatione quiti sunt penitus et soluti et quod ipse dominus archiepiscopus Coloniensis super ipsis impetere non debeat neque possit eosdem in futurum. Super hoc in testimonium atque fidem presens scriptum dedimus praedictis civibus et civitati Coloniensi sigillo nostro communitum. Datum anno Domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo Nono, in crastino nativitatis beati Johannis Baptistae.

Copié sur l'original, muni du sceau du comte, aux archives de la ville de Cologne.

CCXCVIII.

CONES DE LONCHIN, CHEVALIER, RECONNAIT QUE HENRI, COMTE

DE LUXEMBOURG, LUI A ASSIGNÉ SEPT CENTS MARCS DE BRABANT POUR LES PERTES QU'IL A ÉPROUVÉ A LA BATAILLE DE WOERINGEN. 26 JUIN 1289.

Jou Cuennes de Lonchis, chevalier, faisons savoer a tous, ke com je me soie acordes et apaisiés a noble damoisel, mon chier signeur Henri, conte de Lucembourg, de touttes choses ke je devoie ou pooie demander, pour quelcunques ocoison ke ce fust, ke je, ou mi ancesseur eussent onkes a faire envers li, ou envers ses ancesseurs, juskes au jor d'hui, et especialement de touttes les perdes que je euch et pouch avoir et rechevoir en la bataille ke fu a devant Wrunch, awech mon chier signeur, mon signeur Henry, de bone memoire jadiz conte de Lusembourch, son père, et pour touttes ocoisons ke pour raison de le ditte bataille me soient avenues, soit de renchons, ou d'aultres choses quecunques kelles soient, si com il est contenuc plus plainement ens aultres letres de ce faittes, pour moi et pour Henry, mon fil cheri, et pour chiaus ki awech moi, et en mon non furent en le dicte bataille, dont li non de chiaus sont chiapres nommet, cest a savoir esciaux de Huchehais, Beuckins de la Bruiere, Wauthier de la Bruiere, ses frères, Henris Corassemolle, Arnolz Bouhring, Wynaus de Nuenrobg, Symons de Dopendale, Jehans de Tour, Gerars Campust, Ansiaus de Willoirin et Gerars de Collegru parmi siet cens marcs d'esterlins brabanchons, pour laquelle some d'argent il m'a assignet endedans la ville de Makre, si, come il est contenut plus plainement es letrés de ce faictes, je l'ai quités, et quite luy et ses hoirs a tous jours mais, pour mi et pour mes hoirs et pour tous chiaus ki en defence sont nommés, et pour lor hoirs aussi, de touttes les choses dessus dites, parmi la some et l'assignement deseurdiz. Et sil avenoit, que ja naviegne, ke Henris mes fius, deseurdiz et cidevant nomet, ou aucun ou aulcuns d'iaus, ou lor hoir, demandast ou demandassent, requesist ou requisissent riens, orre ou cha en ariere, par iaus ou par aultruy, au devant dit conte de Lusembourg, ou a ses hoirs, pour l'ocoison des choses dessus dittes je suis tenuz de quiter antierement, et de metre en pais li, et les hoirs d'iaus et de leurs hoirs, et de ce oblige je mi, et mes hoirs a luy, tous ses hoirs, pour rendre et restaublir tous cous et tous domages, ki pour l'ocoison des choses dessus dites averoyent, ou a venut seroient, a luy ou ses hoirs; et pour ce ke ce soit ferme chose et estable je pour moi, pour mon fil deseur dit, et pour mes hoirs, ay saielle ceste presente letre

de mon propre saiel, que fut faicte et donée l'an de grasce Mil deux cent IIII^{xx} et nuef, le dimenche après feste St Jehan Baptiste. Je apreuve le superscription nostre, donet le jour et an deseur dit.

Copié sur l'original, layette 8, n° 49 des Chartes de Luxembourg et au Recueil des Chartes de Luxembourg, tom 1, p. 500, conservé aujourd'huy aux archives du royaume à Bruxelles. M. Willems a également publié ce document dans l'ouvrage cité.

CCXCIX.

CONES ET HENRI DE LONCHIN, CHEVALIERS, CÈDENT A GUI, COMTE DE FLANDRE, LEUR MAISON DE LONCHIN QUE LE DUC DE BRABANT AVAIT FAIT DÉMOLIR. 29 JUIN 1289.

A tous chiaus ki ces presentes letres veront et oront, nous, li prevos, li doyens et tous li capitles de le église saint Albain à Namur, salut et conoistre veriteit. Nous faisons savoir a tous, ke nous avons les letres mon signeur Cuone de Loncyn, mon signeur Henri son fil, chevaliers, entieresment cancellés, ne en nulle partie de elles vicieuses, de leurs saiaus saelées, tenues luites et veuwes (*claires et nettes*) en teis parolles.

A tous chiaus ki ces presens letres veront et oront, nous Cuenes de Lonchin et Henris ses fius, castelains de Sprimont, chevaliers, salut et cognoistre veritei, nous faisons a savoir a tous, ke nous avons vendut a noble home, Guyon, conte de Flandre et marchis de Namur, nostre maison de Lonchin (1), ke li dux de Brebant fist abatre, et toutte le propise, ensi come elle s'estent, et si avant ke nous le tenimes, au jour ke nous le tenimes onques plus en pais, et li avons encore vendut allues, terre censaux, cens, rentes, preis, viviers, et de quant ke nous avons eus es lius devant dis, et ens es appendances, et avoir poiens, jusques au jour ke ceste letre fu donnée, et nostre vewerie (*vouerie*)

(1) Cette terre fut rachetée par les vendeurs en 1293.



ausi de Lonchin, et toutes les droitures ki a le vewerie appartienent, et avons encore vendut a noble home le conte deseur nomeit tout nostre yretage, ke nous tenons en le ville de saint Plovoir, et ens es appendences, et le blé de rente, c'on nous doit a Lumiers et tout ce ke nous avons el tonnieu ke nous tenons en le Dukeit de Lembor, ke nous soliens leveir a Henri-Capelle, et li avons encore vendut le maison de Herves et les appendences, et de quant ke nous i aviens, et avoir poiens, jusques au jour dui. Et je Henris deseur nomeis ai vendut a noble home, Guyon, conte de Flandre et marchis de Namur deseur dit, tout ce ke je ai el chastiel de Sprimont et en le terre, c'est a savoir le chastelerie et les appendences dou chastiel, et de le terre tout ce ke je y avoi, et i poioie avoir, jusques au jour ke ceste letre fut donée, hyretaulement a lui et a son hoir. Et de touttes ces maisons et ces choses devant dites doit paier li cuens deseur nomeis a nous Cuenon et Henris, chevaliers devant dis, ou a lun de nous deux, ki de ce aporteroit letres oviertes de lautre, quatre mille mars desterlins braibenchons, douze sols des sterlins pour cascun marc, ou monoie ausi vallant, et nous doit encore paier trois cens mars de la monoie deseure ditte, pour les despens ke nous avons fais et ferons en wardent les maisons deseur dittes, de le saint Remi, ki passée est novellement, jusque a le quinzaine de le saint Jehan Baptiste apries suivant. Et nous doit li cuens deseur nomeis paier la some dargent deseur ditte, dedens le quinzaine de le saint Jehan deseur nomée, a le Roche en Ardenne, et si tost ke nous serons segurement de le some dargent a avoir, ensi ke dit est, nous devons les maisons deseure dittes delivreir au conte de Flandre deseur nomeit, ou a celi ki special mandement en aporteroit a nous de par li par ses letres oviertes, et kelle heure ausi ke li cuens deseure nomeis ou ses certains mesages ki ses letres oviertes nous aportera, pour ce à faire nous requerra ke nous alons ens es cours, dont les maisons et li hiretage deseur dit muevent alier, i devons werpir l'yretage devant nomeit et le conte devant dit ahireteir, ou autrui de par li, ki de ce aporteroit ses letres oviertes, sauf ce ke li cuens devant dis ou autres de par li nous i mainst et remainst segurement, et est a savoir ke nous ne poions, ne ne devons les maisons ne les hiretages devant dis vendre ne enwagier, ne metre en autrui main, ke en le main le conte deseur nomeit, ou de celui ki ces letres oviertes aporteroit pour ce a feir, encore li devons nous delivrier touttes les letres ke nous avons de nos chiers sengneurs le duc de Lembour, ki mors est, le conte de Ghelre et de mon signeur Walerant signeur de Monioe et de Fakomon,

ki nous furent donées pour les maisons et les hiretages deseure dis, et se aucune letre en demoroit envier nous, par aventure, ki ledit conte de Flandres pois nuire, et nous aidier, nous y renonchons et volons kelle nait point de force. Et avons enconvent a tenir teile pais et teis triwes, nous et nous aiwes, ke li cuens de Flandres fera et donra au dus de Brebant, de le werre de Lembor, pour nostre chier sengneur le conte de Ghelre. Et parmi toutes ces choses deseure dittes, nous clamons quitte au conte de Flandre et au conte de Ghelre deseure nomeis, tous clains et toutes actions, ke nous aviens et avoir poiens envier iaus, jusques a ce jour dui, sauves dis marchiés de terre al esterlin par an, ke nos chiers sires li cuens de Ghelre deseure dis dona à cascun de nous deus, en fiés, et avons enconvent nous Cuenes deseure dis, ke nous ferons compteir a Elis, nostre chière feme et compaigne, teil doaire et tel droit quelle a eus es hiretages et es lius deseure dis, a lensengnement de sainte église, et ensi ke li cuens de Flandres deseure nomeis trovera a se consel, ke besoins li sera. Et nous Cuenes et Henris de Lonchin, chevaliers, deseure nomeit, prometons touttes ces choses deseure dittes a faire, et a emplir, ensi ke dit est, et de ce obligons nous, nous et nos hoirs et le nostre, en kelconques liu nous lavons et poons avoir, en kel justice ke ce soit. Et pour ce ke touttes ces choses soient fermes et estables, nous avons mis nos saiaus a ces presens letres, en tiesmongnage de veriteit, ki furent faites et donées lan de grasce Mil deus cens quate vins et nuef, le jour saint Piere et saint Poul, apostles. Et nous li prevos, li doiens et li capitles de le eglise saint Albain de Namur deseur dit, en tesmongnage ke les devant dittes letres avons tenues luites et veuwes, en le maniere ke chi deseure est escrit, avons mis nostre saiel de nostre eglise devantditte a ceste presente letre, ki fut faite en lan de grasce Mil deus cens quate vins et dis, lendemain de le saint Remi.

Copié sur l'original aux archives de Namur, chartes cotées n° 50, cap. 13, Litt. R. M. Willems a également publié ce document d'après un vidimus conservé au dépôt des archives de Lille.

CCC.

Bref du pape Nicolas IV, adressé a l'archevêque de Trèves,

POUR FAIRE CESSER L'EMPRISONNEMENT DE L'ARCHEVÊQUE DE COLOGNE, ET EMPLOYER A CET EFFET LES ARMES SPIRITUELLES. 5 AOUT 1289.

VENERABILI FRATRI ARCHIEPISCOPO COLONIENSI. Nefandae praesumptionis excessus, in personam venerabilis fratris Sifridi Coloniensis archiepiscopi, magni utique ac honorabilis ecclesiae Dei membri, per impietatis filios, iniquitatis alumnos, Johannem ducem Brabantiae, Henricum de Juliaco et Adulphum de Monte comites, ecclesiae Coloniensis vasallos, et eorum in hac parte complices et fautores temeritate damnabili perpetratus, prout ipsius ecclesiae validus clamor insinuat, et querulis famae divulgantis affatibus aperitur, nuper apostolicae sedis auditum perculit, turbavit mentem, et ejus intima quasi diri doloris aculeus sauciavit. Audivimus et enim, quod dux et comes supradicti, propriis non contenti limitibus, et temerariis ausibus data licentia, scelestisque operibus relaxatis habenis, contra fidelitatis debitum, quod eidem tenentur ecclesiae, temere venientes, conspirationem, conjurationem et confoederationem cum civibus Coloniensibus, adversus praedictos archiepiscopum et ecclesiam nequiter inierunt; et tandem praeconceptam nequitiam producentes in partum, suaeque claustra malitiae reserantes, terram ipsius ecclesiae cum armatorum multitudine copiosa hostiliter invaserunt. Cumque castrum Worinc prope civitatem Coloniensem constitutum, et ad eandem, ut dicitur, ecclesiam pertinens, ubi tunc idem archiepiscopus morabatur, arctius obsedissent, possessiones et bona ipsius ecclesiae in circumadjacentibus consistentia partibus multimodis quasi grassantibus, ac afferatis animis dissipantes, redditus, et proventus ejusdem ecclesiae ibidem inventos ignis incendio concremando; memoratus archiepiscopus tantis non indigni commotus injuriis, tantis et tam gravibus damnis, quae in conspectu ejus sibi ac eidem inferebantur ecclesiae, non immerito provocatus, ac intendens, prout spectabat ad eum, pravis illorum conatibus obviare, congregata non modica ipsius ecclesiae copia vasallorum, qui sibi super hoc favorabiliter assistebant, contra ducem, comites et alios supradictos exivit prout poterat, resistendo. Demum dux, comites et alii praelibati, suo ad malum directo proposito, et manibus extensis ad scelera in eumdem archiepiscopum, et gentem ipsius impie irruentes, ac in gentem ipsam furentibus gladiis saevientes, immaniter, illum, venerabilem utique Christi ministrum, et pontificalis dignitatis titulis

reverendum, gravibus lacessitum injuriis, saturatam probris, et afflictionibus contumeliosis affectum capere ausu sacrilego praesumpserunt, eum carceralibus vinculis temeritate damnabili mancipantes, quem adhuc detinere dicuntur taliter mancipatum, nihilominus praedictam Coloniensem ecclesiam in possessionibus, et bonis ipsius multipliciter laedere, perturbare, et opprimere non desinentes, in grandem divinae majestatis offensam, apostolicae sedis contemptum non modicum, plurimorum scandalum, et grave animarum fidelium, quarum eidem archiepiscopo cura commissa dignoscitur, detrimentum. Et quamquam per nonnullos praelatos, et alias ecclesiasticas seculares personas, qui eisdem archiepiscopo et ecclesiae super tantis gravaminibus, injuriis et jacturis pio compatiuntur affectu, penes ducem, comites, et alios saepedictos sit hactenus multipliciter laboratum, ut ipsi propriae saluti, et famae salubriter providentes, eumdem archiepiscopum pristinae restituerent libertati, ab ipsius ecclesiae turbationibus, gravaminibus, et oppressionibus abstinendo, hujusmodi tamen labores steriles et inutiles abierunt : et quod pia quaesivit instantia obtinere nequivit, detentorum ipsorum detestanda duritia obsistente. Cum itaque tam horrendae tamque superbae temeritatis audaciam, et execrabilem ac nefariam detentionis injuriam archiepiscopi memorati nolimus, sicuti nec debemus urgente nos conscientia, aequanimiter sustinere, quin ad exerendum contra tanti facinoris patratores ultionis apostolicae gladium (maxime cum publicum et manifestum existat, illos hujusmodi flagitium commisisse), prout expedit et decet procedamus : fraternitati tuae per apostolica scripta in virtute obedientiae districte praecipiendo mandamus, quatenus hujusmodi negotium, cordi nostro potissime insidens, sub promptitudine devotionis assumens, praetactos comites, eundem archiepiscopum, ut dicitur, detinentes, ex parte nostra per te, vel per alium seu alios juxta datam tibi ex alto prudentiam diligenter moneas et inducas, eis nihilominus sub excommunicationis et privationis feudorum quorumlibet, quae ab eadem Coloniensi, et aliis quibusvis ecclesiis et monasteriis tenere noscuntur, poenis, quas eo ipso praefatos comites incurrere volumus, si tuis, immo potius apostolicis monitis super hoc non curaverint efficaciter obedire; districtius injungendo, ut infra quindecim dies post monitionem hujusmodi praedictum archiepiscopum et alios secum captos, et detentos ab eis cum bonis ablatis eisdem, sublato cujuslibet difficultatis objectu, pristinae restituant libertati : et nihilominus eidem Coloniensi ecclesiae de damnis et injuriis ab eis in hac parte irrogatis eidem plenariam sa-

tisfactionem impendere non postponant. Datum Reatae, nonis augusti anno II.

Od. Raynaldus, dans ses Annales Ecclesiastici, *t.* XIV, *p.* 414 *et* 415, *publie ce document curieux qui prouve que le Saint-Père ignorait la sortie de prison de l'archevêque de Cologne, sortie qui avait eu lieu au mois de mai. Le pape adressa encore à cette occasion des brefs, de la même teneur à-peu-près, aux évêques de Strasbourg et de Worms, aux comtes Henri de Juliers et Adolphe de Berg, ainsi qu'aux habitants de Cologne; toutes ces lettres papales avaient pour but la mise en liberté de l'archevêque Sifroi.*

CCCI.

Vidimus du compromis de Jean, duc de Brabant, sur Philippe, roi de France, dans lequel il promet de se conformer à la décision que ce dernier portera sur ses débats avec Renaud, comte de Gueldre, et Gui, comte de Flandre. 15 octobre 1289.

Philippus Dei gratia Francorum rex universis ad quos presentes littere pervenerint salutem. Notum facimus quod nos cujusdam compromissi in nos facti litteras nobilis viri, Johannis ducis Brabantiae, ac nobilium quorundam aliorum infrascriptorum, sigillis, sigillatas vidimus in hec verba :

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod cum contentio esset inter nos, Johannem ducem Brabantiae, Lotharingiae et Limburgi, ex una parte, et nobilem virum, Reginaldum comitem Guelrie, ex altera, occasione ducatus seu terre Lymburgensis et tandem existente occasione hujusmodi guerra inter nos et ipsum comitem, ac sibi adherentes, auxiliante nostreque justitie favente altissimo ipsos in manus nostras concluserit, dicto comite nostris carceralibus vinculis mancipato; et dum princeps magnificus dominus Philippus, Dei gratia rex Franciae, nobiscum de liberatione dicti comitis tractaret, et de concordia inter nos et ipsum comi-

tem reformanda : nos de legalitate et benignitate ipsius domini regis confidentes, in hoc assensum praebuimus, quod idem dominus rex, nostris rationibus primitus auditis, de alto et basso ad suum beneplacitum ordinet de liberatione dicti comitis Guelrensis, et de omnibus quae ab eo petebamus, vel petere poteramus, sive pro dampnis nobis et nostris, ab eo et suis, datis per guerram, sive pro ejus redemptione, sive pro aliis causis; item de duabus insulis Boumlrewert et Tilrewert, quas durante guerra ceperamus; atque de quitatione nobis facienda de quatuor castris scilicet de Usembourc, de Sprimont, de Herves et de Wassembergue ac eorum pertinentiis, nec non de illis octo millibus et sexcentis marchis, pro quibus idem comes castrum de Wassembergue archiepiscopo Coloniensi obligavit, et de omnibus aliis obligationibus factis ab ipso comite, de ipsis castris, et eorum pertinentiis, vel aliquibus eorum, post obitum comitisse Hermengardis uxoris sue, de cujus hereditate, terra Limburgensis movebat; et generaliter de omnibus quae contentionem et liberationem praedictas, contingunt, vel possunt contingere quoquomodo. Ad hoc etiam, consensum expressum praebuimus, quod de omnibus petitionibus et querelis quas... Hollandiae, Juliacensis, de Montibus et de Cleves comites, confederati nostri, contra dictum comitem habent, vel habere possunt, seu quas idem comes habet vel habere potest, contra eos vel aliquem eorumdem. Dominus G. (Guido), comes Flandriae et nos dux Brabantiæ, de plano cognoscamus, seu ordinemus, ambo simul; prima videlicet quindena, que incipiet illa die, dequa concordabimus nos et comes Flandriae predictus, apud Gandavum, et alia quindena, nisi in prima omnia expedita fuerint apud Bruxellam, et sic de quindena in quindenam, alternatim in locis eisdem, quousque de ipsis petitionibus et querelis, per nos et comitem Flandriae fuerit finaliter ordinatum; ita tamen quod si nobis vel ipsi comiti Flandriae visum fuerit, aliquid pro expeditione hujusmodi extra loca ipsa probandum, inquirendum, audiendum, vel inspiciendum, aut aliud ob expeditionem eorum, retenta nobis determinatione principalium, faciendum, possimus, tam nos quam dictus comes Flandriae, loco nostri, ad haec personas, de quibus nobis videbitur destinare, equalitate quo ad numerum hinc inde destinandorum servanda; adiecto quod si alter nostrum duorum vacare locis eisdem, ut dictum est, expeditioni negotiorum ipsorum desereret, reliquus solus, nisi alius revocatus et per quindenam expectatus, rediret legitimo corporis impedimento cessante, ex tunc possit, ut dictum est, libere procedere et etiam diffinire. Ita tamen quod nos procurare tenemur, ea que per nos et dictum comitem Flandriae sic agentur in hac

parte a comitibus predictis, nostris confederatis, rata et firma haberi. Ceterum cum peteremus a Walerano, domino Falque-Montis, quatuor milia marcharum argenti, ratione cujusdam pene erga nos commisse, de qua, ut dicitur, dominus G. (Guido) comes Flandriae, ipsum liberare, et indempnem servare promiserat, ad instantiam dicti domini Regis, id desiderantis, ut solidior inter nos et dictum comitem Guelrensem concordia procederet, consentimus quod dictus dominus rex, auditis rationibus dicti comitis Flandriae, de ipsis quatuor milibus marchis, de alto et basso, sicut voluerit, ordinet et disponat. Preterea, ut ipsa concordia per dictum dominum regem ordinanda pleniorem sortiatur effectum, ad ejusdem domini regis instantiam de omnibus discordijs, interpresuris, controversiis et querelis, ortis vel habitis inter nos et dictum comitem Flandriae, usque in hodiernum diem, promittimus stare dicto seu ordinationi domini Guillielmi nati ejusdem comitis Flandriae et Godefridi germani nostri predilecti, militum, in quos quantum ad hoc compromittimus de alto et basso; qui si fuerint discordes, discordiam referat dicto domino regi, tertio a nobis et ipso comite Flandriae communiter electo. Et valebit quidquid ipse dominus rex cum altero duorum ordinabit, consentimus preterea, quod si a dicto vel ordinatione dicti domini regis, resiliremus vel contraveniremus aliquo tempore, quod absit, ipso facto perdamus valorem totius terre, quam in regno Franciae ab ipso domino rege, vel alijs dominis, tenet dictus comes Guelrensis, videlicet, pro singulis centum libratis terre seu redditus mille libras; promittentes per juramentum nostrum, super hoc ad sancta Dei Ewangelia sponte prestitum, et sub pena sexaginta millium marcharum argenti, ad marcham Coloniensem, solvenda dicto comiti Guelrensi, si ex parte nostra commissa fuerit, quod illa omnia et singula, que dominus rex predictus dicet vel ordinabit, sive de restituendo eidem comiti dictas insulas, sive de liberando ipsum comitem, sive de quittando eum de dampnis predictis, tenebimus, adimplebimus et observabimus, inconcusse. Obligantes ad praedicta et ad alia, que dicet et ordinabit dictus dominus rex, tenenda, servanda et complenda, nos, heredes et successores nostros, et omnia bona nostra, mobilia et immobilia, presentia cum futuris. Promittimus etiam per juramentum predictum tenere, servare, et adimplere, quicquid per dominum Guillelmum, natum comitis Flandriae, et Godefridum, germanum nostrum, aut per dictum dominum regem, cum eorum altero, si ipsi discordes fuerint, dictum vel arbitratum fuerit, de discordiis, interpresuris, controversiis et querelis ortis et habitis inter nos et dictum comitem Flandriae, usque in hodiernum diem de quibus est in

ipsos a nobis et dicto comite Flandriae compromissum. Item quicquid ipse dominus rex ordinaverit de quatuor milibus marchis, quas a domino Falquemontis, ut supra dictum est, petebamus. Ad hoc nos Robertus dux Burgundiae, Aymondus filius regis Angliae, Henricus comes Sancti Pauli, Guido et Jacobus, milites, ejus fratres, Johannes comes Drocensis Philippus primogenitus comitis Atrebacensis et Godefredus frater ducis Brabantiae, miles, nos et quilibet nostrum, principaliter et in solidum constituimus et ponimus nos debitores et factores, pro dicto duce Brabantiae, de predictis restitutionibus et quittationibus, si dominus rex ordinaverit faciendis, sub dicta pena, sexaginta millium marcharum predictarum; obligantes ad hoc quilibet nostrum in solidum, nos, heredes et successores nostros, et omnia bona nostra, mobilia et immobilia, presentia et futura; hoc adiecto, quod si, dictus dux Brabantiae ab ordinatione dicti domini regis resilierit, aut contravenerit, in aliquo ejus pertinacia durante, nullum ei adjutorium, consilium, vel favorem occultum aut manifestum, de personis nostris, vasallis, hominibus aut amicis, fortalicijs, pecunijs, sive victualibus, aut alijs quibuscumque contra prefatum comitem impendemus; et si contrarium faceremus, volumus et requirimus, quod predictus dominus rex, per ea quae sub ejus habemus dominio a talibus nos coarcet; volumus etiam quod, si nos omnes predicti, qui nos pro dicto duce constituimus in hujusmodi nostra non apponamus sigilla presentibus, nihilominus illi nostrum, quorum in hijs sigilla fuerint appensa, remaneant, eorum quilibet in solidum, ad omnium praemissorum, sicut predictum est, observantiam efficaciter obligati. In quorum testimonium et firmam observanciam premissorum, nos predicti, Johannes dux Brabantiae, Robertus dux Burgundiae, Aymundus filius regis Angliae, Henricus comes Sancti Pauli, Guido et Jacobus, milites, ejus fratres, Johannes comes Drocensis Philippus primogenitus comitis Atrebacensis, et Godefridus frater ducis Brabantiae, miles, presentibus litteris nostra fecimus apponi sigilla. Actum Parisiis die sabbati post festum beati Dionisii, anno Domini Millesimo Ducentesimo Octogesimo Nono. In cujus visionis nostre testimonium, presenti transcripto nostrum fecimus apponi sigillum, actum Parisiis, dominica in octabis dicti festi beati Dionisii, anno predicto.

Copié sur le vidimus original conservé aux archives de Brabant; ce vidimus, revêtu du sceau du roi, est conservé aujourd'hui

aux Archives générales du royaume à Bruxelles. Il existait également une copie de ce document aux archives de la Gueldre. Voyez aussi le Codex diplomaticus qui accompagne la Chronique de J. Van Heelu.

CCCII.

VIDIMUS DU COMPROMIS DE RENAUD, COMTE DE GUELDRE, SUR PHILIPPE, ROI DE FRANCE, TOUCHANT SES DIFFÉRENDS AVEC LE DUC DE BRABANT POUR LA POSSESSION DU DUCHÉ DE LIMBOURG. 15 OCTOBRE 1289.

Philippus Dei gratia Franciae rex. Notum facimus nos quoddam compromissum sigillis nobilium virorum R. Guelrensis, G, Flandrensis, J. Dompni-Martini et R. Nivernensis comitum et aliquorum denominatorum in eo sigillatum in hec verba vidisse:

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod cum contencio esset inter nos Reginaldum comitem Guelrensem, et Johannem, ducem Brabantiae et Lotharingiae, occasione ducatus seu terre Limburgensis, et tandem existente occasione hujusmodi, guerra inter nos et ipsum ducem, dominus, sicut sibi placuit, nos ab eodem duce capi permiserit, et ejus carceri mancipari, tractante magnifico principe domino nostro domino Philippo, serenissimo rege Franciae, cum ipso duce, super liberatione nostra, et concordia inter nos et ipsum ducem reformanda, nos de legali mansuetudine ipsius domini regis confidentes, in hoc spontaneum consensum praebuimus, quod idem dominus rex, rationibus nostris primitus auditis, de alto et basso ordinet ad suum beneplacitum, de omni jure quod habemus vel habere possumus aut debemus in ducatu seu terra Limburgensi, et ejus pertinentiis, et super liberatione nostra, et omnibus que a nobis petit vel petere potest praefatus dux Brabantiae, sive pro dampnis ei et suis per guerram datis a nobis, sive pro redemptione nostra, sive pro aliis causis, atque nominatim et expresse de quitatione facienda, si domino regi videatur, dicto duci de quatuor castris et eorum pertinentiis, scilicet de Usembourc, de Spremont, de Herves et de Wausembergue et de tota terra seu ducatu Limburgensi, nec non de illis octo milibus et sexcentis marchis, pro quibus castrum de Wausembergue

obligavimus, archiepiscopo Coloniensi, ac de omnibus aliis obligationibus factis a nobis, de ipsis castris et pertinentiis, aut aliquibus eorundem post obitum comitisse Hermengardis, conjugis nostre, de cujus hereditate terra Limburgensis movebat, et generaliter de omnibus quae ipsam contencionem et nostram liberationem contingunt vel contingere possunt quoquomodo. Ad hoc etiam consensum expressum et liberum praebuimus, quod de omnibus petitionibus et querelis, quas Hollandensis, Juliacensis, de Montibus et de Cleves, comites, confederati dicti ducis, contra nos habent vel habere possunt, seu quas habemus vel habere possumus contra eos vel aliquem eorundem, dilectus socer noster G. (Guido) comes Flandriae, et supra memoratus dux Brabantiae, de plano cognoscant et deffiniant seu ordinent. ambo simul prima videlicet quidena, que incipiet illa die, de qua comes Flandriae et dux praedicti concordabunt apud Gandavum, et in alia quindena, nisi in prima omnia expedita fuerint, apud Brussellam, et sic de quindena in quindenam alternatim, in locis eisdem, quo usque de ipsis petitionibus et querelis fuerit per eos finaliter ordinatum. Ita tamen, quod si eis visum fuerit, aliquid pro hujusmodi expeditione, extra loca ipsa probandum, inquirendum, audiendum, inspiciendum, vel aliud ob expeditionem eorum, retenta sibi principalium determinatione, faciendum possint, tam comes quam dux prefati, loco sui personas alias, de quibus sibi videbitur destinare, equalitate quo ad numerum hinc inde, destinandorum servanda; adiecto, quod si alter eorum, scilicet comitis Flandriae et ducis, expeditioni negotiorum ipsorum vacare locis eisdem, ut dictum est, desereret reliquus solus nisi alius revocatus, et per quindenam expectatus, legitimo corporis impedimento cessante rediret, ex tunc possit procedere, ut dictum est, libere et etiam deffinire. Ita tamen quod dux ipse procuret ea, que per eos sic agentur a predictis suis confederatis comitibus rata et firma haberi. Consentimus praeterea, quod si a dicto vel ordinatione dicti domini regis resiliremus, nec contraveniremus aliquo tempore, quod absit, totam terram quod in regno Franciae sive ab ipso domino rege, sive ab aliis tenemus, perdamus ipso facto, atque ex tunc de omni hujusmodi teneura, tam ipse dominus rex, quam alii domini in hominem recipiant dictum ducem. Promittentes per juramentum nostrum super hoc ad sancta Dei Ewangelia sponte prestitum, et sub pena sexaginta millium marcharum argenti, ad marcham Coloniensem, solvendarum dicto duci, si ex parte nostra commissa fuerit, quod illa omnia et singula, que dominus rex dicet, vel ordinabit, sive de quittando jure ducatus aut terre Lymburgensis et pertinentiarum ejus, sive de quittando predictis quatuor castris

et pertinentiis eorundem, sive de solutione octo millium et sexcentarum marcharum predictarum, sive etiam de amovendis obligationibus factis, et oneribus impositis a nobis, post mortem uxoris nostre predicte, tenebimus, adimplebimus et observabimus, illo moderamine adhibito, quod pena committatur pro solutione medietatis dictarum octo millium et sexcentarum marcharum, si facta non fuerit termino constituto et pro solutione alterius medietatis non debeat committi. Item ut committatur, nisi liberaremus ea castra in terminis constitutis, ab obligatione mille et ducentarum marcharum debitarum preposito Aquensi. Item de obligatione sexcentarum marcharum debitarum Geraldo de Juliaco. Item de obligatione centum marcharum debitarum domino Sybresk de Dondecre. Pro aliis vero obligationibus non debeat committi. Sed si obligationes perpetuarum pensionum vel redditnum appareant, quas non possimus commode removere, tenebimur reddere dicto duci, pro singulis denariis perpetui redditus decem denarios, in pecunia numerata. Obligantes ad predicta tenenda, servanda et complenda, nos, heredes et successores nostros, et omnia bona nostra, presentia et futura.

Ad haec, nos Theobaldus Belvacensis, et Johannes Trecensis, episcopi, Guido, comes Flandriae, Johannes, comes Dompni-Martini, Johannes, comes Rouciaci, Johannes, dominus Pinquigneii, Johannes castellanus de Lens, Guillelmus et Engerrannus ejus fratres, Johannes comes Albemalle, Guillelmus dominus de Fiennes, Baldoinus filius comitis Guynensis, Baldoinus frater dicti comitis Guynensis, Gerardus de Boubert, Johannes, dominus de Haveskerke, Johannes, dominus de Kerki, Johannes, dominus de Clexe, Theobaldus de Frya, Guillielmus Crispini, Johannes Crispini, dominus de Renty, Guido de Nigella, Guillelmus dominus de Leaune, Henricus de Fieffes, Egidius de Hauskerke, Guillelmus de Planka, dominus de Heuchin, Philippus de Kerki, Guillelmus dominus de Kajen, Reginaldus de Fria, Mathias de Fria, Johannes de Vervin, Johannes dominus de Colebert, Ansellus de Kajen, Matheus de Kajen et Guillelmus de Kajen, dominus de Senarponte, milites, Guido Buticularius et Gaufridus de Lesignano, armigeri, constituimus nos et quemlibet nostrum principaliter et in solidum debitores et factores pro dicto comiti Guelrensi, de dictis quittationibus castrorum et pertinentiarum et solutionibus marcharum, si dominus rex ordinaverit faciendum, sub dicta pena sexaginta milium marcharum predictarum. Obligantes adhuc quilibet in solidum nos, heredes nostros et omnia bona nostra, presentia et futura. Constituimus etiam nos sub eadem obligatione quilibet in solidum pro dicto comite Guelrensi, tamen absque

pena sexaginta milium marcharum predictarum, super amovendis, eo modo quo supra dictum est, dictis obligationibus pensionum perpetuarum et reddituum, si quae imposterum apparebant. Hoc adiecto, quod si dictus comes Guelrensis ab ordinatione dicti domini regis resilierit, aut contravenerit in aliquo ejus pertinacia durante, nullum ei adjutorium, consilium vel favorem, occultum vel manifestum, de personis nostris, vasallis, hominibus aut amicis, fortalitiis, pecuniis sive victualibus, aut aliis quibuscumque, contra prefatum ducem impendemus. Volumus etiam et in hoc consentimus expresse, quod, licet omnium nostrorum predictorum sigilla presentibus litteris forsitan non appendeant. Illi nichilominus de nobis, quorum sigilla presentibus invenientur appensa, ad predicta prout expressa sunt, quilibet in solidum principaliter et efficaciter, modo predicto, remaneant obligati. Nos etiam Robertus, primogenitus dicti comitis Flandriae, comes Nivernensis, Guillelmus ejusdem comitis filius, et Johannes dominus Dampnepetre, approbantes omnia supradicta, promittimus, quod si dictus comes Guelrensis ab ordinatione dicti domini regis resilierit, aut contravenerit, vel eam non adimpleverit, eidem in pertinacia duranti, nullum adjutorium, consilium vel favorem, manifestum vel occultum, de personis nostris vasallis, hominibus aut amicis, fortaliciis, pecuniis aut victualibus sive aliis quibuscumque, adversus ducem Brabantiae impendemus. Quod si nos Belvacensis et Trecensis episcopi, comes Flandriae, comes Dompni-Martini, comes Nivernensis et alii predicti vel aliqui nostrum, contrarium faceremus adjutorium, consilium vel favorem, aliquo de predictis modis, dicto comiti Guelrensi ab ordinatione dicti domini regis resilienti aut contravenienti, aliquatenus impendendo, volumus et requirimus, quod predictus dominus rex, per ea, quae sub ejus habemus dominio a talibus nos coarcet. In quorum omnium testimonium, nos Reginaldus Guelrensis, Guido Flandriae, Johannes Dompni-Martini, Johannes Rouciaci, et Robertus Nivernensis comites, Theobaldus Belvacensis et Johannes Trecensis episcopi, Johannes comes Albelmalle, Johannes dominus Pinquigneii, Johannes castellanus de Lens, Guillelmus et Engerrannus ejus fratres, Guillelmus dominus de Fiennes, Baldoinus filius comitis Guynensis, Baldoinus frater dicti comitis Guynensis, Geraldus de Boubert, Johannes dominus de Haveskerke, Johannes dominus de Kerki, Johannes dominus de Clexe, Theobaldus de Frya, Guillelmus Crespini, Johannes Crespini, dominus de Remy, Guido de Nigella, Guillelmus dominus de Leaune, Henricus de Fieffes, Egidius de Haveskerke, Guillelmus de Planka dominus de Heuchin, Philippus de Kerki, Guillelmus

dominus de Kajen, Reginaldus de Fria, Matheus de Fria, Johannes de Vervin, Johannes dominus de Colebert, Ansellus de Kajen, Matheus de Kajen, Guilielmus de Kajen dominus de Senarponte, Guillelmus filius comitis Flandriae et Johannes dominus de Dompna-Petra, milites, Guido butticularius, et Gaufridus de Lesignano, armigeri, predicti, presentibus litteris nostra fecimus apponi sigilla. Actum Parisiis, die sabbati post festum beati Dyonisii, anno Domini Millesimo Ducentesimo Octogesimo Nono. In cujus visionis testimonium presenti transcripto nostrum fecimus apponi sigillum. Actum die Dominica Parisiis in octavis festi predicti beati Dyonisii anno predicto.

Copié sur le vidimus original, muni du sceau du roi de France, aux archives de Brabant. Ce document, conservé aujourd'hui aux archives générales du royaume à Bruxelles, existait également aux archives de la Gueldre. Voyez également la Chronique de Van Heelu, loc. cit., p. 505.

CCCIII.

GUI, COMTE DE FLANDRE, DÉCLARE REMETTRE A LA DÉCISION DU ROI DE FRANCE, SES CONTESTATIONS AVEC LE DUC DE BRABANT. 15 OCTOBRE 1289.

Nos Guido, comes Flandriae, marchio Namurcensis, notum esse volumus omnibus praesentes litteras inspecturis, quod cum Johannes, dux Brabantiae et Lotharingiae, a nobili viro Walerano, domino Falquemontis, peteret quatuor millia marcarum, ratione cujusdam poenae erga ipsum ducem ut asserebat comissae, nobis dicentibus contrarium, qui dictum dominum Falquemontis ab ipsa poena liberare et indemnem servare tenebamur, tandem ad instanciam carissimi domini nostri Philippi, Dei gratia regis Francorum, intendentis, per hoc tractatam, inter dominum ducem Brabantiae, et Reginaldum, comitem Guelriae, generum nostrum, concordiam solidiorem effectum sortiri, consentimus, quod idem dominus rex, auditis prius rationibus nostris, de ipsis quatuor millibus marcis de alto et basso, sicut voluerit, ordinet et disponat. Caeterum ut ipsa concordia, per eumdem dominum regem ordinanda, pleniorem habeat

effectum, instante ipso domino rege, de interpresuris ortis, habitis seu factis, per nos et gentes nostras in terra Brabantiae, vel per dictum ducem et gentes suas, in terris nostris Namurcensis et de Alost, promittimus, per juramentum nostrum, ad sancta Dei ewangelia praestitum, tenere servare et adimplere quicquid per Guilielmum, natum nostrum, et Godefridum, germanum dicti ducis Brabantiae, dictum vel arbitratum fuerit de interpresuris praedictis, de quibus est in ipsos a nobis et dicto duce compromissum. Si vero discordes fuerint dicti Guilielmus et Godefridus, discordiam suam debent ad dominum regem Francorum portare, et ejus sequi consilium super his terminandis. Item quidquid ipse dominus rex ordinabit de quatuor millibus marcis, quae a domino Falquemontis, ut supra dicitur, petebantur. Item sub eodem juramento promittimus restituere dicto duci, si domino regi visum fuerit, castra de Herves et de Sprimont, quae in manu nostra tenemus. Nos enim, pro praedictis tenendis, observandis et complendis, eidem duci obligamus nos, heredes et successores nostros, et omnia bona nostra, praesentia et futura; volentes et requirentes dominum regem Francorum, quod ad ea sic tenenda et complenda, si opus fuerit, nos compellat. In cujus rei testimonium praesentes litteras sigillo nostro fecimus sigillari. Actum Parisiis, sabbato post festum beati Dyonisii, anno Domini MCC Octogesimo Nono.

Copié sur le vidimus original, muni du sceau du roi de France, aux archives du Brabant.

CCCIV.

DÉCISION DE PHILIPPE LE BEL, ROI DE FRANCE, ARBITRE DES DIFFÉRENDS DU DUC DE BRABANT ET DU COMTE DE GUELDRE, QUI ADJUGE AU PREMIER LE DUCHÉ DE LIMBOURG, ET FIXE LEURS CONTESTATIONS. 15 OCTOBRE 1289.

Philippus Dei gratia Francorum rex. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod cum inter nobiles viros, Johannem Brabantiae, Lotharingiae et Limburgi ducem ex una parte, et Reginaldum comitem Gelriae ex altera, gravis fuisset, ratione ducatus Limburgensis, orta contentio, et existente guerra inter eos occasione hujusmodi, Deus, cujus

sunt occulta judicia, praefatum comitem ad ipso duce capi permisisset, ac ejus vinculis carceralibus mancipari; post diversos tractatus per nos interpositos, quibus liberationem dicti comitis procurare, ac pacem et concordiam inter eos solidam reformare tentavimus, ipso comite, datâ hinc inde treugâ, de permissione dicti ducis in manu nostra existente, tandem ipsi bonorum omnium actori placuit, eorum cordibus inspirare, quod in nos, super omnibus et singulis dictam contentionem et liberationem praedicti comitis quomodolibet tangentibus, compromiserunt, de alto et de basso, et ad pleniorem viam pacis habendam, dilectus et fidelis noster Guido, comes Flandriae, marchio Namurcensis, super prestatione quatuor millium marcharum argenti, quas a Walerano, domino Falquemontis, dux Brabantiae ratione cujusdam poenae sibi commissae, ut dicebat, petebat, de qua poena, dictus comes Flandriae, ipsum Waleranum liberare promiserat et indemnem, ut dicebatur, servare, cum huius poenae prestatio dictam contentionem tangere videretur, in nos similiter compromisit, promittentes tam ipse comes Flandriae, quam memorati dux et comes Gelriae, tenere, servare et complere, quidquid super hijs, et eorum singulis ordinandum aut dicendum videremus, sub omnium suorum bonorum obligatione, juramentis solempniter appositis, et alijs cautionibus competentibus adiectis, deinde utrorumque rationibus auditis, et nobis informatis de omnibus de quibus erat in hac parte informatio habenda, tandem praefatis duce et comitibus, sabbatho ante festum beati Lucae evangelistae, anno Domini M CC LXXXIX, Parisiis, in praesentia nostrâ constitutis, et ab ipsis collatâ in nos ab ijsdem potestate prorogatâ, ad ea omnia quae dictum nostrum continet, etiam si de aliquibus eorum non sit in compromissis facta mentio expresse, dictum nostrum seu ordinationem nostram protulimus in hunc modum. Dicimus et ordinamus, Reginaldum, comitem Guelriae esse de carcere seu prisione ducis Brabantiae liberandum, et eum penitus liberamus, subsequenter interrogavimus ipsum comitem, si ipse ratum habebat compromissum, ab eo, ut praemittitur, in nos factum, et quidquid exinde actum erat, qui statim respondit a carcere liberatus, quod id ratificabat et in omnibus approbabat. Item dicimus et ordinamus, quod dictus comes Guelriae quittet in perpetuum dicto duci, quicquid juris habet vel habere potest in ducatu seu terra Limburgensi et ejus pertinentiis. Item dicimus et ordinamus, quod dictus comes Guelriae expressè quittet in perpetuum eidem duci, castra de Usemborch, deWassenbergue, de Herves et de Sprimont, et eorum pertinentias, et quod hoc statim significet archiepiscopo Coloniensi per

litteras suas patentes. Item dicimus et ordinamus : quod idem comes Guelriae de illis octo millibus marchis et sexcentis marchis Coloniensibus, pro quibus obligavit idem comes castrum de Wassenbergue archiepiscopo Coloniensi, solvat dicto duci quatuor millia marcarum et trecentas marchas Colonienses, in instantibus octavis Omnium Sanctorum apud Brussellam; et de aliis quatuor millibus et trecentis marchis, liber et immunis idem comes existat. Item dicimus et ordinamus, quod comes Guelriae castra de Usemborch et de Wassenbergue cum eorum pertinentiis, liberet ab obligatione et onere mille et ducentarum marcharum debitarum praeposito Aquensi et sexcentarum marcharum debitarum Gerardo de Juliaco et centum marcharum debitarum Sybresk de Dondecre, militi, solvendo infra proximo futurum festum Nativitatis sancti Johannis Baptistae, ipsas summas marcharum dictis creditoribus, vel ipsi duci Brabantiae, et sic comes Guelriae immunis ab hujusmodi liberatione remanebit. Item dicimus et ordinamus, quod si inventum fuerit, quod dictus comes Guelriae oneraverit aliquibus redditibus vel concessionibus perpetuis, castra de Usemborch, de Wassenbergue, de Herves et de Sprimont, vel eorum pertinentias, aut eorum aliquid, vel inde quidquam alienaverit post decessum comitissae Hermengardis, quondam uxoris suae, tenetur inde facere restitutionem dicto domino duci, saltem pro singulis denariis perpetuae concessionis, vel perpetui oneris, decem denarios in pecunia numerata; et quod ea teneatur liberare de aliis debitis seu pensionibus, ad vitam vel ad certum tempus, si quae sint, impositis, post obitum predictae comitissae. Item dicimus et ordinamus, quod praefatus dux Brabantiae ab omnibus damnis et offensis, per ipsum aut suos dicto comiti vel suis per guerram datis et illatis, immunis sit perpetuo et quictus. Item : quod comes Gelriae reddat dicto duci villam suam de Tiele, in statu in quo nunc est, quae fuit per guerram destructa. Item dicimus et ordinamus, quod comes Guelrensis ab omnimoda prestatione et redemptione pro sua liberatione solvenda, in perpetuum absolutus et immunis existat, et similiter de damnis et offensis datis dicto duci Brabantiae, et suis per ipsum comitem Guelrensem et per suos guerra durante. Item dicimus et ordinamus, quod dux Brabantiae eidem comiti restituat duas insulas scilicet : Bumlerwert et Tilerwert, quas ipse post motam contentionem, super ipsum comitem coepit, salvo duci homagio suo pro ipsis, et hoc salvo, quod idem dux infra instans festum Nativitatis Domini, diruere valeat, se sibi placuerit, castrum vocatum Driele, quod in praedicta insula de Bomlerwert, postquam venit ad manum suam, construxit. Preterea dicimus et ordinamus, quod dictus comes Flandriae

solvat dicto duci apud Brussellam, infra instantes octavas Omnium Sanctorum, quatuor millia marcharum, quas dux Brabantiae a Walerano, domino Falquemontis pro poena, ut dictum est, petebat, et eis sic solutis, idem dominus Falquemontis ab earum prestatione sit immunis. Item, quod dictus comes Flandriae reddat et deliberet dicto duci, infra ipsas octavas, dicta castra seu domos de Herves et de Sprimont, sicut ea tenet, ita tamen, quod ipse dux Brabantiae, tenetur, infra Nativitatis Domini, solvere dicto comiti Flandriae, totum pretium quo Cono de Lonchin, miles, hereditatem suam, scilicet Lonchin, cum pertinentiis suis, vendidit ipsi comiti Flandriae, vel permittere quod idem comes Flandriae, vel illi quibus ipse dictam hereditatem tradet, eam pacifice teneant, salvo jure suo. Item dicimus et ordinamus, quod si inter dictum ducem Brabantiae et comitem Gelriae, concordia et pax firma, et quod beni de cetero sint amici, et quod sibi invicem remittant omne odium et rancorem, et quod in pace hujusmodi includantur omnes confoederati, hinc inde, et nominatim ex parte dicti ducis praedicti Hollandiae, de Montibus, Juliacensis, de Clevis, ac de La Marcka, comites, et homines de Colonia et de Aquis: et ex parte comitis Guelrensis, dictus dominus Falquemontis, et quod si illi de Colonia et de Aquis vel eorum aliqui, habent petitiones vel querelas adversus comitem Guelrensem, vel idem comes quas habeat adversus eos, vel eorum aliquem, de hiis sit in ordinatione comitis Flandriae et ducis praedictorum. Retinemus insuper nobis potestatem declarandi, interpretandi, et perficiendi, omnia et singula de praemissis, nostro dicto et ordinatione hujusmodi contentis, si in eis dubietas vel obscuritas emergat. Praecipientes ut si essent coram nobis aliqui, qui ad homagium, ratione ducatus Lymburgensis tenerentur, illud duci Brabantiae exhiberent; ad quod praeceptum dictus dominus de Falquemontis, de licentia dicti comitis Guelriae, statim fecit coram nobis homagium dicto duci pro hiis quae tenet de ducatu Limburgensi, quam ordinationem seu dictum nostrum, sicut superius continetur; tam ipse dux Brabantiae quam dictus comes Guelrensis, atque comes Flandriae, quatenus eum tangit, acceptaverunt, laudaverunt, et approbaverunt penitus et expresse, coram nobis, quitationes et promissiones per nos superius ordinatas, hinc inde facientes ibidem, et dantes sibi invicem osculum, in signum reformationis, amoris et pacis, omnem rancorem et odium sibi hinc inde dimiserunt: ipso comite Guelriae dicto duci pro terra, quam de feudo ejus tenet, homagium solitum faciente. Actum fuit praeterea de utriusque partis assensu, quod illa debita, quae debentur a dicto duce Brabantiae, homi-

nibus terrae dicti comitis Guelriae, vel ab ipso comite, hominibus terrae praedicti ducis, recuperentur et peti possint; indeque procedat executio justitiae ac si nulla guerra fuisset. Item quod omnes illi, qui sua feuda vel terras dimiserunt, aut quitaverunt, ut ipsum comitem Guelriae, vel ducem Brabantiae juvarent, ea omnino recuperent, et ad eorum quemlibet, sua hereditas revertatur. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, praesentibus litteris sigillum nostrum fecimus apponi. Actum Parisiis, sabbatho ante festum B. Lucae Evangelistae, anno Domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo Nono, supradictis, mense octobri.

Ex originali archiviis Gelriae. Inferius pendebat sigillum cerae viridis, praeferens rectâ facie effigiem regis Franciae sedentis, cum hac inscriptione in circumferentia : PHILIPPUS DEI GRATIA FRANCORUM REX. *Contra sigillum prefert scutum continens ducem lilia, quatuor, tria, duo et unum. Appendet filis byssinis viridis et rubri coloris, per pergamenum transfixis. Extat etiam, sed mendosè, apud Butkens*, Trophées de Brabant, tom. 1, preuv. p. 123. *Dumont,* Corps de diplom., tom. I, p 268; Recueil des traités de paix, tom. I, p. 103.

CCCV.

RENAUD, COMTE DE GUELDRE, APPROUVE LA DÉCISION PRÉCÉDENTE ET PROMET DE L'OBSERVER. 15 OCTOBRE 1289.

Nos Raynaldus, comes Guelriae, notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos litteras magnifici principis domini Philippi, Dei gratia serenissimi Francorum regis, vidimus ad tenorem qui sequitur: *Philippus Dei gratia Francorum rex, notum facimus tam praesentibus quam futuris, quod cum inter nobiles viros Johannem Brabantiae, Lotharingiae et Limburgi ducem ex una parte, et Reginaldum comitem Guelriae ex altera, gravis fuisset ratione ducatus Lymburgensis orta contentio, et existente guerra inter eos occasione hujusmodi, deus, cujus sunt occulta judicia, praefatum comitem ab ipso duce capi permisisset, etc. . . . Actum Parisiis sabbatho ante festum B Lucae evangelistae anno Domini M CC LXXXIX*

supradicti (lege supradicto) *mense octobri*. . . . Nos autem supranominatus comes Guelrensis, omnia et singula contenta in supradicto dicto et ordinatione regis supradicti, ratificantes et approbantes, ea sicut superius sunt expressa tenere, servare et complere, ac in nullo contravenire in futurum promittimus, sub juramento et obligatione praedictis, et ad majorem eorum firmitatem, et in testimonium praemissorum, praesentes litteras sigilli nostri fecimus impressione munire. Acta fuerunt haec Parisiis anno et mense supradictis.

Extat apud Butkens, loc. cit., p. 124.

CCCVI.

Renaud, comte de Gueldre, renonce au duché de Limbourg et a toutes ses dépendances, et délie les vassaux du serment de fidélité qu'ils lui avaient prêté. 15 octobre 1289.

Universis ad quos praesentes litterae pervenerint. Nos Raynaldus comes Gelriae notum facimus universis, quod nos existentes compos rerum et corporis, omni juri quod in ducatu et terrae Lymburgensi, in castro videlicet et oppido de Lymburgh, in Sprimont, Rode, Wassemberch, Usenborch (*Duysborch*), et ceteris omnibus ejus attinentiis, in omnibus fidelibus, ministerialibus, et vasallis habuimus ac habemus, aut nos habere forsitan putabamus, quocumque modo tale jus nobis fuerit acquisitum, ad opus et usus illustris principis domini nostri Joannis Lotharingiae, Brabantiae et Limburgi ducis ac haeredum suorum, perpetualiter renuntiamus, et nos renuntiasse confitemur, pure et simpliciter, per praesentes omne jus hujusmodi ad ejusdem domini nostri ducis manus et dominium reportantes, quod etiam de nobis transferimus in eundem; in his omnibus nullo nobis jure penitus reservato. Rogantes immo volentes, ut omnes ad praedictum ducatum Lymburgensem et ad praedicta loca, et ad eorum attinentia pertinentes, ipsi domino nostro duci et ejus haeredibus obtemperent in his perpetuo, et obediant reverenter. Praeterea omnes fideles, vasallos, homines sive ministeriales ad praedictum ducatum et loca praedicta et eorum attinentia pertinentes qui nobis fecerunt homagium, ab hujusmodi homagio, fidelitate et juramento nobis factis, absolvimus et absolutos esse praesentibus denuntiamus; rogantes et volentes, ut ipsi

domino nostro duci homagium et fidelitatem faciant, et sint ei tanquam suo vero dominio in omnibus obedientes. In quorum omnium testimonium, fidem et robur, perpetuo valiturum, nos supra dicto domino nostro duci et ejus haeredibus praesens instrumentum sigillo nostro dedimus communitum. Actum et datum sabbatho ante festum S. Lucae anno MCCLXXXIX.

Extat apud Butkens, loc. cit, p. 125.

CCCVII.

RENAUD, COMTE DE GUELDRE, DÉLIE LES CITOYENS DE LA VILLE DE DUISBOURG DE LEUR SERMENT. 15 OCTOBRE 1289.

Raynaldus, comes Gelriae, prudentibus viris, suis dilectis, judicibus scabinis, consulibus, magistris civium et civibus de Usenborch (*Duysborch*) universis, salutem et omne bonum. Quoniam nos de proximorum et amicorum nostrorum consilio, cum magnifico principe domino nostro, Joanne Lotharingiae, Brabantiae, et Lymburgi duce totaliter reconciliati sumus, quod pro grato gerimus et accepto, nos omni juri quod in ducatu Lymburgensi et apud vos de Usenborch et in eis attinentiis habuimus seu habemus, ad opus et usus dicti domini nostri ducis et haeredum suorum renuntiamus, et nos renuntiasse praesentibus confitemur, cedentes ei locum nostrum, et praedictum jus de nobis transferimus in eundem, instantius vos rogantes, quatenus ipsi domino nostro duci pareatis in omnibus reverenter; nos enim vos singulos et universos, a fidelitate et homagio seu juramento quod vel quam nobis praestitistis absolvimus pure et simpliciter, et vos ab his absolutos praesentibus proclamamus. In cujus rei testimonium, nostrum sigillum praesentibus est appensum. Actum et datum Sabbatho ante festum B. Lucae evangelistae, anno Domini M CC LXXXIX.

Extat apud Butkens, loc. cit, ibid.

CCCVIII.

RÉNONCIATION PARTICULIÈRE DE RENAUD, COMTE DE GUELDRE,

AU CHATEAU ET AU TERRITOIRE DE WASSEMBERG, AINSI QU'A LA TENEUR DES CONVENTIONS FAITES A L'ÉGARD DE CE CHATEAU AVEC SIFROI, ARCHEVÊQUE DE COLOGNE. 15 OCTOBRE 1289.

Universis ad quos presentes litterae pervenerint, nos Raynaldus, comes Gelriae, notum facimus universis, quod nos existentes compos rerum et corporis, omni juri quod in terra de *Wassemberg*, in castro ibidem, et in eorum attinentiis, omnibus et vasallis habuimus aut habemus, aut nos habere forsitan putabamus, quocumque modo tale jus nobis fuerit acquisitum, ad opus et usus illustris domini nostri Johannes Lotharingiae, Brabantiae et Limburgi ducis, ac haeredum suorum renunciamus, et nos perpetualiter renuntiasse confitemur pure et simpliciter per presentes, omne jus hujusmodi ad ejusdem domini nostri ducis manus et dominium reportantes, quod de nobis transferimus in eundem. Praeterea renuntiamus perpetualiter, ad opus et usus ejusdem domini nostri ducis et haeredum suorum, omnibus gratiis, conventionibus, et obligationibus a reverendo patre domino nostro Sigefrido, Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopo super contentis; tam supra quam infra, in hac patenti littera ore, manibus suis, vel patentibus litteris nobis factis, quas gratias, conventiones et obligationes, quo ad nos mortuas et quitas clamamus, et praedicto domino nostro duci petimus et volumus esse utiles et valentes; supradictum Sigefridum dominum nostrum archiepiscopum Coloniensem propensius exorantes, ut prenominatas gratias, conventiones et obligationes memorato domino duci prodesse et ei esse valentes et utiles sustineat, et eum non impediat in eisdem; sed ut praedicta terra de Wassemberg et castro ac ejus attinentiis ipse et sui haeredes quiete et pacifice gaudeant et fruantur, permittat liberaliter et benigne, ac eum etiam promoveat in eisdem. Insuper omne feodum vel feoda quod vel ratione ducatus Lymburgensis ab eodem domino nostro archiepiscopo Coloniensi recepimus, ad opus et usus supradicti domini nostri ducis et haeredum suorum supportamus, et eidem simpliciter renuntiamus, ac eidem concedi cum omni plenitudine petimus, et ipsum de hujusmodi feodo seu feodis investiri. In quorum omnium testimonium, fidem et robur perpetuo valiturum, nos saepedicto domino nostro duci et ejus haeredibus praesens instrumentum sigillo nostro dedimus communitum. Actum et datum sabbatho ante festum B. Lucae Evangelistae, anno Domini M CC. LXXX.

Extat apud Butkens, loc. cit , ibid.

CCCIX.

Jean, seigneur de Kuyk, déclare que les quatre mille marcs, dus par le comte de Flandre au duc de Brabant, seront payés a raison de douze sols le marc. 8 novembre 1289.

Johannes, dominus de Kuck, miles, universis praesentes litteras visuris, salutem. Cum nobilis vir et honestus dominus Guido, comes Flandriae, marchio Namurcensis, nobili viro et honesto domino Johanni, Dei gratia Lotharingiae, Brabantiae et Limburgiae duci, in quatuor millibus marcas brabantinas fuit obligatus, et cum mercatores Gerardini de Florentia, et Lottinum ejus socii, ex una parte, et dominum Walterum Volcart, dominum Ywanum de Meldert, milites domini ducis, ex altera, supra qualibet marca quaestio verteretur, cum Gerardus et Lottinus praedicti tantum pro qualibet marca decem solidos brabantinos solvere voluerint, et dominus Walterus et dominus Ywanus, milites praedicti, non minus quam duodecim solidos brabantinos pro qualibet marca recipere, tandem in nos pro bono pacis recepimus, quod G. et L. praedicti praedictis Waltero et Ywanno militibus deliberare deberent pro qualibet marca duodecim solidos brabantinos, in hunc modum, quod si praedicti G. et L. pro qualibet marca tantum deliberare non deberent, illud quod magis solverint ipsis solveremus, et per praesentes ipsis solvere nos obligamus, praesentium testimonio litterarum sigillo nostro sigillatarum. Datum anno Domini M° CC° Octogesimo Nono, feria quarta ante festum Sancti Martini Hyemalis.

Copié sur l'original, muni du sceau, en cire verdâtre, du seigneur de Kuyk.

CCCX.

Jean, duc de Brabant, reconnait avoir reçu de Renaud, comte de Gueldre, quatre mille trois cents marcs de Cologne, selon l'ordonnance du roi de France. 8 novembre 1288.

Nous Jehans, par le grasce de Diu, dus de Lotthier, de Braibant et de Lembourgh, faisons a savoir a tous, ke nous avons eut et recheut de nobles home Renaut, conte de Ghelre, quatte mil et trois cens mars de

Colengnois, et queils li devant dis cuens de Ghelre et si pleige estoient tenut enviers nous de payer, à jour des octaves de la feste des Tous Sains, par le dit et par lordenance ke tres haus et nos tres chiers sires le roi de France dist, dont nous tenons plainement a sols et a paiet, et quitons le devant dis conte, et ses pleiges, a tous jours de touttes les quatte mil et trois cens mars de colengnois deseure dittes, par le tesmoing de ces presentes letres, saelleies de nostre propre sael, donoies en lan nostre seingneur M CC LXXXIX, le our des octaves de la feste des Tous Sains.

Copié sur l'original, muni du sceau du duc de Brabant.

CCCXI.

Jean, duc de Brabant, donne quittance a Gui, comte de Flandre, de la somme de quatre mille marcs a laquelle ce dernier avait été condamné par l'ordonnance du roi de France. 11 novembre 1289.

Nous Jehans, par le grasse de Diu, dus de Lotherice, de Braibant et de Lembourg, faisons savoir a tous, ke com nobles hom Guis, cuens de Flandres et marchis de Namur, nos chiers sires et peres, fust tenus enviers nous de paier quate mil mars de braibensons, au jour des octaves de le fieste de Tous Sains prochainement passée, par le dit et lordenanche nostre chier et haut segneur le roy de France, il est a savoir ke nous les quate mil mars devantdis, douze sols de braibencons pour le marc, avons eus et recheus entirement, desquels nous nous tenons plainement a sols et a paiet, et de tant nous quitons notres chier segneur et pere le conte devantdit, et tous chiaus ki pour les dis quatte mil mars seroient u fussent obligiet enviers nous; et pour chou ke se soit ferme coze et seure, nous avons ces presentes letres saielées de nostre saiel, ki furent donées en lan de grasce Mil deus cens quatte vins et noef, le jour Saint Martin en yvier.

Copié sur l'original, muni du sceau du duc de Brabant.

CCCXII.

WALERAN, SIRE DE MONTJOYE ET DE FAUQUEMONT, RECONNAIT AVOIR REÇU LES QUATRE MILLE MARCS, DONT IL EST PARLÉ DANS L'ORDONNANCE DU ROI DE FRANCE. 11 DÉCEMBRE 1289.

Nous Walerans, sires de Mongnoye et de Faukemon, faisons savoir à tous, ke come tres haus sires et puissans, li roys de France, en sen dit kil dist sour le pais dou conte de Ghelre et dou duc de Braibant, adjoustast et desist ke nobles hom et nos chiers sires, Guys, cuens de Flandres et marchis de Namur, nous acquitast enviers le dit duc, de quatte mil mars de Braibanchons, por le paine dont nous encheimes, en locoison dou mariage, ki deiust estre fais de no fil et de le file mon seingneur Godefrois de Braibant, li dis nobles hom et nous chiers sires, li cuens de Flandres, nous a plainement et soufisanment acquittet enviers le dit duc, de tous les deniers devant dis, selont le dit le roy de France devantdit, et si nous a ausi, li devant dis nous sires li cuens de Flandres, paiiet et rendut plainement tous les cous, despens, et frais, ke nous avons eut en locoison de le paine devant ditte, en queleconque manire ke ce a estet, si ke jamais riens, nous, ne nus de par nous, nen porrons demandier au dit nobles hom le conte de Flandres, ne a aultruy; ains len quitons a tous siours, et nous en tenons bien a paiiet, par le tesmoing de ces presentes letres saielees de no saiel, ki furent faictes et donees a Namur, lan de grasce Mil Deus Cens Quatte Vins et Noef, le diemenche devant le sainte Lusse.

Copié sur l'original.

CCCXIII.

BULLE DU PAPE NICOLAS IV, PAR LAQUELLE IL DÉLIE ET ABSOUT L'ARCHEVÊQUE DE COLOGNE DES ENGAGEMENTS QU'IL AVAIT CONTRACTÉS ET JURÉS, EN SORTANT DE PRISON. 18 JANVIER 1290.

Nicolaus, episcopus, servus servorum Dei. Venerabili fratri Sifrido archiepiscopo Coloniensi salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod nobiles viri Johannes dux Brabantiae

Walramus de Juliaco et Adolphus de Monte, Everhardus de Marka, de Virnemburg, de Waldecke et de Willenowe, comites, ac Henricus de Windecken, Johannes de Ryferscheith, Johannes de Kuck, Johannes de Nuenare, Gerlacus de Dollendorp et Gerardus de Juliaco, ecclesiae Coloniensis vasalli, et eorum in hac parte complices et fautores, propriis non contenti limitibus et temerariis ausibus data licentia, scelestis que operibus, relaxatis habenis, contra fidelitatis debitum, quo eidem tenentur ecclesiae, temere venientes, conspirationem, conjurationem et confoederationem cum civibus Coloniensibus adversus te ac eandem ecclesiam nequiter inierunt. Et tandem praeconceptam nequitiam perducentes in partum suaeque claustra malitiae reserantes, terram ipsius ecclesiae cum armatorum multitudine copiosa hostiliter invaserunt. Cumque castrum Worinch, prope civitatem Coloniensem ut dicitur constitutum, et ad eandem ecclesiam pertinens, arctius obsedissent, possessiones et bona ipsius ecclesiae in circumjacentibus consistentia partibus, multimodis quasi crassantibus et efferatis animis dissipantes, redditus et proventus ejusdem ecclesiae ibidem inventos ignis incendio concremando, tu tantis non indigne commotus injuriis et tantis et tam gravibus dampnis, quae in conspectu tuo tibi et eidem inferebantur ecclesiae non immerito provocatus, ac intendens prout ad te spectabat pravis illorum conatibus obviare, congregrata ipsius ecclesiae non modica copia vasallorum, qui tibi super hoc favorabiliter assistebant contra dictos ducem, comites, nobiles, cives et alios, exivisti eis prout poteras resistendo; demum dux, comites, nobiles, cives et alii supradicti suo ad malum directo et manibus extensis ad scelera, in te ac gentem tuam impie irruentes, et in gentem ipsam furentibus gladiis sevientes immaniter, te gravibus lacessitum injuriis saturatum probis et afflictionibus contumeliosis affectum, ac nonnullos alios praelatos clericos, comites, barones, nobiles, milites, et alios laicos, vasallos fideles et ministeriales Coloniensis ecclesiae supradictae, qui in tuum auxilium venerant, ausu sacrilego capere praesumpserunt, te ac illos carceralibus vinculis temeritate dampnabili mancipantes, et nihilominus praedictam Coloniensem ecclesiam, in possessionibus et bonis ipsius, multipliciter laedere, turbare et opprimere non sinentes, ac praedictum de Worinch et quaedam alia castra, et munitiones ejusdem ecclesiae nequiter, expugnantes, quaedam ex ipsis funditus destruxerunt. Aliqua vero cum nonnullis aliis bonis, juribus, redditibus, villis et jurisdictionibus ejusdem ecclesiae occuparunt et detinent occupata. Verum cum nonnulli praelati et aliae ecclesiasticae seculares que personae, quae

sibi, et eidem ecclesiae, super tantis gravaminibus, injuriis et jacturis pio compatiebantur affectu, penes eosdem ducem, comites, nobiles, cives et alios institissent, ut ipsi propriae saluti et famae salubriter providentes, te ac praelatos, clericos et alios supradictos restituerent pristinae libertati, dux, comites, nobiles, cives et alii memorati attendentes quod praedicta ecclesia per destructionem castrorum et munitionum, ac aliorum bonorum ipsius, ad illum statum devenerit, quod nequaquam posset resurgere nec insurgere contra eos te, ac nonnullos ex praelatis et aliis memoratis a praedicto carcere liberarunt, corporalibus tamen a te ac etiam ab hujusmodi liberatis praestitis juramentis, quod super praemissis, et aliis etiam injuriis et dampnis, tibi et ecclesiae ac praelatis et aliis praetactis illatis de duce, comitibus, nobilibus, civibus et aliis supradictis querimoniam nullam deponere, nec ipsos aut eorum aliquem molestare, nec impetrare, litteras apostolicas contra ipsos vel aliquem eorundem nec impetratis, uti quomodolibet curaretis. Et quod quandam pecuniae summam, quam duci et comiti de Monte, ac aliis supradictis et quibusdam eorum fautoribus, pro hujusmodi liberatione vestra solvere promisistis, nonnulla illis propterea castra, munitiones, villas, terras, possessiones et quaedam alia bona, tam ejusdem ecclesiae quam liberatorum ipsorum, nihilominus obligando non repeteretis ab ipsis, vel aliquo eorundem datis propter hoc eis a te, ac liberatis eisdem quibusdam fidejussoribus, confectis litteris et instrumentis ac promissionibus, alienationibus, renuntiationibus et obligationibus, diversis et variis subsecutis, et poenarum etiam adjectione vallatis : Nos itaque, diligentius attendentes quod praemissa omnia in grandem divinae majestatis offensam, apostolicae sedis contemptum non modicum, plurimorum scandalum, et grave praefatae ecclesiae detrimentum redundare noscuntur, quodque praedicta prout habet fide digna relatio, adeo sunt in partibus illis notoria, quod nulla possint tergiversatione celari, ac volentes super hiis tibi et ecclesiae Coloniensi ac eisdem praelatis, clericis. comitibus, ac aliis liberatis, prout expedit, providere, te aliosque praefatos veris existentibus supradictis ab eisdem et quibuslibet aliis occasione hujusmodi praestitis juramentis, ac praedictos fidejussores a fidejussione hujusmodi te tuosque complices ac fidejussores eosdem, a quibusvis obligationibus factis super praedictis, vel eorum occasione auctoritate apostolica duximus penitus absolvendos. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae hujusmodi absolutionis infringere, vel ei ausu temerario contra ire ; si quis autem hoc attemptare praesump-

serit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem XV kal. februarii, pontificatus nostri anno secundo.

Ex originali.

CCCXIV.

THIERRY, DIT LOEF DE CLÈVES, DONNE QUITTANCE DE 2400 MARCS DE COLOGNE A RENAUD, COMTE DE GUELDRE, COMME INDEMNITÉ POUR LES DOMMAGES QU'IL AVAIT SOUFFERTS A LA BATAILLE DE WOERINGEN. 30 MAI 1290.

Nos Theodericus dictus Luff de Cleve, dominus in Toneburg et in Kervenheim, notum facimus universis presentes litteras visuris et audituris, quod nos virum nobilem Reynaldum comitem Gelrensem nostrum dominum dilectum ab omni dampno et perditione, quam nos et omnes in conflictu apud Worunch nobiscum existentes ibidem sustinuimus vel sustinuerunt habuimus et habuerunt pro summa duorum milium marcarum et quadringentarum marcarum Coloniensium denariorum quitum dimisimus et solutum, et ab omnibus qui nobiscum in antedicto conflictu fuerunt quitum dimitti faciemus, domino Theoderico de Batenborg milite et Johanne de Grunsebeke duntaxat exceptis. Adjecto etiam, quod nos ei omnia, quae nos vel nostri ei aut suis, occasione dampni sive perditionis, quam in ipso conflictu sustinuimus, abstulimus, defalcabimus de summa pecuniae supradicta, scilicet de ultima nostra solutione pecuniae antedictae, praesentium testimonio literarum nostro sigillo munitarum. Datum anno Domini M° CC° Nonagesimo, feria tertia post octavas Penthecostes.

Copié sur l'original, muni du sceau, aux archives de la Gueldre. Le sceau, assez bien conservé, porte la légende suivante : S. Theoderici. Luf. Fris. comit. Clevens. domini de Hilkerade.

CCCXV.

Donation de quelques dimes faites aux monastères de Rolduc et de Sinnich par Simon de Reymersdale et ses frères. Juin 1290.

Universis praesentes litteras visuris et inspecturis, Willelmus de Holseit, Egidius de Treversdorph, Symon de Reymersdale, milites et fratres, salutem cum notitia veritatis. Noverint universi et singuli quod dominus Symon de Reymersdale quondam miles et Mabilia, uxor ejus, parentes nostri de nostrâ voluntate et assensu legaverint domino Oliverio filio suo quandam decimam jacentem in territorio et parochia de Reymersdale ad vitam suam tali conditione, quod post vitam dicti domini Oliverii medietas praefatae decimae cedet conventui monachorum regularium in Rode, alia vero medietas cedet conventui monialium in Syneke ad pitantiam ipsius conventûs. In cujus rei testimonium sigilla nostra praesentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini MCC Nonagesimo, mense junio.

Copié sur l'original aux archives de l'abbaye de Rolduc.

CCCXVI.

Rôles contenant les dépositions des vingt-six témoins interrogés sur le fait de la bataille de Woeringen. 3 juillet 1290.

Nous avons cru devoir reproduire ce document, échappé aux laborieuses investigations de M. Ernst, parce qu'il est un des plus importants que l'on possède sur la fameuse bataille de Woeringen. Cette intéressante pièce historique que M. Willems a publié pour la première fois dans le *Codex diplomaticus*, placé à la suite de la Chronique rimée de Jean

Van Heelu sur la bataille de Woeringen, lui avait été communiquée par M. Lacomblet, conseiller de S. M. le Roi de Prusse et conservateur du dépôt royal des archives à Dusseldorf.

Le désir de laisser subsister le moins de lacunes possibles dans les pièces nombreuses recueillies par le savant chanoine de Rolduc, pour servir de complément et de preuves à son grand travail sur l'histoire du Limbourg, m'a engagé à réimprimer également, malgré leur étendue, les observations qui précèdent ce précieux monument historique, observations qui sont dues à la plume du docte archiviste de Dusseldorf.

E. L.

—

Au nombre des chartes qui se trouvent au dépôt royal des archives à Dusseldorf, concernant la célèbre bataille de Woeringen, une pièce authentique intéresse particulièrement, même par sa forme extérieure. C'est la déposition de vingt-six témoins interrogés par les archevêques de Mayence et de Trèves, en vertu d'une commission du Pape Nicolas IV, donnée à Rome, *IIº Kalendas februarii pontificatus anno secundo*, sur les causes, le fait et les suites de cet événement. L'interrogatoire eut lieu le 5 juillet 1290, et les dépositions remplissent vingt-deux feuilles de parchemin très-longues, et liées ensemble au bout par un fil, portant le sceau des dits commissaires ; de sorte que toutes les feuilles ne forment entre elles qu'un seul et même document.

Par les extraits que nous en donnerons ci-dessous, le lecteur s'apercevra bientôt que toute l'opération des commissaires fut dirigée contre les habitants de Cologne. Dans une déclaration solennelle, dont le diplome existe encore et qui est de l'année 1287, *in vigilia B Margarethae*, ces habitants avaient renouvelé envers l'archevêque Siffroi le serment de fidélité et de soumission, et avaient fait la promesse de n'entrer sans son consentement dans aucune confédération avec un prince ou seigneur quelconque, excepté le comte de Berg, avec lequel ils avaient conclu un traité, portant que nulle forteresse ne serait construite de l'un ni de l'autre côté du Rhin, entre les villages de Zondorf et de

Rheindorf, puisqu'il était reconnu que de telles forteresses menaçaient la ville de Cologne et la libre navigation du Rhin.

Néanmoins, si nous en croyons les témoins, les habitants de Cologne, toujours jaloux de la liberté et de l'indépendance de leur ville, qu'ils voulaient assurer contre les empiétements de leur archevêque, se liguèrent en secret avec le duc de Brabant, le comte de Berg et autres alliés, cherchant en même temps à persuader l'archevêque de se réconcilier et de faire la paix avec le duc Jean, et offrant d'en être les médiateurs. Le prélat accéda à cette proposition, et permit que le prince fut invité à s'allier au pays de Cologne. Le duc vint, mais à la tête de ses troupes, et son arrivée donna le signal aux habitants de Cologne de courir aux armes, et d'assiéger avec lui le château fort de Woeringen. L'archevêque, accouru pour venir au secours de sa forteresse, fut engagé dans cette bataille célèbre si funeste pour les siens, et où il fut fait prisonnier par le comte de Berg.

Voici la liste des témoins. Nous ferons suivre la déposition tout entière du premier d'entre eux, et nous nous bornerons à y ajouter les particularités des autres dépositions.

---

1. Wernerus, praepositus ecclesiae S. Gereonis in Colonia, testis juratus et requisitus.
2. Abbas Campensis, ordinis Cisterciensis.
3. Wicboldus, scolasticus ecclesiae Coloniensis, electus in decanum ejusdem ecclesiae.
4. Johannes de Rennenberg, choriepiscopus ecclesiae Coloniensis.
5. Gerardus advocatus, canonicus Coloniensis ecclesiae.
6. Johannes, dominus de Lewenberg, miles.
7. Conradus, nobilis vir de Ysenberg.
8. Johannes de Rinecge, praepositus ecclesiae B. Mariae ad Gradus in Colonia.
9. Abbas S. Pantaleonis in Colonia, ordinis S. Benedicti.
10. Abbas Knegstedensis, ordinis Premonstratensis Coloniensis dyocesis.
11. Herimannus, abbas S. Martini Coloniensis, ordinis S. Benedicti.
12. Wernerus, abbas Tuiciensis, ordinis S. Benedicti.
13. Abbas monasterii Sibergensis, Coloniensis dyocesis, ordinis S. Benedicti.

14. Reinardus, praepositus ecclesiae Bunnensis, Coloniensis dyocesis.
15. Conradus, praepositus ecclesiae Resensis.
16. Salantinus, miles de Ysenberg.
17. Frater Rudolphus, monachus Campensis, ordinis Cisterciensis.
18. Frater Bernardus, conversus Campensis.
19. Ludowicus de Bugstelle, canonicus ecclesiae Coloniensis.
20. Gobelinus de Odekenbach, canonicus ecclesiae Coloniensis.
21. Gerardus de Limburg, canonicus ecclesiae Coloniensis.
22. Engelbertus de Witerche, canonicus ecclesiae Xanctensis.
23. Hermannus, sacerdos, plebanus in Vreggene.
24. Daniel de Bagheim, miles.
25. Matthias, pincerna de Are, miles.
26. Burchardus, miles, scultetus Andernacensis.

PRIMUS ROTULUS.

Isti sunt testes producti anno M CC Nonagesimo, feria quarta post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, in negotio quod venerabiles patres, Moguntinensis et Treverensis archiepiscopi, auctoritate apostolica prosequuntur contra cives Colonienses, super injuriis, factis et excessibus, ab eisdem civibus ut dicitur perpetractis, contra venerabilem patrem dominum Syfridum, archiepiscopum Coloniensem, et ecclesiam Coloniensem praedictam, an veri sint dicti excessus, publici et notorii, ipsis civibus Coloniensibus contumacibus judicatis.

Wernerus, praepositus ecclesiae S. Gereonis in Colonia, testis juratus et requisitus super factis injuriis et excessibus, narratis in auctentico domini papae directo dictis judicibus seu executoribus, quod sic incipit : *Nicholaus*, etc., *venerabilibus fratribus*, etc., *et ad audientiam nostram*, etc., et sic finit : *Datum Romae, apud sanctam Mariam majorem.* An praedicti excessus sint publici et notorii? Dicit : quod anno Domini M.CC. LXXX Octo, ut melius recolit post festum Paschae, cives Colonienses conspirationem, conjurationem et confoederationem cum Johanne duce Brabantiae, Walramo de Juliaco, Adolpho de Monte, Everardo de Marka, de Virneburch, de Wilenouwe, de Waldecge, comitibus, Henrico de Windecge, Johanne de Riperscheit, Gerlaco de Dollindorp, Gerardo de Juliaco, capitalibus inimicis domini archiepiscopi Coloniensis praedicti

et ecclesiae Coloniensis; fecerunt et inierunt publice in civitate Coloniensi, et vehementer credit et pro hoc habet quod hoc fecerunt contra dominum archiepiscopum et ecclesiam praedictam, causam dicti sui reddens, quia ipsi cives, occasione hujusmodi confoederationis, terram archiepiscopi et ecclesiae Coloniensis, cum nobilibus praedictis, et fautoribus eorum, cum armatorum multitudine, pulsata ad hoc campana publica in civitate Coloniensi, convocato populo, hostiliter invaserunt et patenter, et castrum de Worinc, prope civitatem Coloniensem situm, et ad ecclesiam Coloniensem pertinens, potenter obsederunt, et bona et possessiones ecclesiae Coloniensis circumjacentia devastaverunt incendiis et rapinis.

Dicit etiam : quod cum praedictus dominus archiepiscopus intelligeret et cognosceret dictum castrum sic aliquamdiu obsessum, pro liberatione dicti castri et terrae suae congregata magna multitudine vasallorum et fidelium ecclesiae Coloniensis, ad propulsandam injuriam et violentiam, contra praefatos cives et eis adherentes exivit, eligens potius mori quam relinquere ecclesiam et terram suam indefensam. Demum cives, dux et alii praedicti in ipsum archiepiscopum et gentem suam irruerunt, et infinitos comites, nobiles, vasallos et ministeriales ecclesiae Coloniensis crudeliter occiderunt et plurimos vulneraverunt ad mortem, alios ceperunt et captivos secum deduxerunt, et tamdiu tenuerunt dictos captivos, quousque cogebantur se liberare a dictis civibus per magnas pecuniarum quantitates.

Dicit etiam : quod in eodem conflictu dominus archiepiscopus Coloniensis captus fuit, per comitem de Monte, ac vinculatus et in carcerem positus, apud Novum Castrum quod est dicti comitis, prout ipse testis praemissa omnia et singula vidit et interfuit, et dicit quod ista adeo sunt notoria et manifesta, et etiam vera, quod aliquomodo inficiari non possunt, et habet pro hoc quod totus mundus ista sciat.

Dicit etiam : quod post conflictum dicti cives in obsidione dicti castri remanserunt, et tandem eis traditum fuit ab hiis qui in dicto castro erant, qua traditione facta, ipsi cives dictum castrum funditus destruxerunt, et alia duo castra, videlicet Zunze et Nuenberg, quae fuerunt dictae ecclesiae Coloniensis, similiter funditus destruxerunt et lapides dictorum castrorum secum ad civitatem Coloniensem deduxerunt, ac aedificia, balistas et utensilia eorundem castrorum deduci procuraverunt, nec lapidem supra lapidem dimiserunt; et dicit quod adhuc hodierna die dicti lapides jacent circumcirca civitatem Coloniensem, ad

murandum et munitiendum fossata dictae civitatis, prout hoc apparet omnibus videre potentibus; et est publicum et notorium.

Dicit etiam: quod post expugnationem dictorum castrorum dicti cives opem et operam, consilium et auxilium Walramo praeposito Aquensi, qui se gerit pro comite Juliacensi, praestiterunt, et armatos miserunt ad obsidendum et expugnandum oppidum et castrum Tulpetense, quae sunt vera allodia ecclesiae Coloniensis, et expugnari juverunt, quod nunc tenet et occupat taliter dictus praepositus Walramus. Et quod pro hoc scire vult quod dicti cives sunt causa et occasio *omnium* praemissorum, quia dux praedictus ad vocationem eorum venit, nec umquam venisset, ut vehementer credit, nisi ad requisitionem *eorum*, et habet pro hoc, quod dicti cives sint in culpa, quia ante hujusmodi confoederationem cum nobilibus praedictis dicto domino archiepiscopo suas patentes litteras dederunt, quod nunquam aliquam confoederationem cum aliquo domino terrae facere deberent, et dicit *quod hoc* publice et solempniter tactis sanctis juraverunt, prout in instrumento super hoc confecto, et sigillo civitatis sigillato, vidit plenius contineri.

Dicit insuper: quod cum tractatus pro liberatione dicti domini archiepiscopi habebatur, cui tractatui ipse testis, qui loquitur, sepius interfuit, dicti cives hujusmodi liberationem impediverunt, prout ipsi testi videbatur, quia liberari non poterat idem dominus archiepiscopus, nisi de voluntate ipsorum, prout a secretariis comitis de Monte sepius intellexit.

Dicit etiam: Quod quando praelati viderunt qui pro liberatione dicti domini archiepiscopi laboraverunt, quod ecclesia Coloniensis periret, propter destructionem et devastationem castrorum, et bonorum ecclesiae Coloniensis, per inimicos, qui non cessaverunt, tempore captivitatis dicti domini archiepiscopi, ecclesiam Coloniensem destruere *et ad* nihilum redigere, placuit praelatis dominum suum liberare cum quolicumque dampno, quin ecclesia Coloniensis indefensa maneret, et penitus periret, cum maxima quantitate pecuniae dictum archiepiscopum a praefato comite liberaverunt, et obligationes et renuntiationes *fecerunt* ex magna necessitate, prout in auctentico domini papae continetur.

Et dicit: quod omnibus hiis interfuit, et ex hoc scit ea vera *esse* et notoria, et est vox verbum et fama publica de praemissis, contra cives, qui ipsi male moti sint contra dominum suum praedictum archiepiscopum, qui est eorum *temporalis* et spiritualis dominus. Et aliud dicit se nescire de praemissis, singulariter et diligenter requisitus, et

dicit quod non gratia, favore vel odio, deposuit, sed pro sola veritate et notorio.

Le troisième témoin ajoutant à la déposition du premier :

Dicit singula vera et notoria esse. . . . . . causam dicti sui assignans illam videlicet, quod cum dicti cives Colonienses hujusmodi confoederationem et conspirationem inivissent, ipse scolasticus hujusmodi confoederatione intellecta quae nondum adhuc erat publica, libenter hujusmodi confoederationem impedivisset, plures tractatus super hoc cum ipsis civibus habuit, ne hoc fecerint, quia dicti dux, nobiles, et alii in auctentico contenti, erant capitales inimici ecclesiae Coloniensis . . . .

Comes etiam de Marka, tempore captivitatis archiepiscopi praedicti Coloniensis, expugnavit et funditus destruxit oppidum dictum Werle, castrum Ysenberg, castrum de Volmesteyne, oppidum de Mendene. . . . .

Dicit insuper ipse testis : quod dudum archiepiscopi liberatio fuit impedita principaliter propter hoc, quia comes de Marka et cives Colonienses ad hoc instantissime laborabant, ut archiepiscopus praedictus perpetuo carcere detineretur; quod ex eo scit ipse testis, quia cives et comes de Marka praedicti suggerebant comiti de Monte, qui archiepiscopum captivum tenebat, ut ad hoc laboraret apud praelatos, quod praepositus major, frater ipsius comitis de Monte, tutor praeficeretur ecclesiae Coloniensi, ad quod idem comes inductus fuit, nec aliquem tractatum longo tempore audire voluit, super liberatione domini archiepiscopi praedicti. Et quidam de praelatis consentiebant dicto comiti de Monte, sed ipse testis, qui fuit unus de praelatis et tractatoribus, quantum potuit praemissum tutelam impedivit. Tamen comes praedictus de Monte, tam per preces quam per munera, ad hoc deduxit, quod quidam de prioribus convocaverunt officiatos et ministeriales apud Bunnam, ad praeficiendum dictum praepositum majorem in tutorem ecclesiae Coloniensis; cui tractatui ipse testis interesse noluit, quia scivit, si processum hoc habuisset, archiepiscopus perpetuo captivus remansisset, et ecclesia Coloniensis destructa fuisset. Et ibidem per paucas personas impeditum fuit, ita quod comes de Monte praedictus finem suum scivit, videlicet quod nullo modo frater suus praeficeretur tutor; et sic intervenientibus multis tractatibus, ut dictum est dictus archiepiscopus sub gravibus conditionibus liberatus fuit, et oportebat ante omnia dictum dominum archiepiscopum renuntiare omnibus injuriis, actionibus et querelis, quae

sibi competere poterant contra cives Colonienses, quae multae erant, videlicet quia ipsi cives universos redditus archiepiscopi in ipsa civitate Coloniensi constitutos receperunt, et levaverunt, et judeos, qui sunt de speciali camera domini archiepiscopi, exactionaverunt ad maximas pecuniarum quantitates, quod facere non poterant nec debebant, de quibus ipsi cives volebant esse liberati ante omnia. Nec poterat, ut dictum est, archiepiscopus liberari, nisi voluntas eorum fieret.

Dicit insuper ipse testis : Quod ipsi cives sunt causa et occasio principalis destructionis ecclesiae Coloniensis, et omnium dampnorum quae per hujusmodi conflictum evenerunt, quod ex eo scit ipse testis, quia, si idem archiepiscopus praescivisset confoederationem quam fecerunt cum duce et nobilibus aliis, bene prohibuisset adventum ducis, quia contra voluntatem domini archiepiscopi sibi cavisset, idem dux nequaquam terram intrare potuisset. Sed ipsi cives sub colore pacis dominum archiepiscopum rogaverunt, ut pro bono patriae cum duce et nobilibus praedictis pacem juraret, ipso archiepiscopo respondente quod libenter pacem haberet, sed ipse dux et alii sui complices essent illi qui ecclesiam suam et ipsum multipliciter destruxissent, et magna sibi dampna intulisset, et ideo pacem cum eis jurare, nisi prius essent reconciliati, parum expediret, sed tamen ipse dominus archiepiscopus cum illis civibus et aliis amicis suis et fautoribus libenter pacem communem juraret et servaret. Quibus auditis ipsi cives rogaverunt eundem dominum archiepiscopum permittere ducem venire Coloniam, quia ipse dux venire deberet sine armis, et sine omni lesione ipsius domini archiepiscopi et terrae, et ipsi cives ad hoc laborare vellent ut reconciliato fieret inter ipsum dominum archiepiscopum et ducem praedictum. Et tandem idem dominus archiepiscopus concessit ipsis civibus ut dux veniret pacifice et quiete, ipse dominus archiepiscopus in nullo ipsum offenderet. Et sic idem dux, domino archiepiscopo de nullo malo suspicante, nec sibi praecavente, venit cum magna multitudine armatorum, et terram archiepiscopi, ubicumque potuit, invasit et destruxit incendiis et rapinis, et civitatem Coloniensem intravit, et confoederationem cum ipsis civibus fecit, ut dictum est. Et dicit ipse testis quod hiis interfuit et ea audivit.

La déposition du treizième témoin contient le passage suivant:

Testis requisitus quae fuerit causa hujusmodi conjurationis, dicit:

quod dicti cives conceperant rancorem erga dominum archiepiscopum, et timebant eum, quia idem archiepiscopus multum ampliaverat redditus suos et dominabatur, et cives potentes sunt, et non possunt sustinere dominum, et ideo credit quod ad humiliandum dominum suum praemissa fecerunt.

Le seizième témoin dit :

Quod ipsi cives Colonienses sunt occasio et causa et origo dicti conflictus, quia ipsi incitaverunt ducem, et alios nobiles, contra praedictum dominum suum archiepiscopum, nec intellexit ipse testis quod ipsi cives umquam cum aliquo suo domino diu bene concordarent, immo plures archiepiscopos ceperunt, sicut dominum Engelbertum et dominum Conradum, prout ipsi testi constat.

Copié sur les originaux, conservés au dépôt royal des archives, à Dusseldorf.

CCCXVII.

Renaud, comte de Gueldre, reconnait être redevable a Gui, comte de Flandre, d'une somme de 1900 marcs, payée a Jean, duc de Brabant. 8 juillet 1290.

Nous Reinaus, cuens de Ghelre, faisons savoir a tous chiaus ki ces presentes letres verront et orront, ke nous debvons a nobles homes et haut, nostre très chier et amé signeur Guion, conte de Flaudres et marchis de Namur, dis et nuef cens mars Colengnois, les queus il a paiet pour nous ore a ceile darreine feste de la Nativité seint Jehan Baptiste, a nobles home Jehan, par le grasce de Dieu, duc de Lother et de Braibant. Et les queus deniers nous lui prometons loiaument, et devons paier, a se volenté, des primieremes venues de no priere. Par le ticsmongnage de ces letres, ki sont saiellées de no saiel, ki furent donées lan de grasce mil deus cens quate vins et dis, le samedi apres les witaules de seint Pier et de seint Poil.

Copié sur l'original, muni du sceau.

CCCXVIII.

Gui, comte de Flandre, accepte en paiement de Renaud, comte de Gueldre, les deniers qu'il avait a recevoir du roi de France, a raison de la vente de la terre de Fleu. 23 septembre 1290.

Nous Guis, cuens de Flandres et marchis de Namur, faisons savoir a tous, ke come nobles hom nos chiers fius Renaus, cuens de Ghelre, nous ait doné en paiment pour une parte des deniers ke il nous dois; cele some de deniers kil dois cascun an avoir au temple a Paris de tres haut et tres exellent seigneur, nostre signeur le roi de France, en escange pour le tiere des Flen et les apendances, de lequele some de deniers le dis cuens de Ghelre nous doit faire agret sil puet, u celi ki nous envoirrons avoir agreste si come il est plainement contenut es letres ki sour ce sont faites. Nous avons enconvent et en bone foi et prometons loiaulment au devantdit nobles homes le conte de Ghelre, ke de quele eure ke nous serons agrete ou chius ke nous voirons avoir agrete de le some des deniers devant dis, et li some des deniers cest faite certaine solonc la prisie con doit faire de tiere des Fleu et des apendances, et notres chiers et exellens sires le Rois devant dis, le ditte some de deniers nous ait enconvent a faire paiier gretaulement cascun an u celi u ki nous le asseurerons u donrons, ke nous pour cascun denier contenut en le some des deniers ki faite sera certaine con prendra au temple, rabaterons kinze deniers de le some des deniers ke li dis cuens de Ghelre nous dois, et dont nous avons se letres, et no letres pendans li donrons adont de quitance de tant de deniers ke ce montera par boin conte. En tiesmoingnage de lequele choese nous avons ce presentes letres saielees de notre saiel, ki furent faites et donées a Peteghiem en lan de grasce Mil CC quate vins et diis, al mois de septenbre, le samdi apries le seint Math. . . . . . .

Copié sur l'original, muni du sceau, aux archives de la Gueldre.

CCCXIX.

Sifroi, archevêque de Cologne, assigne a Éverard d'Isen-

BERG UNE REDEVANCE HEBDOMADAIRE DE SIX MARCS PENDANT TROIS ANS, POUR L'INDEMNISER DE SES PERTES A LA BATAILLE DE WOERINGEN. 16 MAI 1291.

Nos Syffridus, Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus universis, ad quos praesentes litterae pervenerint, quod cum nobilis vir Everardus de Isenberg, fidelis noster, cum sua comitiva dampna gravia in conflictu habito apud Worunc nobiscum sustinuerit, inter nos et ipsum, super dampnis praedictis, nostris communibus mediantibus amicis, sic convenit, quod nos, pro suis et suorum deperditis atque dampnis, assignavimus eidem Everardo, et suis heredibus, sex marcarum redditus singulis septimanis in denario seu theloneo nostro cervisiali in civitate Coloniensi, ad tres annos continuos, et immediate sequentes, qui currere incipient anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Primo, sabatho post festum beati Servatii, et finient eodem die annis tribus revolutis, percipiendos et levandos; quibus annis revolutis et finitis, dicti sex marcarum redditus ad nos, successores nostros et ecclesiam Coloniensem, sine omni contradictione sua et heaeredum suorum, libere revertentur. Promittimus etiam, quod si theloneum seu denarium nostrum cervisialem praedictum nos obligare contigerit, dictos sex marcarum redditus excipiemus et reservabimus Everardo praedicto, et suis heredibus, ad terminum annorum praedictorum. Volumus etiam, quod si nos, quod absit, mori contingeret, successor noster ad observationem praemissorum sit et maneat obligatus, pro eo quod idem Everardus, pro conservatione jurium ecclesiae Coloniensis et deliberatione castri Worunc in servitio nostro, et necessitate ecclesiae Coloniensis, dampna sustinuit et pertulit antedicta. Transactis etiam tribus annis praedictis, postquam idem Everardus vel sui heredes receperint sex marcarum redditus singulis septimanis, ut est praemissum, liberi erimus, quiti et absoluti, nos, et successores nostri, et ecclesia Coloniensis, ab omni actione, impetitione seu querela Everardi et heredum suorum praedictorum. In cujus rei testimonium damus eidem Everardo et suis heredibus has nostras patentes litteras super eo. Et nos Everardus, praedictus recognoscentes et protestantes sic inter reverendum dominum nostrum S. archiepiscopum Coloniensem et nos, de bona nostra voluntate actum et concordatum esse, et nos renunciasse omnibus dampnis et deperditis nostris, prout est praemissum,

sigillum nostrum, pro nobis et heredibus nostris, hiis litteris in testimonium duximus apponendum. Datum feria quarta post festum B. Servatii, anno Domini supradicto.

Copié sur l'original, muni du sceau de l'archevêque.

CCCXX.

Jean duc de Brabant et de Limbourg, donne en fief le vicomté d'Antines a Thomas d'Antines. 25 mai 1292.

Nous Jehan par le grasce de Diu, dus de Lothier, de Braibant et de Lembourc faisons a savoir a tous ke nos tele haulte voerie, viconté avec tous aultres droicts et juridiction ke ceaus de Hoffalize souloient jadis tenir de nos come dus de Lembourc a liu d'Anthinnes et d'Ouhar, avons done et donons a Thoumas d'Anthinnes, chevaliers, a tenir de nos et de nos hoirs heritaulement, et che fu par devant nos homes de fieu, cest a savoir Godefrois de Braibant, nos frère, Arnould signeur de Walhain, Willem de Maudrege et Herman de Julermont, chevaliers, Jehan de la Chapelle, Stassin de...... et Winand de Julermont, en tesmongnaige de ces presentes lettres saiellées de notre seel lan de grasce MCC LXXXXII, le jor le Pentecouste en nostre chasteau de Lembourc.

Copié sur l'original.

CCCXXI.

Jean, duc de Brabant, donne quittance de 5600 livres tournois, reçus du comte de Flandre pour la duchesse de Limbourg, et pour Arnoud, le jeune seigneur de Julémont et de Mulrepas. 9 juin 1292.

Nous Jehans, par la gracie de Dieu dus de Lother, de Braibant et de Lembourgh, faisons savoir a tous, ke come nous, pour nous, pour noble dame le ducesse de Lembourg, le seconde feme dou duc de Lembourg, ki fu pour mon sengneur Ernoul le jovene de Juler-

mont de vint et trois cens marcs, contenues en une letre, pau plus, pau moins, et de toutes autres dettes kil demande, et puet demander, et pour Mulrepas, par letres et par raisons, de vive vois et par tesmoingnages, fuissiens demandans a noble home, no chier cousin, Renaud, conte de Ghelre, pluseurs dettes de diverses manieres, et diverses occoisons, nous, de toutes les dettes ke pour nous ke pour ceaus devant dis, ke nous u cil devant dis peuissiens demander, par kelconkes raison ke ce fut, jusques au jour de le datte de ceste letre, au devant dit conte de Ghelre, le devant dit conte de Ghelre pour nous et pour ceaus devant dis, quitons, lui, et ses hoirs, pour nous et pour nos hoirs et pour ceaus devant dis, et pour leurs hoirs, et recognissons ke nous, pour toutes les dettes, ke demandeit avons au conte de Ghelre, pour nous et ou non de ceaus devant dis, avons rechuet de noble home nostre chier sengneur et pere Guiou, conte de Flandres et marchis de Namur, pour le devant dit conte de Ghelre, cienc mile et cienc. cens livres de tournois, en maniere de prest, cest a savoir, se no chiers cousins me sire Williames de Mortaingnes, sires de Rumeis et de Dossemer, et Jehans, sires de Kuic, nos foiaules, en cui nous sommes plainement assenti et demoreit de toutes les demandes des dettes devant dittes, oijes les raisons dune part et dautre et nomeement le frait ki courre doit, sour ces cienc mil et cienc cens livres, ki emprunté sunt a usures rewardent et dient ke nous, pour toutes les demandes des dettes devant dites, ke pour nous, ke pour ceaus devant dis, en cui nom nous les avons demandeit, ne doions mie tant avoir come le some des cienc mil et cienc cens livres porte, ke nous a noble home nostre chier sengneur et pere, le conte de Flandres devant dis, renderons et rendre deveront et a ce nous obligons, nous et tout le nostre, tous les deniers ki demourront des cienc mil et cienc cens livres devant dis, deseure le dit mon sengneur Williame de Mortaingne et dou sengneur de Kuyc, devant dis; et sil avenist ke mesire Williames de Mortaingne, et li sires de Kuyk, devant dis, oijes les raisons dune part et dautre, si come deseure est dit, rewarduissent et desissent ke plus deuissiens avoir, ke li some des deniers deseure dite ne porte, cel sourplous nous doit rendre et payer li cuens de Ghelre devant dis. Et est a savoir ke nous avons estaublit et estaublissons warant et respondant, pour les devant dis noble dame le ducesse de Lembourgh, mon sengneur Ernoul de Julermont et Mulrepas, envers noble home le conte de Ghelre devant dis; ke nous, de toutes les dettes ke li devant dis ducesse, cil de Juler-

mont et Mulrepas ont demandeit a lui, u puissent demander, jusques au jour devant dis, u nous par eaus, fust par lettres, u par autre raison, je dit conte de Ghelre quittons, et tennons quite, entierement et sans damage, a tous jours. Et avons encore enconvent et prometons, loialment a rendre as devant dis mon sengneur Williame de Mortaingne, et le sengneur de Kuyk, au jour kil diront leur dit, des choeses devant dites, toutes les lettres ke nous avons, pour nous et pour ceaus devant dis, des dettes devant dittes; et se jamais après aucunes letres fuissent retrovées, ke nous rendut neuissiens mie, nous volons keles soient de nule valeur, et de nule viertu et i renonchons plainement. En tesmoignage de toutes ces choeses devant dites, nous avons ces presentes letres fait saieler de nostre saiel, ki furent faites et donées en lan de gracie mil deus cens quatre-vins et douze, le premier diemence après le Trinitée.

Copié sur l'original.

CCCXXII.

EVERARD, COMTE DE LA MARCKE, JEAN, SIRE DE KUYK, CHRAFTE, SIRE DE GREIFENSTEIN, ET LOUIS, CHATELAIN DE RYNEHOVE, DÉCLARENT EN QUALITÉ D'ARBITRES ENTRE ADOLPHE, ROI DES ROMAINS, ET JEAN, DUC DE BRABANT, QUE CE DERNIER DOIT ÊTRE INVESTI ET CONFIRMÉ DANS LA POSSESSION DU DUCHÉ DE LIMBOURG. 30 JUIN 1292.

Nos Everardus, comes de Marcha, Johannes dominus de Kuyc, Craftho dominus de Gryphensteine, ac Lodowicus vice-dominus de Rynehove, notum facimus universis per praesentes, quod super eo, quod ex parte serenissimi domini nostri domini Adolphi, Dei gratia Romanorum regis, et ex parte illustris viri domini Johannis, eadem gratia Lotharingiae, Brabantiae et Lymburgensis ducis, in nos compromissum est ad dicendum, dictum nostrum hoc est, et hoc pro eodem domino nostro rege dicendo provulgamus, eidem domino duci promittentes, quod bona ducatûs Limburgensis, cum ipsorum pertinentiis, dicto domino duci conferri et concedi debeant, infra quindenam proximam futuram, in omni forma et jure, prout duces antecessores dicti ducatûs Lymburgensis ea, huc usque ab aevo tenere ac possidere ab imperio consueverunt; prae-

terea, super amicitia qua nos ipsos oneravimus ordinanda inter dominum nostrum regem, et inter dominum ducem, praedictos, ex ipsorum videlicet compromissione in nos unanimiter compromissa, nos promittimus in his scriptis, quod nos hoc, infra terminum praedictum, diffinire ac provulgare debebimus, per Dei gratiam, ad praedictorum partium profectum et honorem. In cujus rei testimonium nos sigilla nostra praesentibus duximus apponenda. Datum Aquisgrani, anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Secundo, crastino beatorum Petri et Pauli Apostolorum.

Copié au cartulaire des ducs de Brabant, aujourd'hui aux archives du royaume à Bruxelles.

CCCXXIII.

Jean I, duc de Brabant et de Limbourg, confirme une location faite par le monastère de Sinnigh. 3 septembre 1292.

Universis praesentes litteras visuris vel audituris. Joannes, Dei gratia Lotharingiae, Brabantiae et Limburgi dux, salutem et rei gestae scire veritatem. Noverint tam praesentes quam futuri, quod domina Ermengardis dicta de Reyde, relicta Gilberti quondam de Lemborc, recepit tanquam mansionariâ in perpetuum trecensum a sorore Beatrice de Willemen, tunc magistra conventus de Sineke, et a conventu monialium ejusdem loci fundum sive locum mansionis suae situm inter Thoven et Sineke, fundum scilicet tanquam liberum allodium dictarum monialium et conventus, quodlibet bonuarium dicti fundi seu loci pro novum somerinis siliginis bonae et solubilis mensurae Aquensis, singulis annis in perpetuum in festo B. Andreae dictis monialibus et conventui in domo sua de Sineke a dicta Ermengarda suis haeredibus seu successoribus tanquam eorum mansionariis libere et absolute propriis sumptibus et expensis persolvendis tali adjecta conditione, quod nec dicta Ermengardis, sui haeredes seu successores vel alii praefatam mansionem tenentes non facient per se vel alium in praenotato fundo curtim, castrum nec domum defensalem, molendinum, braxinam, seu aliquod aliud aedificium seu instrumentum quod fieri possit in dictarum monialium ac

conventus impedimentum, damnum seu gravamen, quod si factum fuerit, quod absit, nos quicquid factum fuerit, in contrarium inhibemus et praecipimus justiciariis nostris factum hujusmodi si quid fuerit, inhiberi. Item promisit dicta Ermengardis pro se et suis haeredibus et successoribus, quod dictum fundum et mansionem suam antedictam ita sepiri et firmari in circuitu faciet, quod dictis monialibus, conventui seu eorum cultoribus in ambitu mansionis suae nulla damna sive molestiae inferentur, quod si non faciet, quod absit, volumus et praecipimus justiciariis nostris, qui tunc fuerint, quod ipsi faciant negligentiam corrigi et praemissa ut promissa sunt et praescripta adimpleri. Praedictis conditionibus et ordinationibus interfuerunt nomine nostro, Gobelinus de Pomerio dapifer terrae nostrae de Lemborch, Ogerus de Haven advocatus Trajectensis et Arnoldus de Pomerio castellanus in Rode, filius domini G. praedicti, milites, Adolphus canonicus S. Mariae Trajectensis, Leodiensis diocesis, avunculus saepedictae Ermengardis, Ægidius de Drevelsdorp, Simon de Reimersdall, Henricus de Bueke et Christianus de Hutshagen, milites, Willelmus de Willoinen. . . . . . et Reinardus Schifflart armigeri et Anselmus de Mabronc tunc scultetus noster, ibidem testes ad hoc vocati et rogati audientes, et alii plures praedicta videntes et audientes. Et ut praemissa maneant inconcussa et robur firmitatis obtineant ad petitionem dictarum monialium et conventus. Nos Joannes Dei gratia dux, antedictis sigillum nostrum praesentibus litteris duximus apponendum in testimonium veritatis, volentes quod dilecti nostri Gobelinus de Pomerio, dapifer noster, et Ogerus de Haven advocatus noster milites antedicti sigilla sua praesentibus uno cum sigillo nostro apponant in testimonium praemissorum : et nos Gobelinus de Pomerio et Ogerus de Haven sapedicti milites sigilla nostra modo praedicto una cum sigillo illustrissimi principis domini nostri Dei gratia ducis antedicti praesentibus duximus apponenda. Datum et actum anno Domini M CC Nonagesimo Secundo, feria quarta ante Nativitatem beatae Mariae Virginis.

Ex autographo in tabulario abbatiae Rodensis. Erant appensa tria sigilla, unum principis et cetera militum supradictorum.

CCCXXIV.

ADOLPHE, ROI DES ROMAINS, PREND LE DUC DE BRABANT SOUS SA

PROTECTION SPÉCIALE ET DÉCLARE L'AGGRÉGER A SA FAMILLE. 21 SEPTEMBRE 1292.

Adolphus, Dei gratia Romanorum rex, semper augustus, universis imperii fidelibus, ad quos litterae praesentes pervenerint, gratiam suam et omne bonum. Regalis honoris sublimitas provida meditatione romanum gubernans imperium, dum principum suorum devotorum fulcitur potentia et potentium stipatur caterva, sublimioris fastigii suscipit incrementa, et ejus immensitas per orbem latius praedicatur; nam ex eo utique nomen nasciscitur gloriosum, et in tempore oportuno sumit obsequia fructuosa. Ad hoc itaque considerationis aciem convertentes, illustrem Johannem, ducem Lotharingiae, Brabantiae et Lymburgiae principem, nostrum carissimum, in nostram et imperii protectionem suscipimus specialem. Et ipsum, singulari benevolentia, familiarium nostrorum coetui aggregamus. Volentes sibi ubilibet in jure suo prosequendo et conservando adesse consiliis et auxiliis oportunis, praesentium testimonio litterarum. Datum Coloniae, anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Secundo, XI kalend. octobris, indictione V, regni vero nostri anno primo.

Copié sur l'original. M. Willems a publié également ce document historique dans son Codex Diplomaticus d'après un cartulaire de la ville de Bruxelles, conservé au Musée historique à Gand.

CCCXXV.

L'EMPEREUR ADOLPHE ORDONNE QUE LE COMTE DE LOOS ET WALERAN, SIRE DE FAUQUEMONT, CESSENT LE SIÉGE DU CHATEAU DE BORNE. 29 AVRIL 1294.

Adolphus, Dei gratia Romanorum rex, semper augustus, venerabili Sifrido Coloniensi archiepiscopo, illustri Johanni duci Brabantiae principibus suis, nobilibus viris Johanni Haynoniae, Theodorico Clevensi et . . . . de Hollandia comitibus, dilectis suis fidelibus, gratiam suam et omne bonum. Noveritis esse obtentum per sententiam coram nobis, ut nobiles

viri. . . . . comes de Los et Walramus de Valkenburg obsidionem suam, quam instaurarunt ante castrum Born, dissolvere, et a nobili viro Reinaldo Gelrensi comite super his, quae contra eum habent facere et proponere, accipere debeant justitiam coram nobis. Unde eisdem castri obsessoribus, ut sententiae hujusmodi pareant, nostris dedimus litteris in mandatis, volentes et vobis auctoritate pacis juratae, mandantes, quatenus efficaciter procuretis, ut dicti comes de Los et . . . . . . de Valkenburg, obsidionem suam disgregent et dissolvant, alioquin vos dicto Gelrensi comiti ad defendendum suum castrum assistatis auxilio manuali. Datum in Nuremberg, III kal. maii, regni nostri anno Secundo.

Ex originali, mecum communicavit ill. vir And. Lameius, scientiarum Academiae Theodoro Palatinae a secretis, a me acceptum edidit Van Spaen, Hist. van Gelderland, *tom. IV, Cod. diplom., diplom. XV, p.* 27. *Edidit etiam Willems, loc. cit., p.* 569.

CCCXXVI.

EXTRAITS DE CHARTES ORIGINALES CONSERVÉES AUTREFOIS AUX DÉPOTS DES ARCHIVES DE BRABANT, DE LA FLANDRE, DE LUXEMBOURG ET DE NAMUR. 1168—1294.

1—1168.

Godefridus, dux Lotharingiae, innovat privilegium a progenitoribus suis concessum burgensibus oppidi Thenensis, quod liberi sunt ab omni exactione, quae fieri solet post alterutrius viri aut uxoris obitum. Acta sunt haec domin. incarn. anno 1168 papa Paschali, regnante Friderico, Rudolpho Leodiensi.

Chartes de Brabant, arm. I, infra laye J. Tillemont, étant marqué IX[1].

2.—1191.

D. Henricus de Kuick allodium de Herpen cum attinentiis uxore Sophia

et filio Alberto praesentibus et consentientibus, Henrico duci Lotharingiae in feudum pro se et filiis offert, filiâ etiam successura si Albertus sine prole mascula decaderet Accipit a duce XL marcas nov. Coloniensium et decimam in Heze.

Chartes de Brabant, armoire 3 infra, laye sur laquelle est écrit : FIEFS ET HOMMAIGES DE LIMBOURG marqué D cotée y^x.

3—1195.

Henricus VI imperator immunitas telonei per Renum sylvae ducensibus sub poena XXX libr. auri puri contra violatores privilegii. Indict XIV apud Bopardiam, kal junii.

Chartes originales de Brabant, arm. I infra laye B, marquée au dos J et au registre noir t. I, fol. 290 *verso.* Idem Henricus rex, anno 1233; *ibid.*

4—1202.

Philippus comes Namurcensis se accepisse ab Henrico duce Brabantiae centum marcas in feudum annuatim persolvendas, XL de telonio in Lovania, XL de telonio in Bruxellis, et XX de Geldonia accipiendas. Auxilium contra omnes excepto comite Hannoniae, dux ipse contra omnes praeter imperatorem. Actum apud Thenis 1202, in septembri.

Registre sur vélin des chartes de la chambre des comptes, côté B, f. 38.

5—1220.

Simon, dominus de Mirwart, notum facit quod post dominum Virdunensem episcopum et dominum de Asperomonte factus sit homo ligius domini Walerami comitis Luceleburgensis hac ligietate ad Marvillam pertinente. Praeterea quod de castro suo de Mirwart contra omnes exceptis dicto episcopo et comite Barrensi dicto comiti subvenire teneatur. Insuper quod apud Marvillam facere teneatur custodiam per dimedium annum. Item quod ab

eodem comite acceperit in feudum allodium de Bonevet. Actum anno gratiae 1220 in martio.

Recueil des chartes de Luxembourg de la chambre des comptes, t. I, f. 570, *v°* 571 *et l'original parmi les chartes de Luxembourg. Laye IX, n°* 50.

6—1221.

Robertus, dominus de Aisse, notum facit quod jurisdictionem sive justitiam comiti de Walle et Diekirke, quam pater ejus ejusque antecessores pacifice possederunt, et universos proventus de eadem jurisdictione procedentes, domino suo Waleramo duci de Limborg et comiti de Luxemborg communicaverit, ita ut medietatem proventuum inde provenientium ipse et heredes ejus sint recepturi, alteram vero medietatem comes de Luxemborg ejusque haeredes sint habituri. Actum anno Dom. 1221, mense decembri.

Recueil des chartes de Luxembourg de la chambre des comptes, tom. I, fol. 111, *R. et V. L'original se trouve parmi les chartes de Luxembourg.*

7—1222.

Lettre de paix entre Waleran, duc de Limbourg et comte de Luxembourg et Madame sa femme d'une part, et Madame Jeanne, comtesse de Flandre et de Hainaut, et Philippe, marquis de Namur, d'autre part, par laquelle il a été convenu que la terre qui est oultremeuse vers Ardenne jusqu'en bois que l'on appelle Art, demeurerait au dit comte de Luxembourg et le dit bois aussi loing et aussi large jusques au Meuse demeureroit au dit comte de Namur, avec autres déclarations faites es dites lettres, datées 1222.

Chartes de Namur côtées 2, *cap.* 16, *Litt. P.*

8—1223.

Fredericus de Enne confert Walerano, duci Limburg et comiti Lucelburg,

medietatem molendini sui de Eiske et heredibus suis hereditarie possidendam. Act. anno Dom. 1222 in novembris, in festo beatae Catharinae.

Recueil des chartes de Luxembourg, tom. I, fol. 110 *verso, original, chart. de Luxemb., Lay.* 11, *n.°* 13.

9—1223.

Conradus comes sylvester, notum facit quod Waleramo, duci de Limburg, comiti de Lucelburg, etc., et Dne. Ermensendi uxori suae fecerit ligium et fidele homagium, contra omnes post dominum Imperatorem et comitem palatinum Rheni. Act. ann. Dni. 1223, in Nativitate Domini.

Recueil des chartes de Luxembourg, tom. I, fol. 580. *Original aux chartes de Luxemb., Lay.* 9, *n°* 65.

10—1223.

Philippus, dominus de Florenges. notum facit quod de castro suo de Florenges post ducem Lotharingiae homo domini comitis de Lucemburg ligius sit effectus, et similiter de allodiis suis. Actum Lucemburg anno 1223, M. Febr. in festo Julianae virg.

Recueil des chartes de Luxemb., tom. I, f. 389. *Orig. chart. de Luxemb., lay.* 7, *n.* 7.

11.—1224.

Warnerus de Bolande notum facit, quod post Dom. Imp. Rom. et Dom. archiepisc. Moguntinensem, effectus sit homo ligius domini Walerami, ducis de Limburg et comitis de Lucelburg pro 200 libris Mettensibus ab instanti Nativitatis Domini ad annum persolvendos. Actum ann. gratiae 1224 M. Decembri.

Recueil des chartes de Luxembourg, tom. I, f. 429; *original lay.* 7, *n°* 34.



12—1225.

Gerardus de Randerode declarat quod castrum et villam de Randerode recepit in feodo et dominio a Dno. Waleramo, duce de Limburch, et feodum istud Dno. duci tenetur garandire. Actum Coloniae, anno incarnati Verbi 1225, mense novembri.

Original aux chartes de Brabant, arm. III, loy. infra, sur laquelle est écrit : FIEFS ET HOMMAIGES DE LIMBOURG, *marquée D. N. XXXVII.*

13—1227.

Fridericus, Rom. imp. Jerusalem et Siciliae rex, Henrico duci de Lemburch et comiti de Santo-Monte (sic) ejusque heredibus propter servitia imperatori imperio dudum exhibita confirmat omnia quae quondam Walleramus dux de Lymburch pater ejus et quondam Adolphus, comes de Monte, pater uxoris et ipse dux Henricus retroacti temporibus usque ad haec felicia tempora in rectum feodum juste rationabiliter possederunt. Datum apud Brundussum anno Dom. Incarn. 1227, mense septembris primae indictionis.

Original aux chartes de Brabant, arm. 7, infra lay. IV, sur le dos est écrit : CONFIRMATIO DUCIS LYMBURG.

14—1227.

Hugo Leodiensis et Godefridus Cameracensis episcopi, et Walterus, comes Blacensis, tanquam arbitri inter Henricum ducem Lotharingiae et Henricum ejus filium hinc et indè Fernandum comitem Flandriae, ordinant de quindecim mill. libr. de quibus comes Flandriae satisfecit episcopo Leod., dux assignat comiti pro securitate castrum de Genappe. Ann. 1227, sexta feria ante Michaeles.

Reg. B, fol. 69.

15—1229.

Guilielmus de Altaripa et de Regeconte et comitissa Namurcensis ac Viennensis renuntiant in favorem Henrici comitis Luxemburgensis et Margarethae ejus uxoris omni juri quod habere poterant in homines et advocatiam Andennae, etc. 1229, XVIII martii.

Chartes de Namur, cott. XXX, cap. I, litt. A.

16—1230.

Adolphus, comes de Monte, rogat Johannem Lotharingiae et Brabantiae ducem, ut LX marcas denariorum quas ei debebat dux quelibet anno ratione feodi sui per III annos tunc futuros solvat nobili viro domino Friderico de Reiferscheyt. Datum an. Dom. 1230, feria III post festum S. Andreae apost.

Reg. B, fol. 39 *v°.*

17—1231.

Hildegundis abbatissa et totus conventus ecclesiae in Thoren, notum faciunt quod cum domino duce de Lymburg super advocatia de Hubae sic convenerint, scilicet quod tenebuntur ei solvere duos porcos valentes quinque solidos, tres porcellos de quindecim denariis, etc. Ipse vero dux advocatus tenetur regere et defensare ecclesiam ejus in omnibus negotiis suis et omnes attinentes censuales et omnia jura ecclesiae acquirere et gubernare, etc. Acta sunt anno Dom. Incarn. 1231.

Original aux chart. de Brabant, arm. 7 infra, Nivelle IV, marq. 40, sur le dos est écrit : CAMBIUM SUPER ADVOCATIA DE HUBACH.

18—1233.

Johannes, dominus de Septemfontibus, castrum et villam de Septemfontibus, etc., in feodo a domino Arlunensi tenere ab Ermesinde.

Recueil des chartes de Luxembourg., Tom. I, p. 45, origin. Lay. 7, n° 25.

19—1233.

Johannes, Leodiensis episcopi, conventio cum domino Henrico de Lovanio, primogenito ducis Lotharingiae, de auxilio huic contra omnes praestando. Dominica qua cantatur : Dominus fortitudo; anno Domini 1233.

Reg. B, fol. 69 *v°*.

20—1235.

Compositio inter Theodoricum, comitem Clivensem, ex parte puerorum, Florentii comitis Hollandiae et Mechtildem, filiam ducis Brabantiae, de dote quam ipsi ordinaverat praefatus Florentius comes ejus maritus, a quo se ejectam querebatur. Coloniae 1235, VI kal. junii.

Reg. B, fol. 120 *et* 120 *v°*.

21—1238.

Compositio in forma treugae inter electum Coloniensis ecclesiae et ecclesiam suam ex una parte, et ducem Brabantiae et homines suos ex altera, de vinis suis in dominio ducis sitis libere percipiendis et deducendis, et de castro de Thurinc. Dat. Coloniae, ann. Dom. 1238, in feria sexta proxima post Gereonis.

Original aux chartes de Brab., arm. 7 *infra, lay. EM, côté XXXV.—Reg. B, f.* 55.

22—1242.

Wilhelmi, comitis Hollandiae, conventio cum Henrico, duce Lotharingiae, avunculo suo, quod si fur de terrâ ducis in suo dominio captus sit furam nunciet duci, ita quod de ipso fure in terra ducis justitia fiat, sic et dux comiti Lovanii. 1342, in divis Apostolis.

Reg. B, fol. 38.

23—1243.

Ermesinde et Henri de Luxembourg recoivent en fief de l'évêque de Liége les fiefs de Nattoy, Hotton, Melroy et les dimes de Tehoignes avec le consentement de la comtesse de Flandres, dont ils relevaient, promettant assistance à l'évêque. Juillet 1243, jeudi après les octaves de S[t] Pierre.

Recueil des chartes de Luxemb., *tom. II*, *fol.* 190. — *L'original lay.* 16, *n*° 10.

24—1243.

Seynensis et de Los comites declarant quod pro Henrico, duce Brabantiae, apud Theodoricum, comitem de Hostaden, fidejusserunt in hunc modum, si dux non procuraverit sex communia (*communitates*) suae terrae quae in litteris ducis super hoc confectis nominantur, transmittent litteras suas apertas Coloniam in octavis Paschae eidem comiti Th. vel ejus certo nuncio et octo diebus postea, si moniti fuerint, intrabunt Coloniam inde non exituri, donec eidem litterae illuc transmittantur, etc. Actum apud Ruremundae, ann. Dom. 1243.

Reg. B, *fol.* 220.

25—1244.

Arnold, comte de Los et de Chiny, promet indemnité à Henri de Luxembourg de 500 livres prouvesiens, pour lesquelles il est demeuré pleige. 1244.

Recueil des chartes de Luxemb., *t. II*, *f.* 163. *L'original lay.* 15, *n*° 24.

26—1248.

Guilielmus, comes Flandriae, promittit juratus auxilium duci Brabantiae ad defendendam terram suam sub suis expensis, contra omnem creaturam quae vivere possit aut mori, praeterquam contra dominos quos comes nunc habet vel in futuro habebit, secundum quod requirunt vel requirent feoda.

Reg. B, *fol.* 84*v*. — *Original aux chartes de Brab.*, *arm.* 7 *infra*, *lay. C*, *côt. Q.*

27—1248.

Confoederatio inter Henricum, episcopum Leodiensem, Henricum, ducem Brabantiae, Ottonem, comitem Gelriae, et Arnoldum, comitem de Los, de mutuo auxilio cum hominibus terrae et tota potentia praestando. Actum et datum apud Walsberg, mense novembri, feria VI post octavas B. Martini Hyemalis.

Reg. B, fol. 70.

28—1250.

Thibaut, comte de Bar, et Réné, sire de Perpont, accordent à Marguerite, comtesse de Luxembourg, leur sœur, de disposer des fruits de la chatellenie de Liney un an après son décès. Dix octobre 1250.

Recueil des chartes de Luxemb., tom. II, fol. 49. *L'original, lay.* 13, *n°* 19.

29—1252.

Thibaut, comte de Bar, fait divers accords avec Henri, comte de Luxembourg, Catherine, duchesse de Lorraine, et Ferry, son fils, par devant Thibaut, roi de Navarre. Mercredi après les octaves de Pâques, 1252.

Recueil des chartes de Luxembourg, tom. II, fol. 37. *L'original, lay.* 13, *n°* 16.

30—1252.

Walramus, dux Lymburgensis, notum facit quod Gerardus, dominus de Wassemberg, ipsi homagium praestiterit pro castro de Spremont et omnibus suis attinentiis et castro de Wassemberg. Act. et dat. Galopiae, ann. Dom. 1252, mense martii in crastino Gregorii papae.

Reg. B, fol. VI.

31—1257.

Philippe, comte de Vienne, quitte Henri, comte de Luxembourg, de tous

dommages qui lui sont causés par lui et les siens depuis le moment qu'il est venu devant Vienne. Daté du lundi après S. Michel, 1257.

Recueil des chartes de Luxemb., tom. I, fol. 303 *v°. — L'orig. lay.* 5, *n°* 25.

32—1257.

Privilegium Alphonsi regis Henrico Brabantiae duci super defensione cassalorum a Brabantia usque ad Rhenum et a terminis dioecesis Trevirensis per decursum Rheni usque ad Marc. Dat. 17 kal novemb.

Reg. B. fol. VII; aux chartes de Brab., arm I, infra lay. B. *n°* 32.

33—1258.

Vidimus des évêques de Cambray et de Tournay de la ratification donnée par Ermensinde, comtesse de Luxembourg, du traité de paix entre Thibaut, comte de Bar, son mari et Bauduin, comte de Hainaut et Philippe, comte de Namur (1199).

Item Vidimus des lettres patentes de l'archevêque de Cologne qui promet que si Galerans, duc de Limbourg, n'observe pas la paix et le traité fait avec Philippe, marquis de Namur, il défendra et assistera le marquis de Namur contre le duc de Limbourg. Icelle Vidimus donnée à Paris et scellée des sceaux desdits évêques, en date 1258, au mois de février.

Chars le Namur, cop. I, litt. A, côtées 31.

34—1258.

Jeanne, comtesse de Los et de Chiny, approuve la pais que Arnous, son mary, a faite avec Henri, comte de Luxembourg, au mois de Julet le samedi avant la Madeleine.

Item Louis, fils du comte de Los et Jehanne Blammont, sa femme, agréent cette paix. Eadem die, et encore au mois de septembre 1259.

*Recueil des chartes de Luxemb., tom. II, f.*141 *v°*, 142, *les originaux lay.* 15 *num.* 7, 8, 9.

35—1259.

Henricus, Trajectensis episcopus, ratam habet compositionem et reconciliationem, quam fecit et dixit et adhuc dicet ad feriam secundam post Petri ad vincula, Henricus, dux Brabantiae, inter se et ecclesiam suam ex una parte, et comitem Gelriae ex altera parte, consentitque quod si contra compositionem hujusmodi veniret, ipse dux ipsi comiti Gelriae auxilium praestet. Dat. apud Buscum-Ducis ann. Dom. 1259, sabbato in vigilia Margaretae.

Reg. B, fol. 82 *v°.*

36—1259.

Henricus, episcopus Leodiensis, declarat quod cum duce Brabantiae de omnibus querelis, controversiis, injuriis et damnis quae ad invicem habuerunt et passi sunt, reconciliati sint usque ad vigiliam Epiphaniae domini anno 1259 (1260 n. s.). Avec promesse d'observer la sentence arbitrale a intervenir; daté de l'an 1259.

Reg. B, fol. 70 *v°.*

37—1261.

Episcopi Cameracensis monitio ad dominam ducissam Brabantiae, ut custodes et servientes quos posuerat seu instituerat in monasterio forestensi infra septem dies post monitionem amoveri faciat sub poena excommunicationis et interdicti, ann. 1261 in festo B. Lucae Evang.

Decani ecclesiae et christianitatis Bruxellensis notum faciunt Cameracensi episcopo quod ad mandatum ejus apud Lovanium personaliter accedentes, cum ad ill. matronam dominam ducissam Brabantiae accessum habere non possunt, ipsam ante portas sui castri Lovaniensis monuerunt secundum formas mandatorum praedictorum. Dat. 1261, dominica ante festum beatorum Apost. Simonis et Judae.

Reg. B, fol. 59.

38—1263.

Wallerans, sire de Monjoie et de Marville, et Thierry, voheis de Cha-

rancei, font savoir qu'ils ont fait communité ensemble du ban de Charancei et du ban de Visins entierement de moitié en moitié de tout ce qu'ils ont aux dits bancs. Faict en lan ke li miliaires corroit par 1263 ans, al mois de may, li jor de le translation S. Nicholay.

Copie authentique au recueil des chartes de Luxemb. de la chambre des comptes, t. II, fol. 149 *v°* *et* 151; *original, lay.* 15, *n°* 15.

39—1264.

Isabelle, dame de Marville, atteste que Henri, comte de Luxembourg, a payé a Thibaut de S. Pierre l'acquest qu'il a fait de lui a Nowilonpont. Lundi devant la Nativitait Nostre Dame.

Recueil des chartes de Luxemb., tom. II, f. 168. *L'original lay.* 15, *n°* 29.

40—1264.

Henricus, episcopus Leodiensis, et Otto, comes Gelriae frater ejus, injungunt nobilibus, magnatibus ac potentibus terrae Brabantiae, ut inquirant, de proventibus et redditibus villae Geldoniensis et villae de Genapia, an sufficiant pro redditu scilicet 3000 libr. Lovaniens. in villa Geldon et pro 500 libr. monetae praedictae in villa de Genapia dominae Aleidae, ducissae Brabantiae, a domino Henrico, duce Brabantiae bonae memoriae marito ejus, nomine dotis sibi promisso et pro dotalitio ab eodem duce sibi dato, et si non sufficiant, suppleatur defectus de redditibus ac proventu locorum magis propinquorum. Datum ann. Dom. 1264 feria tertia post octavam Epiphaniae.

Reg. B., fol. 117.

41—1264.

Robert, évêque de Verdun, et Wallerans, sires de Marville, conviennent de ne recevoir les sujets de l'un et de l'autre a bourgeois. Fait quant li miliaires corroit par 1264, al mois de janvier, le vendredy devant le Purif. de Nostre Dame.

Copie authent. au Recueil des Chartes de Luxemb., tom. II, f. 167; *original lay.* 15, *n°* 28.

42—1264.

Waleran, sire de Montjoie et de Marville, confesse que Henri, comte de Luxembourg, son oncle, a acquis de lui tous alues et aquests que devoient escheoir à dame sa mère Isabelle, dame de Marville, de tant que sa partie que a lui doit escheoir de par la comtesse Ermesinde, sa mère, comtesse de Lusenbure et de la Roche, et de tant comme au dit Waleran doit escheoir des allues et des acquets devant dits et par madame sa mère devant dite en telle manière que messire Henri de Huffalise doit tenir les assisses de Martinisins, etc., comme il souloit tenir du dit Waleran en fief, faict lan de grace 1264, al mois de février.

Cop. authent., au Recueil des chart. de Luxemb., tom. II, f. 147. L'original, lay. 15, n° 12.

43—1265.

Lettres patentes scellées de quatre grands sceaux par lesquelles Gérard de Luxembourg, sire de Durbuy, cède à Guy, comte de Flandre et marquis de Namur, tous les droits qu'il pouvait avoir sur le comté de Namur et dépendances. Datées du dimanche après la Trinité 1265.

Chartes de Namur, côtées 32, cap. 2, litt. A.

44—1265.

Jennette (Juette), jadis femme de Waleran, sires de Montjoie et de Marville, déclare avoir trescentié à son oncle Henri, comte de Lucelbourg, la moitié du châtel de Marville et des appendices qu'elle devoit avoir pour son douaire parmi quatre cent livres de fors par an. Ce fut fait l'an de l'incarnation 1265, le dimanche demi-caresme.

Copie authent. au Recueil des chart. de Luxemb., tom. II, f. 139 v°. L'original, lay. 15, n° 5.

45—1266.

Engelramus (Engelbertus), Coloniensis archiepiscopus, notum facit, quod ab hac die ad pascha proximè futurum et inde per quatuor annos continuos promiserit data fide, Quod dominae ducissae Aleidi et liberis

contra quoscunque Romano imperio excepto assistet, etc. Dat. in octavis B. Martini hyemalis.

Reg. B, f. 32.

46—1267.

Pactum concordiae inter scabinos, juratos et communitates oppidi Lovaniensis et dominam ducissam Lotharingiae et Brabantiae, qua dictam ducissam ab omni damno per se vel per suos ipsis illato quittam clamant, per reliquas communitates et oppida et praecipuos nobiles Brabantiae corroboratum. Actum apud Cortenberghe, sabbatho post festum B. Servatii; anno Domini incarn. 1267.

Reg. B. fol. 102.

47—1267.

Arnous, comte de Los et de Chiny, et Jehenne, comtesse des mêmes lieux, déclarent avoir donné à Nicholon, chevalier seigneur de Kyening, pour son mariage avec leur fille Julienne deux cent livres de terre. Le lundi après la feste S. Jean Baptiste 1267.

Dans une autre charte de la même année, mardi après la S. Jean Baptiste, ils nomment ce Nicholon, sire de Kuverain, et trois de leurs fils Jehan, Henri et Gérard.

Recueil des chartes de Luxemb., t. II, fol. 148 *et* 169; *original lay.* 15, *n*° 13 et 31.

48—1268.

Nicolaus, episcopus Cameracensis, et Balduinus de Avennis, dominus de Beaumont, declarant se recepisse litteras Richardi regis quibus ratificat resignationem Henrici ducis Brabantiae, etc, 1268 in crastino Ascensionis Dominicae.

Reg. B., fol. 77.

49—1268.

Ludovicus, rex Franciae, terminat querelam Theobaldi regis Navarrae et Henrici, comitis Luxemburgensis, ex parte una, et Theobaldi, comitis Barri ex altera, circa infeodationem castri et castellaniae de Lyni. Mense septembri.

Recueil des chartes de Luxemb., tom. II, fol. 57; *original, lay.* 13, *n°* 25.

50—1268.

Thibaut, comte de Bar, consent que ses conventions avec le comte de Luxembourg touchant le chateau de Liney soient nulles, datées du mois de novembre.

Au mois de décembre 1269, il délivre tous les prisonniers.

Recueil des chartes de Luxemb., tom. II, fol. 68 *et* 91. *Original lay.* 13, *n°* 33.

51—1268.

Walerans de Montjoie, de Fauquemont et de Marville, fait savoir que Messire son oncle Henri, comte de Luxembourg, et madame sa tante, comtesse, ont, à sa prière et à sa requête, juré qu'ils tiendront les bourgeois de Marville franchise, et à la loi de Bialmont, ainsi comme il a été juré, et il est contenu en la lettre que les dits bourgeois de Marville ont de lui. Ce fut fait et donné l'an de l'Incarnation 1268 al mois de février, le jeudi après la Purification Nostre Dame.

Cop. authent. au Recueil des chart. de Luxemb., tom. II, fol. 135°-137. *Original lay.* 15, n° 2.

52—1268.

Litterae ducis Lotharingiae Friderici de non alienando castro Longwicensi sine consensu comitum Luxemburgensium. 1268, sabbatho Sitientis.

Recueil des chart. de Luxemb., t. I, f. 712; *Orig., lay.* 12, n° 15.

53—1269.

Walerans, sire de Monjoie et de Falkemont, fait savoir qu'il a vendu par lui et ses hoirs heritablement à son oncle Henri, comte de Luxembourg, et dame Marguerite, sa femme, et à noble homme Thibaut, comte de Bar, les terres de Marvilles et d'Arancey avec leurs appendances, moitié par moitié pour la somme de 25000 lib. des bons provensiens fors, dont il déclare être bien payé, etc., fait l'an de grâce 1269; mardi devant Pasches Flories.

Copie authent au Recueil des chartes de Luxemb., tom. I, f. **49**; *Original lay.* **12**, *n°* **32.**

54—1269.

Walerans, sire de Montjoie et de Falkemont, commande à ceux de la terre de Marville et Aranchy, de faire hommage et fidélité à Henri, comte de Luxembourg et dame Marguerite, sa femme, ainsi qu'à Thibaut, comte de Bar, auxquels il déclare avoir vendu les dites terres et appartenances, moitié par moitié. Fait l'an de grâce 1269, mardi devant Pasches flories.

Copie authent. au recueil des chart. de Luxemb., tom. I, fol. **32ᵛ.** *Original, lay. I, n°* **16.**

55—1269.

Walerans, sire de Falkemont et de Montjoie, fait savoir qu'il a mis en gage et délivré à son oncle Henri, comte de Luceleborc, tous les fiefs entirement qu'il tient de lui à Marville et Arenchi et en toutes les appartenances pour 20 mille lib. de tournois, dont il a reçu plain payement. Ce fut faict l'an de l'Incarnation Nostre Signeur 1269, el mois de may, le mercredi apres le Pentecote.

Copie authentiq. au Recueil des chart. de Luxemb., tom. II, fol. **153** *v.* **157.** *Original lay.* **15**, *n°* **19.**

56—1269.

